

Sala Gerson

UNAS

DE CON-

SERVANDA BONA VALETU-
dine, Opusculum Scholæ Salernitanæ, ad Re-
gem Angliæ, Germanicis Rhythmis illustratum.
Cum Arnoldi Nouicomensis, Medici & Philoso-
phi antiqui, Enarrationibus uellissimis, no-
uissimè recognitis & auctis, per
Ioannem Curionem.

ITEM:

De ratione uictus salutaris post incisam uenam,
Epigramma Anastasij ad Armatum.

Uictus & cultus ratio, exposita quatuor per sine-
gulos menses acrisibus, per Ioachimum
Camerarium.

De electione meliorum simplicium, ac specierum
Medicinalium, Rhythmi uenustissimi
Othonis Cremonensis.

De moderatione cibi & potus, item somni & ui-
giliarum, Doctrinæ saluberrimæ D.
Philippi Melanth.

De uictus salubris ratione priuatorum, & de
tractatus, Andernaco Interprete.

Cum Priuilegio Imperiali.

FRANC. apud hæred. Chr. Eggen.

ANTONII MUSAE BRA-
sauoli de hoc Libello iu-
dicium.

Vulgatus Salernitarum de tuenda ualetu-
dine Libellus, bis, qui legunt, non parum
utilitatis praestat: illisq; multò maiorem, qui li-
belli praecepta obseruant.

REo

8530

55.513

REVEREN

DO ET AMPLISSIMO IN CHRIS
sto Patri ac Domino, D. Ioanni Pico, Regij Mo
nasterij Montis Sancti Petri apud clarissimam
Erphordiam, Abbati dignissimo domino ac
Mecœnati suo plurimum obseruan
do, Ioannes Curio Berckel.

Ὑγιαίνει.



N I T E R V M
sub Gratiōsi nomi
nis tui patrociniō,
Amplissime pater,
Salernitanæ Scho
læ *μεγίστου ὑγιαίνω*, tue
de tuenda San tate
p̄cepta, cum lucu
leta & luccinēta Arnoldi Villanouani
in singula capita exegeli in lucem exe
unt, sed solito (ut equidē arbitror) haud
paulò emendatiora nitidioraq̄: ut quæ
ab innumeris ferè antea parum *ἀπο*
uersis atque notatis errorum *ἀν*
tumq̄ portentis exemerim, adeoq̄ ab
inculta, squalida, ac impura barbarie,
maxima iam cura & diligentia repu
gauerim: Adnixus nimirū, ut hoc quic

EPISTOLA

quid est operis, eo, quod prius edideram, cum elegantius, tum melius, ac ob id longè gratius etiam atq; optatius in manus eorum, qui sanitatis tuendæ curam susceperint, rediret. Plurima igitur ex Hippocrate, Galeno, Paulo, Alexandro, atq; alijs Græcis autoribus ab Arnolde hisce commentarijs passim inserta, sed corruptè ac perperam citata, ex doctis & fidelibus Latinis interpretibus in genuinū ac uerum sensum restitui. Ex Rhaze, Serapione, Auicenna, Auerrhoë, Mesuë, & reliquis Arabicæ doctrinæ scriptoribus desumptæ in Latiniorem sermonem cōuertī. Multa superflua resecui, omīssa non pauca reposui. Saniores alicubi expositiones, reiectis quæ absurdiores uidebantur, substitui. Reliqua quæ ab Arnolde ipso rudius tradita fuerant, ne delicato lectori nausæam concitarent, paulò tersius ac nitidius reddere contendi.

Quia ipsos quoq; uersiculos numeris suis, quoad fieri potuit, restitui: plurimum interim in id studij impendens, ne rhytmus, quo maiores nostri impensius delectati sunt, penitus deperiret. Sciebam equidem hoc laboris genus mihi molestiæ

N V N C V P A T O R I A.

molestiæ, tædij, atque calumniæ plurimum, gloriæ uerò quàm minimum pariturum (præfertim cùm pauci hodie reputent, quantum sudoris exhauriatur in restituendo, dum collatione ueterū codicum emendantur deprauata: quotque autores necessariò excutiantur ei, qui scriptores, bonos quidem illos, sed uerborum spurcitie horridos, & nō uno modo deprauatos, ita emendare refingereq; instituit, ut tutius studiosorum manibus teri deinceps queant) uicit tamen impulsq; ardens cum primis iuandæ iuuentutis amor, quem anteponendū rebus omnibus arbitror: uicerunt deinde & præstantissimorum uirorum, ut hanc farcinam in humeros attollerem, assiduæ & frequentes adhortationes. Siquidem anno ab hinc, ni fallor, quinto, Theodoricus Löhner à Stratis, uir pietate & eruditione admirandus, Carthusianorumq; per inferioris Germaniæ prouinciam uisitor sagacissimus, primus ad hoc laboris suscipiendum haud segniter adhorrtatus est. In cuius iam subito ceu flosculi Parcarum pollice succisi locum multò acrior successit instigator Reuerendus

EPISTOLA

& eruditus bonarum artium magister
 Simeon Cruſius, olim Canonicus Ma-
 gdeburgenſis, nūc Moderator ac Prior
 Carthufianorū domus Saluatoris pro-
 pe Eiphordiam, incredibilis erudito-
 rum priorumq; omnium adiutor ac cul-
 tor. Quinetiam Valentinus Craticu-
 la, Sereniſſimæ atq; inuictiſſimæ Ro-
 mano Regiæ Maieſtatis beneficentia
 ac liberalitate celeberrimq; iam Reipu-
 blicæ uiceniſis in Bohemia Eccleſiaſtes
 & Paſtor uerè καθολικός, ac Decanus Be-
 chinenſis, uir optimè cum primis deme-
 ritus, ἐμὲ νῦν σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ἰωτρυνε.
 Sed his omnibus uehementius hæcenus
 extimulauit uir humanitate iuxtà ac
 pietate inſignis ac Reuerendus M.
 Henningus Hopffe, ædis Deiparę uirgi-
 nis in clarifſimo hoc oppido Canoni-
 cus & Prepoſitus longè digniſſimus,
 noſtræq; Scholæ Rector magnificus,
 compater ac fautor meus uerè candi-
 dus, & ob id unicè mihi ſemper colen-
 dus, qui nonnunquam Ariſtarchi quo-
 que uices ſubire in hoc opere grauatus
 non eſt. De te uerò quid dicam, eximie
 ac clarifſime I. V. Doct̃or Georgi Iuda,
 fraternæ mihi neceſſitudine tantum

N U N C I A T O R I A.

non coniunctior? qui doctissimus cer-
 tē ac candidissimus optimo quidem
 iure nunc apud doctissimum, maximē
 que pium, ac Reuerendissimum Dn.
 Iulium dignissimum Ecclesiæ Naum-
 burgensis Episcopum, doctorumque
 omnium incomparabilem fautorem
 ac patronum cancellariatu fungeris?
 Te profectō autore atque impulsore,
 ut uerē & ingenuē fatear, hoc quicquid
 fuit molestiæ audacter aggressus ad fi-
 nem perduxī, utinam æquē feliciter.
 Strenuē quoque incitauit I. V. desi-
 gnatus Doctor Valentinus Seydelius,
 uir humanitate ac morum integrita-
 te nemini secundus, qui ludicem hic
 agit, & in profanis ac secularibus ne-
 gotijs uices implet Reuerendissimi
 in Christo patris, ac principis illu-
 strissimi Dn. Danielis Sanctæ Mo-
 guntinensis Ecclesiæ Archiepiscopi,
 Sacri Romani Imperij principis E-
 lectoris &c. summi & singularis stu-
 diosorum literatorumq; omnium Me-
 cœnatis. Nihil etiam intentatum
 reliquit, nullum non mouit lapidem,
 felicitis memoriæ uir Christianus E-
 genolphus typographus Francofor-

EPISTOLA

diensis, propter distracta iam omnia
proximæ editionis exemplaria. Ad
hos stimulatōres haudquaquam se-
gnes accessit tandem & doctissimus ex-
cellentissimūq; medicinæ doctor Dn.
Adamus Lonicerus, Physicus Franco-
fordiensis, sedulus studiorum meo-
rum adiutor ac fautor. Idem & alij ex
amicis non pauci instanter à me pu-
gnaciterq; contenderunt. Quum itaq;
nullum undiquaque urgentium cerne-
rem modum, n̄q; potissimūm incita-
rent, quibus denegare quicquam turpe
uideatur, passus sum equidem imponi
mihi clitellas, & hoc quicquid est opu-
sculi, pro uirili mea portione reforma-
re, ac ueluti recoquere cœpi, id solū ci-
tra arrogantiam quærens, ut optima
hæc medicinæ præcepta, quoad possem,
dilucidiora auctioraq; efficerem. In
quo quidem, dum plusculum tribuenti-
bus mihi amicis operam dedi, si af-
secutus sum, quod desiderarunt, gau-
deo: sin cuiquam pulcherrimæ ma-
teriæ parum decoris à me additum,
& dicendi series totaque interpre-
tatio deformior adhuc, inutilisque
plerisq; in locis uidebitur, illud mihi
confu-

N V N C V P A T O R I A.

confugium, patrociniūq; conceder, quòd non spontè, sed importunis amicorum efflagitationibus, ac quotidianis ferè conuijs ad hanc prouinciam capessendam incitatus sim. Has autem meas qualefcunque ineptias, Reuerende pater, tui amplissimi nominis auspicijs, tuoq; fauore commendatas, in manus hominum redire uolui, ac principio quidem, ut pro eo, quòd in R. G. tuæ benignitate hæctenus ac fide studia mea omnia, uelut in tutissimo sinu cõquieuerint, mei uicissim amoris erga R. G. tuam eximij aliquod extaret *μνημόσῳον*, gratique animi erga promptissimam R. G. tuæ in me uoluntatem darem aliquam significationem. Deinde uerò, ut hac etiam qualicunque mea nuncupatione posteritati testatum foret, quanto in hunc usque diem amore R. G. tuae Academiam hanc nostram profecuta sit, ut in quam, haud secus atque Louanij quondam Hieronymus ille Buslidius, non ædificijs solùm reparandis instaurandisq;, uerùm multo magis etiam augendis professorum salarijs, ingentem pecuniarum summam transfuderis: sed hoc

E P I S T O L A

quoque laudabilior, quòd is moriens, cum uti amplius non concederetur, in publicam studiorum utilitatem sua transtulerit, tu uerò firmo adhuc & uegeto corporis robore idem quotidie præstes. Quod ad me quidem attinet, quandiu quicquam spiritus in hoc corpusculo calebit, non desinam pro uiribus seruire R. G. tuæ, & sancto fratrum tuorum collegio, idq; certè magna cum animi sinceritate. Nec ingratos R. G. tua experietur doctissimos simul & humanissimos Academiae nostræ proceres quot sunt, quotq; post alios erunt in annis: imò uerò non albis solùm, siue matriculis, ut uocant, sed parietibus etiam atque publicis Academiae monumentis inscribent, quo uel omnium seculorum posteritas intelligat, se R. G. tuæ quàm plurimum debere. Deinde precibus quoque suis Deum optimum maximum suppliciter pro tua, tuorumque omnium incolumitate & salute nunquam desinent interpellare. Optimè in Domino ualeat R. G. tua, & non munusculum hoc, quod uile admodum, minimiq; precij offero, sed animum offerentis expendat, ac me meaque

N V N C V P A T O R I A .

que studia in clientela sua conferua-
re dignetur . Erphordiæ

1111. Calend. O-

ctob. Anno

M. D. LVI.

M. MARCVS



M. MARCVS FRYTSCHI-
us Laubanus, Candido Leo
tori S.

Quisquis es, & medicam non planè respu-
is artem,
Hunc studiose librum (sic quia dignus) a-
ma.

Qui nouus egrediens, uitio purgatus ab omni,
Liberius Claras gestit adire domos.

Curio fatidici decus insuperabile Phœbi
Edidit hoc plenum frugis & artis opus.

Vlnis ipsum igitur complectere utrisque iuuen-
tus,

Ac bene demerito dic bona uota uiro.

Nam quibus instructus, sine morbis membra tue-
ri

Possit homo, liber hic dogmata certa tenet.

Magnanimo Anglorum regi quæ dedita quon-
dam,

Iam renouata tibi Teutonibus ora uides.

Tuq; cohors iuuenum, teneris quæ protinus an-
nis

Sedula das operam uerba Latina loquit

Incolumem, moneo, si gestis ducere uitam,

Membrorumq; cupis prosperitate frui:

Curio manè tibi, tibi Curio nocte legatur,

Non imitabilis est absq; labore labor.

Exiguus

Exiguum certe, quo pagina uenditur, esse,
Quæ disces, magnæ commoditatis erum.
Nam docet, affectus qua sint ratione regendi,
Omnis ab excessu semina morbus habet.
Vini epulique modum præscribit, Cypridis u-
sum
Temperat, & quæ sine sana lauacra mo-
net.

Cùm corpus nimio repletum sanguine turget,
Incisis uenis euacuare iubet.
Vesperis ait somnum capiendum, nanq; diurno
Tempore qui dormit, multa pericla ciet.
Inscius in febrim dilabitur, atq; catarrhum
Colligit, & toto corpore languet iners.
Hic quoq; certa leges anni discrimina, nanq;
Diuersos radios ardor, & algor habent.
Non eadem Veri, Messis, Autumnosq; Hyemiq;
Conueniunt, tribui uult sibi quodq; suum.
Quid sibi quodque uelit, quid quælibet exigat
ætas,

Curio monstrabit, si tibi lectus erit.
Si sapias ergo, moras tollens studiosa iuuentus,
Hunc tibi emes (paruo uenditur ære) librum.
Insuper Auctori, grato pro pignore, fata
Optabis Pyllo non citiora sene.
Sic tibi non deerunt, qui scripta salubria con-
dant,
Materia ingenijs conueniente suis.

Hicce

Hisce uale, atq; bono feliciter utere seculo,
Castalium ad fontem iam uia trita patet.
Tempora quæ fors a subito uemura sequentur,
Non ita sæcundæ conditionis erunt.
Si sapis ergo, tibi hæc quos porrigit, arripe cri-
nes,
An bona uel mala sint, secla futura latet.

EIDEM M. HENRI-
cus Spmæus Bercken-
sis S.

Quod malè curarent homines languentia
membra,
Viderat ex alto pulcher Apollo loco.
Territus exclamat: quæ morbis queritis ægri
Pharmaca mortales? quæ Medicina datur?
Tenditis in mortem tali ratione medendi,
Corruit et labens non reparatur opus.
Restitui in melius si uidiis corpora læsa,
Viuentiq; frui commodiore uia:
Huic operi uigiles oculos imponite claro,
Vouite tam doctum tempus in omne librum.
Discitis hinc certas medicandi saucia leges,
Inegra quòue modo sit retinenda salus.
Præstitit hoc artis medicæ tibi Curio Doctor,
Curio Apollinei gloria magna chori.

Extendi

Extendi uitam qui longum uultis in æuum,
Curio Tithoni, dicite, uiue dies,

ODE M. LUDOUIC
ci Helmboldi Mulhu-
sini.

Nulla uis, uirtusq; manet perennis
Rebus his, quæ uiribus extruuntur
Corporis, quæ mens operatur, omni
Tempore durant.

Nunc ager, uel sylua, uel est rubetum,
Quod fuit quondam Phrygij aula Regis,
Arx fit e contra modò Carolæa,
Quod seges olim.

Firma sunt, fidumq; sibi tuentur
Nomen, et famam, documenta, quorum
Auctor est Phœbus, sine honore nunquam
Commemorandus.

Vtilis res est medicina, totum
Sustinet mundum, nisi salua nanq;
Membra sint, præceptis domui uniuersæ
Turbo minatur.

Claret idcirco Podalyriana
Fama, nec laus Hippocratis remittit,
Æmulus fertur uolucrum per alta
Astra Galenus.

Hos duces, hos signiferos secutus
Curio, excellit simul, & referri
Inter heroes medicos profunda

Mene meretur.

Menis hic index liber est, amomum
Plantat, extirpat tribulos, uenena
Enecat, morbos fugat, atq; sanos

Protegit artus.

Sanitas curae sua sit cuius,
Huic uiam monstrans igitur tuenda,
Gratijs omnem comitatus ibit

Curio in orbem.

I N D E X

UMSF

INDEX SUMMARIUS EORVM
quæ hoc Libello tractamur.

A.

Aceti proprietates	150 a	Aëris electio	78 b
Aestatis cibus			90 a
Albica piscis marinus			117 b
Allium contra uenena			71 a
Amarellus auis aquatica			114 b
Anguillæ esus calculosis noxius			123 a
Anguillarum, lampretarum coctio			123 a
Animalium uiscera	152 b	Anisi utilitates	155 b
Anni tempora quatuor			215 a
Aqua crapulæ confert			106 a
Aqua intercutem			21 a
Aquæ potus noxius			104 a
Auditus grauitas			202 b
Aucs esui aptæ			108 a
Aurium tinnitus causæ			203 b

B.

Erafica temulentiam curat			171 b
Butyri proprietates			131 a
Butyrum quid conducat			130 b

C.

Caluitiem emendare			18, b
Cancrum curat chærefolium			189 b
Capitis dolor			16 a
Capo, siue gallus castratus			105 b
Caput purgare			184 b

INDEX.

{	Caro	bouina	42 b
		caprina	43 b
		ceruina	41 b
		leporina	42 a
		porcina	60 a 101 b
		uitulina	207 b
		salsa	41 b
		Carpio piscis squamosus	118 a
		Casci eius 40 b	Casci facultates 133 a
		Caseus recens 59 b	Catarrhus 16 a
		Caulium effectus 170 b	Ceparum effectus 182 a
		Ceparum usus	27 b
		Cerebra stomacho inimica	60 b
		Cerebri confortatio	7 b
		Cerasorum eius commoda	140 b
		Cereuisie confectio	149 b
		Cereuisie potus	87 a. 148 a
		Cherofolij herbe effectus	189 a
		Chelidonia	193 b
		Cholerica complexio	235 a
		Cibi bene nutrientes	49 a. 57 a
		Cibi & potus alternatio	124 a
		Cibi melancholici vitandi	36 b
		Cibus iucundus 61 b	Cœnaparca 23 b
		Colorum hominis indicia	124 b
		Columba cibus cholericus	110 b
		Colica passio	22 a
		Condimenta generalia	95 a
			Confpicio

INDEX.

<i>Conspicilia vitrea</i>	12 b
<i>Consuetudo altera natura</i>	161 a
<i>Consuetudo uarianda</i>	167 a
<i>Coturnix siue Quiscula</i>	111 a
<i>Croci proprietates</i>	197 b

D.

<i>Dentes à putredine etc. conseruandi modus</i>	9 b
<i>Dentium dolori conducencia</i>	209 b
<i>Dentium immundities</i>	9 a
<i>Dietæ administratio</i>	168 a
<i>Dietæ habenda ratio</i>	164 b
<i>Dietæ moderata</i>	7 a
<i>Dispositio cibi, edendi item ac cibo ū ratio</i>	30 a
<i>Dolor capitis</i> 16 a <i>Dormendi ratio</i>	19 a

E.

<i>Ebrietatis incommoda</i>	8: b
<i>Edendi & bibendi modus</i>	136 a
<i>Enula campana</i> 191 a <i>Epilepsia mederi</i>	186 a
<i>Excrementorum retentio</i>	5 a

F.

<i>Fames duplex</i> 32 a	<i>Febbris causa</i>	15 a
<i>Ficum proprietates</i>		62 a
<i>Ficum usus in cibis</i>		145 a
<i>Fistulæ curatio</i>		213 a
<i>Flatuum in aluo retentorum nocumenta</i>		20 a
<i>Fœniculi semen</i>		154 b
<i>Fons oculos recreat</i>		11 b
<i>Frigellus autis cibo accommodat</i>		113 b

I N D E X.

G.

<i>Galbio piscis marinus</i>	118 a
<i>Gallinae commendatio in cibo</i>	108 a
<i>Gaudij repentinum incommoda</i>	5 b
<i>Gornus piscis marinus albus</i>	118 a

H.

<i>Humores quatuor in homine</i>	222 a
<i>Hydrops</i> 21 a	92 b
<i>Hyscopi uirtutes</i>	188 a

I.

<i>Ira</i>	3 a
<i>Irasci utile quibus</i>	3 b
<i>Iura è caribus</i>	56 b

L.

<i>Lac</i> 59 a	<i>Lactis electio</i>	128 b
<i>Lactis esus</i>		38 b
<i>Letitia ualeitudini confert</i>		5 b
<i>Lotij retentio</i>		4 b
<i>Lucius piscium tyrannus</i>		116 b

M.

<i>Malae facultates</i> 172 b	<i>Manuum lotio</i>	8 a
<i>Manuum lotionis utilitas</i>		97 b
<i>Manuum tremor</i> 177 a	<i>Medulla ossium</i>	61 b
<i>Melancholica complexio</i> 139 b	<i>Membra</i>	174 b
<i>Merula avis</i> 112 a	<i>Mespilorum utilitates</i>	147 a
<i>Misio nocturna</i>		147 a
<i>Musti potionis nocumenta</i>	132 b	147 b
<i>Mutatio subitanea</i>		165 b
	<i>Nasturtium</i>	

I N D E X.

N.

Nasturtium herba	193 a
Nauseam marinam quæ prohibeant	94 a
Nocturna repletio noxia	4 b
Nuces contra uenenâ	77 b
Nuces post pisces	137 a

O.

Ortygometra	112 b
Ossa, nerui & dentes homini quot	220 a
Otis, gallina syluestris	114 a
Oua sorbilia 62 a	Ouorum differentie 49 b

P.

Pandiculari membra	8 b
Panis calidus nociuus 98 a	Panis crusta 100 b
Panis electio & ratio 98 a	Pectere crimes 8 b
Perca piscis squamosus	116 a
Perdix in cibo usus	113 a
Persica, passule	143 b
Persica prima mensa edenda	36 b
Phasianus gallus syluestris	112 a
Phlebotomie effectus	256 b
Phlebotomie impedimenta	249 b
Phlebotomia & uenæ sectio	245 a
Phlebotomia quibus mensibus conueniat	248 b
Phlebotomia quibus morbis & etatibus conueniat, & quantum sanguinis quoq; tempore detrahendum	262 b
post Phlebotomiam considerata quæ	261 a

I N D E X.

circa Phlebotomiam quæ obseruanda	255 a
Phlegmatica complexio	237 b
Piper nigrum	200 a
Pisforum coctio	127 b
Pisces qui, & quibus conducant	115 b
Piscium salsa calida	97 a
Plagitia piscis	118 a
Pomorum esus	37 b
Porri effectus	199 a
Potus mali correctio	93 a
Potus triplex	124 b
Pruna	142 a
Pulegij effectus	192 a
Pulices fugare	181 a
Pyra syluestria contra uenena ualent	75 a
Pyrorum nutrimentum	38 a 139 a

R.

Rapa	151 a
Raphanus satium uiperarum ictus discutit	75 a
Rheumatis remedia	211 a
Ruta contra uenena ualet	74 a 93 b
Ruta cruda, saleq; condita, uisus aciem exau- cuit	74 a
Rutæ duo genera	73 b
Rutæ facultates	180 a

S.

Sal	118 a
Salicis effectus	196 a
Saluis	

I N D E X.

Salvia potus malitiam emendat	91 b
Salvia operationes & effectus	176 a
Salis commendatio in cibis	158 b
Saluatella sectionis commoda.	268 a
Sanguinea complexio	232 a
Sapores, & eorum qualitates	160 a
Saxatilis piscis	117 a
Serpentes fugat sinapi suffitum	184 b
Serum lactis 132 a Sinapis effectus	184 a
Sitis aqua extinguenda	105 b
Somni tempus convenientissimū nocturnum	18 b
Somnus meridianus	4 b 14 b
Spasmus	20 b
Speculum oculorum aciem excitat	12 a
Spodium	156 b
Sturnus cibo commendatur	109 b

T.

Tenasmus	3 a
Tenchæ, uel tinea, piscis glaber	118 a
Testiculi gallorum	59 b
Theriacæ contra uenena auxilio est	76 b
Timor	2 b
Tranquillitas sanitati confert	6 b
Tremor manuum	177 a
Tremulus avis, uulgo Motacilla	114 a
Tristari utile quibus	3 a
Tristitia nocet ualctudini	2 a
Truta	113 b
Turkæ	

I N D E X.

Turtur boni alimemi	109 a
V.	
Vapores stomachi prohibentia	94 b
Vene scissura quanta	258 b
circa Venæ sectionem quæ consideranda	259 a
Venenorum letalium remedia	71 a
Vermes progenerantia	8 b
Vertigo	22 b
Vina theologica	55 b
Vini boni proprietates	65 b
Vini differentia	53 a
Vini nimia potatio	81 a
Vino parcè utendum	4 a
Vinum dilutum	86 a
Vinum crulatum	191 b
Vinum est lac senum	87 a
Vinum melius	84 b
Vinum saluiatum	177 b
Vinum uetus	85 a
Violæ effectus	185 a
Vippa panis cum uino	163 b
Viridia oculis dant releuamen	12 b
Visum conseruantia	7 b 208 b
Visus nocumenta	105 a
Visus recreatio	11 b
Vocis raucedinis cause	210 b
Vrticæ effectus	186 b
Vue	63 a
	D E

DE CONSERVAND
DA BONA VALETVDINE,
Liber Scholæ Salernitanæ.



DE ANIMI PATHEMATIS, ET
remedijs quibusdam generalibus.

Caput I.

Anglorum Regi scribit schola to-
ta Salerni:

Si uis incolumem, si uis te reddere sa-
num,

Curas tolle graueis, irasci crede profa-
num:

Parce mero, cœnato parum, non sit tibi
manum

DE CONSERVANDA

Surgere post epulas, somnum fuge me-
ridianum,

Ne mictum retine, nec comprime forti-
ter anum.

Hæc bene si serues, tu longo tempore
uiues.

Denk dng von England ist geschribn/
Lass dir so:z vnd zorn nicht geliebn/
Halt messig malzeit/sitz nicht lang/
Fleuch mittag schlaff/er mache dir bang.
Den barn vnd stül nicht vbergehe/
Du büst sonst deiner gsundheyt wehe.



RAESENS hic liber, à
Doctoribus Scholæ Saler-
nutanæ in gratiam Regis
Angliæ conscriptus, mul-
ta & uaria conseruan-
de bonæ uoletudinis præ-
cepta complectitur.

In hoc autem capite octo imprimis genera-
tim referuntur, quæ nos singulatim deinde, ac suo
quodq; ordine explicabimus. Primum ergo est,
ut tuendæ sanitatis suæ studiosus, anxiferas, gra-
uis, & pertinaces curas relaxans, ex animo pe-
nitus exterminet. Curæ enim corpus uehemēter
extenuant & exiccant, somnum impediunt, per-
petuisq; uigilijs cōficiunt, uires destruunt, febres
etiam

etiam accendunt, ac grauissimis uoletudinibus inniti præbent: ipsæ quoque Melancholiam generant, pariterque calorem innatum resoluunt, & extinguunt, & magis, si diutius durauerint. Autor Galenus cum multis alijs locis, tum præcipuè Aphor. libro 2. comment. 28. & libro 3. comment. 31. & de tuenda sanitate lib. 1. cap. 11.

Sub eodem præcepto comprehendi debent & Tristitiæ, que & ipsæ corporis naturam frigiditate & siccitate corrumpunt, id quod Salomon quoque cap. 17. Prouerbiorum suorum attestatur: Spiritus tristis, inquit, exiccat ossa. Sed cum omnis mœstitia generanda melancholiæ uim habeat, quò tamen uehementior ac diuturnior hæc affectio fuerit, eo plus adsit periculi. Nam extra hoc, quò corpus macie paulatim extabescit, cor etiam ipsum immodicè constringit, spiritum obtenebrat, ingenium hebetat, rationem impedit, iudicium obscurat, & memoriam obtundit. In mœroribus item fortibus, uti à Nemesio capite uigesimo de natura hominis, ex tertio libro Demonstrationum Galeni refertur, biliosa quedam superfluitas consuevit in uentriculum defluere, & multò magis quam ipse malè affectus fuerit, que sanè molestiam exhibet, ut non prius à mœstitia & cruciatu cesset, quam superflui-

Tristitia

DE CONSERVANDA

tas illa uomitu eiecta fuerit, id quod Galenus etiam Aphoris. libro 6. comment. 10. attestatur.

Timor. Idem de timore quoq; intelligendum: nam & ipse intrò et ad principium, tum spiritũ, tum sanguinem unà cum refrigeratione eorum, que in summo corpore sunt, abducit ac contrahit: itaq; que etiam pulsus tum arteriarum, tum cordis ijs, qui timere, minimi ac maximè imbecilli sunt: partes in superficie positæ algente, corpusq; pallenscit, tremor incidit, uox interrumpitur, & uires deniq; conuelluntur omnes. Quod autem in tristitia paulatim patiuntur homines, id in timore confertim accidit, dissidentibus scilicet inter se passionibus ijs non toto genere, sed magnitudine & uehementia. Itaq; etiam ob timorem & immensum mœrorem nonnulli repentina morte interierunt, quòd scilicet imbecilla suapte natura animula eorum sub ualido affectu oppressa, confertim extincta & suffocata sit, quemadmodum luculenter & perspicuè docet Galenus lib. 2. ca. 5. de causis sympt. Quippe extinguì eam accidit propter affectus ipsius naturã, ut cuius generatio in frigerando consistat: Suffocari autem, eò quòd totus sanguis unà conuocet, atq; ad principium deferatur. Cuius s:nè rei insignia exempla extant apud Plinium lib. 7. ca. 36. naturalis historie. Quocirca cum, qui salutatis suæ tuendæ

curam

curam susceperit, cane peius & angue, omnia illa, quæ non aspectu & auditu modò, uerùm & mentis agitatione tristis existunt, fugere oportebit. Quod Aristoteles quoq; innuisse uidetur, cū problemate s. sect. 7. scribit, λῦθω θύμια μείδιζε quandoq; qui homines suffocari laqueo uidissent solum. Lege plura apud Stephanum Atheniensem in lib. 1. ad Glauconem comm. 12. Hoc tamen ignorandum non est, quòd obesitas non- Tristari nullis, quibus corpus immodicè plenum est, ac ijs utile. etiam, qui spiritus admodum mobiles & calidos habent, interdum utile sit, si curis, timore, & tristitijs conficiantur, quò nimirum spiritus calor hebetetur, & nimia moles, quæ corpus onerat, extenuetur aliqua ex parte atq; auferatur: id quod uno ore confirmant Paulus Aegineta lib. 1. ca. 57. Aëtius lib. 4. ca. 33. & Rhazes lib. 4. cap. 9. ad Almanforem.

Secundum, ut ab ira temperet. Nam cū ira sit feruor quidam, ac uehemens motus caloris in ipso cordis corpore, qui in extimas tandem partes cum impetu diffundatur, ut eam planè dilucideq; Galenus lib. 1. ca. 4. de differentiis feb. & in libro de causis morborum, ca. 2. definit, necessariò corpus ipsum immodicè calfacit & exiccacat, quo fit, ut febrem nonnunquam accendat, in ijs præsertim corporibus, quæ in se admissam caliditatem longo tempore retinere natura apta

DE CONSERVANDA

sunt. Esi enim motus cordis sedetur, in hisce tamen remanet calor præter naturam, atq; inde hominem febricitare coningit. Quidam etiam ira commoti, quasi attoniti, ac extra se positi uidentur. Sunt præterea qui impotenti ira impetuosius concitatos, ἀποπληξίαν incidisse multos, repenteq; animam expirasse, nonnullos uero furore, comitialis morbi accessione, παραλύσει, conuulsione, podagra, & articularum maximè ac totius corporis tremore comprehensos, concidisse tradant. Obstat etiam animi iudicio, & rationis opera perturbat, & ut Cicero ait, ira præsentem nihil rectè fieri potest. Offenduntur autem ab ira potissimum, qui temperaturam corporis totius calidiorem, quàm pars sit, aut morbo, aut natura consecuti sunt: præcipuè quando cor & caput naturali intemperie immoderatè feruent, aut aliquo aduenitio calido affectu laborant. Animalibus tamen uitijs, morbis frigidis, & natura frigidiori cordi & capiti, Galeno lib. 6. Epidem. partic. 5. comment. 9. autore, ira non leue præsidium adfert. Innatum enim calorem in ipsis iam torpescenem excitat adiugetq;. Quod Hippocrates etiam libro 2. epidem. partic. 4. in eum scribens modum confirmat: Diligentia, inquit, adhibenda est; ut excandescencia inducatur, & coloris reparandi, & sanguinis in uasa subter cuticulam colligendi gratia.

Irascibile.

Quocir-

Quocirca ipsa à perfrigeratis, pallido colore præditis, & καχεξία laborantibus, ex quibusdam interuallis, & temporibus opportunis assumenda est, non sanè ita cominenter, ut facultas offendatur, sed perinde ut exercitationes innatam calorem corroborantes, non immoderate facere oportet, sed tum opportunè, tum moderatè assumere, ita & excandescentiam, si clarissimis Medicinæ scriptoribus, Galenolib. 9. ca. 10. de difficul. respirat. Paulo lib. 1. ca. 58. & Aëtio lib. 4. ca. 34. credendum est.

Tertium, ut moderatè uino utatur. **VI. VINUM.** Vinum enim modicè haustum natium calorem adauget, teste Galeno capite 4. de causis morborum. Vbi uerò immoderatus bibitur, quam ut uinci possit, tantum abest, ut animal calfaciat, ut etiam frigidiora uitia gignat, quemadmodum copiose Galenus lib. 3. cap. 5. de temperamentis ostendit: quippe apoplexia, paraplegia, & que Græcè caros, & comata uocamus, neruorum resolutio, comitiales morbi, conuulsiones, tetani, & debilitas uentriculi, ac reliquorum morborum omnium, immodicum uini potum comitantur, quorum unumquodque frigidum est uitium. Sed de his plura infrà capite decimo quinto.

Quartum, ut in cæna modico cibo utatur: exiguus nanque cibus à facultate uinci perfectè

DE CONSERVANDA

& facile potest. Qui uero noctu multum ingerunt, uentericulumq; nimio cibo onerant, dolorẽ primũ & angustiam perpetiuntur, deinde nec probe dormire, nec recte concoquere possunt, quòd nimis copia facultas aggrauetur, ceu nimio pondere pressus, subindeq; superare ingestum cibum nequeat, id quod & infrà cap. 5. uberiùs ac fusiùs declarabimus.

Quintum, ut statim à sumpto cibo surgat: hoc enim ad concoctionem facit, quia cibus sumptus ita faciliùs descendit in imum uentriculi, in quo, Gal. lib. 5. ca. 5. de locis affect. teste, coctionis opus perficitur. Infrà ca. 2. & 76.

Sextum, ne à prandio somno indulgeat. Is *Somnus* namq; somnus, qui cibum statim excipit, fumosis *meridia-* exhalationibus caput replet, destillationesq; parit. Sed de hoc uberiùs infrà ca. 3. *nus.*

Septimum, ne lotium diutius, quàm natura Lotij re fert, remoretur: hinc enim interdum oriuntur *tenio.* *δυσουρία* & *ιχθυρία*, hoc est, uitia, in quibus urina aut egrè & difficulter excernitur, aut in totum supprimitur ac cohibetur. Eodem modo calculus aliquando & aqua intercus gigni perhibentur, neq; aliud quidquam equè uesciam ledit, atq; longior, ultra mingendi uoluntatem, lotij retentio, id quod testantur cum primis Galenus lib. 6. ca. 4. de loc. affect. Rhazes lib. 4. ca. 6. ad Alman. & Auicem. Fen. 19. 3. trat. 2. ca. 6.

Octauum, ne compressis natibus uentris o- Excre-
 nus suppressere & retinere temet: ita nanq; in- nientorū
 durantur faeces in intestinis, ob conuinuam suctione retentione.
 nem uenarum meseraicarum, quæ cum intestinis
 coniuuatae, omnem humiditatem è sacibus exu-
 gunt, quo fit, ut ille exiccate, difficilius exitus
 intestina obstruant, oppilentq;: oppilationem ue-
 rò, ob flatuum eductionis præclusionem, & alia-
 rum consequentium sæcum coacervationem, no-
 cumenta sequantur, cum illa, quæ ca. 4. enume-
 rantur, tum etiam quæ referuntur à Cornelio Cel-
 so lib. 1. ca. 3. Ex uentre, inquit, suppresso, inflam-
 mationes, calignes, capitis dolores, aliaq; supe-
 rioris partis mala crescunt. Quibus accedunt
 etiã, ut Rhazes testatur, τεινσμός, & cibi fasti-
 dium, quod malum Græci ἀνορεξία, Latini ue-
 rò appetentiæ amissionem uocant.

Summoperè præterea cauendum, ne in
 exoneranda aluo nimio conatu utatur: nam &
 hinc non rarò sequi solet τεινσμός, siue exitus
 intestini, quod ab osse sacro ad anum usque
 pertinet, Græcis ἀπενδυσμένον καὶ ἀρχόν di-
 citur, Latinis longanum, rectum, & princeps, te-
 ste Andrea Vesalio lib. 5. cap. 5. fabricæ humani
 corporis.

Ultimo tandem loco subiungitur, longissi-
 mo tempore uicturum, quicumq; hæc præcepta
 studiose & diligenter obseruauerit.

DE CONSERVANDA

Si tibi deficient Medici, medici tibi
fiant

Hæc tria: mens hilaris, requies, modera
ta diæta.

Geb: chn dir Erzt / nim an disß dzei /
Freud / messig malzeit / rûh darbei.

Hoc loco fit mentio trium remediorum,
quæ in defectu Medici, uicē eius cum apud alios,
tum nobiles maximè & excellentes uiros supple
re possint.

Primum, animus hilaris ac letus: letitia e-
Mens hi nim calorem excitat naturalem, spiritus tempe-
laris. rat, & puriores reddit, uirtutem corroborat,
etatem floridam facit, iuuenile corpus diu con-
seruat, uitam prorogat, ingenium acuit, & homi-
nem negotijs quibuslibet obeundis aptiorem red-
dit. Conuenit ut hæc ipsa letitia siue gaudium, bo-
na uoletudini commodum, sit temperatum, non
excedens modum, neq; repentinum. Nimio enim
& repenimo gaudio, quemadmodum Galenus li.
2. ca. 5. de Symptomaton causis, & Alexander
Aphrodiseus problemate 21. memoriæ prodide-
runt, tanta fit cordis relaxatio, ut uirtus uitæ
lis unâ cum innato calore tota egeratur, ac dissi-
petur, adeoq; syncope nonnunquam & repen-
tina mors consequatur. Atque huius quidem rei
extant horribilia ac pertimescenda exempla a-
pud

pud T. Liuium De ca. 3. lib. 2. Val. Maximum li.
 9. ca. 12. Plinium lib. 7. ca. 32. & 53. & A. Gellium
 lib. 3. ca. 15. At enim cum, iuxta tritissimum scho-
 lis medicorum dictum, contraria contrarijs cu-
 renur ac depellamur, illis potissimum gaudium
 adiscendum est, qui tristioribus animi pathema-
 tis immodicè conficiuntur. Quod sanè per illa
 cum primis consequimur, quæ principes facul-
 tatum partes corroborant, sanguinem bonum ge-
 nerant, & spiritus instaurant: eadem quippe &
 memi, Auicenna 4. 1. ca. 1. & 11. 3. trac. 2. ca. 10.
 teste, gaudiū et letitiam conciliant adiunguntq̃.
 Huiusmodi porrò sunt cibi suaves & boni suc-
 ci, uinum subtile ac delectabile, boni & fragran-
 tes odores, delectabilium rerum commemoratio,
 & cum amicis & familiaribus frequentior &
 iucunda conuersatio. Quare, ut Eobanus noster
 disertè canens, admonet,

Vtere conuiuis non tristibus, utere amicis,

Quos nuge, & risus, & ioca salsa iuuant.

Quem non blanda iuuenis usrij modulamina can

Hinc iecur et renes, egraq̃; corda stupèt. (tuul

Nam nihil humanas tanta dulcedine mentes

Afficit, ac melicæ nobile uocis opus.

Tange lyram digitis, animi dolor omnis abibit,

Dulcisonum reficit tristia corda melos.

Atq̃; hinc ad cò est, quod grauissimus au-
 tor Plutarchus in libro de uirtute morum tra-
 dit,

dit,

DE CONSERVANDA

dit, Pythagoram animo pacando sedandoq; ab affectibus & perturbationibus uehementibus Musicam adhibere solitum. Sic Saul quoq; per Dauid psallentem à spiritu maligno liberatum legimus. His similia & scitu non indigna, lib. 1. et 14. Dipnosophistôn Athenæus refert. Atqui hæc nusquidē dicta magna ex parte hisce etiam uersibus ex Hieronymo Fracastorio complexi sumus:

Tu tamen interea effugito, quæ tristia memem
Sollicitant, procul esse iube curasq; metumq;
Pallentem, ultrices iras: sine omnia leta.

Alma Ceres te in hoc, Bacchi quoq; leta iuuabūt
Munera, sic dulces epulæ, sic copia rerum,
Sic urbis, sic ruris opes, & summa uoluptas,
Visere sæpè amnes nitidos, iucundaq; Tempe,
Et placidas summis sectari in montibus auras.
Accedant iuuenumq; chori, mustæq; puellæ.

Trāquil
litas a-
nimi.

Secundum, Animi tranquillitas: nobiles enim & excellentes uiri, ob maximas & diuersas curas, quas sustinent (si ipsis cætera omnia antè pariter adfuerint) mentis inquietudine magis, quàm mediocris conditionis homines, læduntur: Nam si quid aliud, hæc maxime somnum impedit, qui nobilibus, eum biliosæ ferè & sicciore naturæ sint, in primis conueniebat. Vigiliæ uerò, ut Galenus lib. 7. cap. 6. Therapeu. metho. auctor est, magis adhuc totum corporis habitum sic
cant,

sunt, adeoque hi, qui alioquin ex siccitate laborant, infestissime sunt. Vel requies hic ad corporis quietem, quae motui opponitur, referenda est. Nam et haec quoque ad valetudinem necessario adhibetur. Calorem enim naturalem assiduis laboribus fractum ac dissipatum reuocat, vires exhaustas ac penè perditas recuperat, adeoque praestat, ut animal se colligat, ac durare possit. Quod diuertè admodum apud Ouidium lib. 3. epist. 4. Phaedra Hippolyto his uersibus significauit:

Quod caret alterna requie, durable non est,

Haec renouat vires, fessaque membra leuat.

Eleganter autem alternam requiem uocat, sicut enim non semper laborare, ita nec semper quiescere expedit.

Tertium, Moderata dieta, id est, modus, seu ratio uiuendi, Graecis communiter δ'ιαίτα dicitur, Latini uictus rationem reddunt. Quidam Graecam dictionem retinere, ac Latini characteribus, dietam, scribere maluerunt, uulgius Regimen sanitatis, siue regulam uictus appellat. Complectitur autem in se, non modò, quae ad cibi & potus rationem attinent, sed reliquas etiam res omnes, quas Non naturales medici uno ore uocare solent. Harum enim commodus & moderatus usus saluberrimus est, & corporis constitutionem conseruat: Intempestiuus uerò & immodicus sanitatem, adeoque naturam hominis, corrumpit.

dieta moderata.

DE CONSERVANDA

Ut igitur uita morbis omnium minimè obnoxia
sit, harum legitimus usus sollicitè ac diligenter ser-
uandus est. Plura infrà ca. 55.

DE CONFORTATIONE

Cerebri. Cap. II.

L Vmina manè, manus surgens geli-
da lauet unda,

Hàc illàc modicum pergat, modicum
sua membra

Extendat, crines pectat, dentes fricet,
ista

Confortant cerebrum, confortant cæ-
tera membra.

Lote cale, sta pranle, uel i, frigesce mi-
nute.

Zugen vnd hend wasch frú gar rein/
Mit gehn beweg dein leib vnd bein/
Kemme dein har/dein zeen auch reib/
Diß sterckè das hirn vnd ganzen leib/
Nachm bad biß warm / nach tisch geh/stich/
Vnd sit sam laß dein hitz vergehn.

Hic traduntur sex præcepta de cõfortatione
tum cerebri, tum reliquorũ membrorum omnũ.

Primum, ut singulo quoq; die manè ocu'i ie-
iuno lauentur: à sordibus. n. et lemīs, quæ in ipsis
noctu coaceruãtur, et palpebris adherescunt, ne
inde læsionem percipiant, aut corrodamur, dili-
genter

Visum
conseruã
tia.

genter

genter repurgari debent, idq; aqua clara, uiridi, & frigida, inſperſa potius quàm per manus admota, faciendum eſt, uel certè in eadem aperiti ambo, quoad poterunt, immergendi, ac longiori deinde temporis ſpacio ſupprimendi ſunt. Hoc enim non abſtergit modò, ac claros rutidoſq; reddit, ſed ſanos etiam conſeruat, uifumq; acuit & confortat, et maximè in iuuentute, quæ madmodù Paulus Aeg. lib. 1. ca. 31. Rhazes lib. 4. ca. 22. ad Alman. & Auicenna 33. Trac. 1. cap. 5. & 33. Trac. 4. ca. 3. fideliffimè tradunt. Cur aut frigida magis quàm calida lauari debeãt, ratio hæc eſt, quòd, ut Galenus cum alibi sæpè tū maximè aph. lib. 1. commen. 16. et li. 3. ca. 41. de aliment. facul. et ca. 86. artis medicinalis teſtatur, conſeruatione in tēperatis ſemper per ſimilia fiat. Oculi uerò, ut li. 5. ca. 1. de generat. animal. et li. 2. ca. 10 de partibus corundem, et in lib. de ſenſu & ſenſibili ca. 2. Ariſtoteles ſcribit, ſunt de natura aquæ, hoc eſt, frigidi, quare etiam frigida potius, quàm calida lauari debent. De recreatione & confortatione uifus paulò poſt, & infra ca. 79.

Secundum, ut manus quoq; lauentur: cum enim inſtrumenta ſint, quibus emundantur organa ^{Manu} ſuperfluitatum cerebri, aures nimirum, o-
culi, nares, & os, conueniet ſanè et ipſas cum primis eſſe mundas. Lauandæ igitur ſunt, ſed frigida magis, quàm calida: & hoc quidem

DE CONSERVANDA

cum aliis ob causas, tum maximè, quòd lotio manuum in aqua calida, & præcipuè post cibi sumptionem, Auienna 16. 3. Trac. 5. cap. 1. teste, uermes in uentre generet. Quia innatus calor, qui in uentriculo ac reliquis nutritionis membris concoctionem operatur, per eiusmodi lotionem ad exteriora retrahitur, itaq; imperfecta fit concoctio, quæ potissima generationis uermium causa existit. Plura de lotionem manuum infra capite 23.

Vermes.

Tertium, ut postquam è somno experrectus surrexerit, paulatim in ambulando se moueat: ut primæ & secundæ concoctionis excrementorum redundantiæ, quæ sunt feces & urina, descendant, & ad faciliorem excretionem præparentur adiuuenturq;.

Quartum, ut subidem tempus pandiculatur, hoc est, manus, pedes, & simul totum corpus extendat: quò uidelicet spiritus uitales unà cum sanguine, qui per somnum intrò magis fugiunt, ut lib. 6. part. 5. Ep. apho 29. doctissimè & breuissimè Hippocrates dixit, ad exteriora membra reuocentur, eoq; modo spiritus cerebri puriores ac temperatiores reddantur.

Pectere.

Quintum, ut crines pectat et ornet. Per hoc enim pori capitis aperiuntur, cerebri uapores in somno collecti ab oculis ad superiora alliciuntur ac dissipantur, et spiritus temperantur, subtilioresq;

tilioresq; fiunt. Pectinis igitur supra caput administratio sensuum instrumenta, & corporis reliquum corroborat, uisionem acuit, & cogitationem reddit meliorem, adeoq; ob id ipsum inter diu sepius reuocanda est, ueluti Auicenna 3. 3. trac. 4. capite 3. copiosè scribit. Atq; huic sanè instituto pectin eburneus probè politus & leuigatus curissimum præstabit usum, moderatè à fronte ceruicem uersus quadrages ductus. Marsilio Ficino lib. 1. de uita, cap. 8. teste.

Sextum, ut dentes fricet ac mundet: immundities enim dentium præterquam quod oris graucoleriam parit, spiritus etiam sordidos, impuros, & turbulentos exhalat, qui ad cerebrum eleuati, ipsi non paruam noxiam inferunt. Sordes item dentium cum cibo permixtæ & in uentriculum delatæ, cibum ipsum sæpè corrumpunt. Idem de lingua iudicium est, nam & huic adherentes sordes, ne in uentriculum deferantur, diligenter abstergende sunt. Quare os manè ex parte recto gargarizandum, & (nisi hyems sit) multa aqua frigidâ, cui aceti nonnihil admixtum sit, fouendum est, ut eleganter admodum lib. 1. ca. 2. Cornelius Celsus præcipit. Nihil autem dentibus eque nocet, ac frequentior lactis esus, ueluti Galenus lib. 3. ca. 14. de alimen. facul. disertè & copiosè scribens admonet. Nocet inquit, lactis esus assiduus dentibus, & circumdatiis carnibus, quas

Dentium
immundities.

DE CONSERVANDA

gingivas nominant. Has enim humiditas, dentes uero putrefactioni & erosioni admodum obnoxios reddit. Sumpto igitur lacte, os uino diluto coluere cōuenit. Satius autē fuerit, si mellis etiam quidpiā ipsi inieceris. Ita namq; omne caseosum, quod ex lacte dentibus ac ginguis circumfixum fuerit, abstergetur. Quod si etiā cuipiā tam robustū sit caput, ut uini meri collutione nō offendatur, melius is dentibus et ginguis cōsuluerit, ueruntamē et mel uino permistū, misturam ex utroq; reddit meliorē. Illud uerō dentiū incolumitati tutissimū aduersus lactis iniurias fuerit præsidium, si quis post sumptū ipsum primò melicrato, deinde uino adstringente os colluat. Hæc ille. Porro modus, quo dētes à prutredine, erosione, dolore, et graueolētia uindicari possint, optimus nobis à Dioscoride li. 4 ca. 146. Plinio li. 26 ca. 8. Galeno li. 8. ca. 136. de simp. medic. fac. u. & Auicenna 7. 3. ca. 2. præsistitur: ut os singulo quoq; mense uino, uel aceto, in quo Tithynalli radix ad dimidias decoctasit, bis colluatur. Hoc. n. non solū dentiū ac oris cōmendat odorē sed eorundē etiā dolori auxiliatur, & sanitatē cōseruat. Idē hoc remediū ex Archigene habet Galenus li. 5. de cōpos. phar. secūdū locos ca. 18. Plura infrā ca. 80. Aures quoq; benē à suis redūdantijs exoneratē sunt, neq; solū eorum excrementorū, quæ manifestē per certos meatus, sed omnū etiam, quæ occultē exeūt, uacuatione laceffenda & molienda est. Vlti-

Ultimus uersus tria præcepta saluberrima complectitur. Primum, ut balneo lotus atq; estuans omni cura et diligencia aduersus ambientis cæli frigidiorē intempericm sese muniat & defendat, ne illa scilicet per poros à balneo aperto in omne corpus permanens, ibidē mali quidpi ingeneret: A contrario siquidem ad contrariū repentina et inordinata transgressio, Galeno aph. lib. 3. cō. nen. 22. teste, periculosa admodū existit, præsertim cum factis ad frigiditatē subita cōmutatio eos, qui antea difflabātur, et per sudores euacuabamur, humores, tam in profundum corporis repellat, adeoq; partes etiam ad uentriculum atq; intestina attinemes offendat.

Obseruandū etiam, ne à recens accepto cibo, balneo statim utatur. neq; protinus post lotionē comedat aut bibat: qui. n. paulo antè bibit, huic caput repletur: qui uerò cibū sumpsit, non caput modò acru et corpus totum alimonā ad se, priusquā concocta fuerit, trahit, adeoq; crudis eī incōcoctis humoribus impletur: Statim uerò post lotionem cibum uel potum sumere, caput replet, deuoratumq; interdum superfluitare facit, quem admodum copiosè in 3. lib. de uic. rat. in morbis acutis comment. 55. et 56. & in lib. de Marasmo ca. 14. Galenus ostendit. De potu idē cōfirmat etiā Cornelius Cel. qui lib. 1. ca. 3. in eū scribit modū: Illud nosse oportet, quod ex labore sudādi, frigida

DE CONSERVANDA

potio perniciosissima est, atq; etiam (cùm sudor se remisit) itinere fatigatis inutilis. A balneo quoq; uenientibus, Asclepiades inutilem eam iudicauit. Atq; ex hac quidē causa, quomocunq; sudanti adhuc, frigidum bibendum non est. Cauendum etiam ne in ipso balneo comedat, bibat, aut dormiat: inde enim bona uentriculi concoctio obleditur, et naturę pugna cietur, dū sanguis, spiritus, et calor naturalis adscititio balnei calore ad exteriora allecti & protensi, ad interiora retrahuntur, & in profundum secedunt. Inter dormiendum etiam humores aliqui in uentrem confluunt, qui non, ut in alijs somnis, concoquuntur, sed longè plures sunt inconcocti permanentes. Somnus uerò à balneo utilis mē conceditur. Nihil enim est, ut Galenus lib. 4. ca. 9. de Sanitate tuenda scribit, quod æquè concoquat ea, quę concoqui possunt, & malos succos per balneum digerat, ut somnus à balneo.

Secundum, ut paulisper à cibi sumptione celsio et erecto corpore consistat: quo cibus ingestus, in uentriculi fundum, ubi concoctionis officina est, æquabiliter descendens, promptius concoquatur, ac raro deinde nec ualido incesu inambulet, ne ob uehementiorem corporis motum calor è profundo ad partes exteriores attractus, dissipetur, adeoq; cibi præcedatur concoctio. Plura infra capite 76.

Tertium, ut post uenæ sectionem frigescat, quod est, in paulò frigidiorè ambientis nos aëris constitutione tantisper immoretur, siue decumbat, dum sanguis & spiritus per phlebotomiã exagitati, sedentur et cõquiescant. Atq; huic quidẽ interpretationi assipulatur etiam Ioannes Fernellius, qui in libello de uacuandiratione cap. 19. in hunc modum scribit: Neq; igitur ad consueta munus properet, neq; celerius inambulet, neq; ullo exercitationis genere se fatiget, neq; utatur Venere, neq; protinus calidiora loca ingrediatur, neq; in balneum descendat: quandoquidem sanguis & spiritus uehementius incitati, ne dissipentur, aut incalescant, sed ad cõprimendiq; suue. Hactenus ille. Vel Minutè, ad uerbialiter hic accipiendũ, pro eo, quod est parum siue paulisper, ut referatur scilicet ad ea, quæ immediatè præcedunt, & sit hic sensus: Sumpto cibo, cælo frigidiori te paulisper exponito: quo calor innatus, propter circumstantiam extrinsecus frigiditatem, ad interiora refluxens et secedens, meliorem et concoctionem, et sanguificationem, tum etiam nutritionem operetur. Experiencia siquidem constat, calorem per se ipsum, ac spontè quidem post cibi sumptionem, ut eum mutet facilius, ac concoquat, in profundũ refluxere: atq; hinc ad eò fit, ut exteriora corporis mēbra, quæ in eò utcũq; calida semiebantur, & prædiorum atq; cœna frigore et tremore cõcutiatur.

DE C N O S E R V A N D A

Quare naturæ in eo, quod rectè operatur, opitu-
landum est Nonnulli uerò in hunc modum expo-
nere maluerunt Ne is, scilicet, cui uena secta est,
se subito calfaci ut, sed paulatim: quod subitæ mu-
tationes cura lesionem non faciliè contingant. In
eiusmodi enim permutatiobus quod plurimum
exiit atq; repenti, periculosum est satis, quod
uerò paulatim fit. tutum, ut inquit Galenus aph.
lib. 2. comment 51. Idem testatur etiam Aristote-
les Sec. 8. problemate 15.

DE RECREATIONE VISVS.

Additio.

Fons, Speculum, Gramen, hæc dant
oculis releuamen.

Mane igitur montes, Sub serum in-
quirito fontes.

Triahoc loco recensentur, que insita natu-
raui & substantiæ quadam similitudine o:ulos
recreant, & uisum maximè consolantur.

Primum, fons: per què quelibet puræ et per-
spicua aqua, siue ea sit fontiu, siue fluiorū, siue
etiam puteorum intelligenda est. Hæc. n. ob co-
gnationem et similitudinē, quam cū oculi: habet,
uisum citra uiolentiam congregans, ad naturam
reducit et recreat. Το γὰρ κατὰ φύσιν αἰεὶ χρο-
ζει τῶν ὀμοίων, inquit Galenus aph. lib. 1. com.
16. Oculi aut frigidi et humidi, perspicui atq; o-
mnīa partiu nitidissimi et pulchrè politi sunt, per
indo

inde atq; aqua, quocirca ab eiusdē eos corroborari, simul ac refici consentaneum est. Atq; hoc sanè consilio Aristoteles Alexandr in illum cognomento Magnum instituens, ei præcepisse videtur, uti frequenter ac diutius aquam viridem, claram, & perspicuam intueretur, oculosq; in ipsam submergeret: cuiusq; rei testem habemus non contemnendum Ioannem Mesuen in opere pratico de ægritudinibus oculorum. Ceterum si nulla fomium, aut fluuiorum inspiciendorum facultas fuerit, oculis profectò ex aquæ frigide, clare, & perspicue in peluim viridem infusæ cõtuitu eadem accedet commoditas.

Secundum, speculū, quod & ipsum utiq; o- Speculū
culorū aciem eadem ratione excitare putandum est. Oculus nanq; leuis est & lucidus, ac splendēs instar speculi: quod tum experientia inter omnes constat, tum à Plin. quoq; li. 11. ca. 37. ostenditur Oculis, inquit, absoluta vis speculi, adeoq; ut tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est, ut plerq; alitū è manib. hominū oculos potissimum appetant, quòd effigiem suam in ijs cernentes, uelut ad cognata desideria sua tendunt. Causa etiam, cur speculi inspectione, oculorum acies excitetur, adeoq; uisus subitanea conseruetur, hæc adsignari potest, quòd radij in superficie speculi collecti, cum ob densitatem & duritiem eius ulterius proced. re non possunt, mi-

DE CONSERVANDA

nimè dissoluantur, ac dissipentur, ob æqualitatē lenitatemq; seruentur infracti, ob nitorem uerò augeantur, & multò, quam prius erant, reddantur fortiores: quod nec ipsum sanè Aristoteles, Mesue referente, ignorauit, cum eundem illum Alexandrum adhortaretur, uti se subinde ad tersum & directum speculum contueretur, & longiori demde temporis spacio oculorum aciem in ipsam defigeret.

*Conspicilia uis-
trea.*

Vitreæ quoq; uocata conspicilia uisus substantiam conseruant, adeoq; præstant, ne oculi minutioribus rebus conuendis uicti fatiscant, nèue spiritus resoluantur. Atq; hinc certè gemmarum, sculptores & aurifices subtiliter quidpiam ac ingeniosè sculpturi, eius modi utuntur conspicillis, aut sanè per uesicam ex tenui, puro atq; albo utro constatam, eamq; clara & perspicua aqua plenam, oculorum aciem rei scalpendæ intendunt. Cur uerò ita uisus non defatigetur, in causa est, quòd species de medio clariori, ad densius permeantes, maiores simul & crassiores appereant, adeoq; uisum conseruent.

Viridia. Tertium, Gramen, per quod quarumlibet herbarū, frondiumq;, ac aliarum etiā rerū uirentium conuitus accipiendus est. Oculis enim iucundissimum spectrum uiriditas est. Atq; hinc sanè Aristoteles problemate 20. Sect. 31. quærit: Quamobrem, cum cæteras intuiuntur res, conspectus

Aut noſter peius afficiatur atq; fatiſcat, cùm ad
 uirides, & herbeſcentes inſpicimus, ut olera, cæ
 teraq; his ſimilia, recreetur, meliorq; euadat.
 An, inquit, conſpectum in alba, nigræue intendere
 re minime poſſumus, propterea quòd utrunq; id
 genus coloris uidendi uiribus officit: colores au
 tem illi, quibus oculi acquieſcunt, medium albi,
 nigræue obtinere, itaq; aſpectus cùm mediocri le
 niq; obuiò afficiatur, nihil debilitatur: imò uerò
 corroboratur atq; reficitur. Hæc illic. Quan
 quam autem uiridia omnia, utpote temperatiſſi
 ma, uisum maximè colligant, atq; oculos reficiant,
 inter ipſa tamen alia alijs efficaciora inueniun
 tur. Sic certè nullius aſpectus Smaragdo iucundi
 or eſt. Quod Plinius lib. 37. ca. 5. diſertè ijs ſi
 gnificauit uerbis: Herbas uirentes, inquit, ſron
 desq; auidè ſpectamus, Smaragdos uerò tamò li
 benter, quoniam nihil omnino uiridius compa
 ratum illis uiret. Præterea ſoli gemmarum con
 uitu oculos implent, nec fatiant. Cùm & ab in
 temiõe alia obſcurata, aſpectu Smaragdi recrea
 tur acies. Scalpenibus gemmas non alia gratior
 oculis reſectio eſt, ita uiridi lenitate laſitudi
 nem mulcem. Idem frè lib. 29. cap. 6. de ſcara
 beo uiridi ſcriptum reliquit. Scarabei inquit, ui
 ridis natura, conuenium uisum exacuit. Itaq;
 gemmarum ſculptores conuitu eorum acquie
 ſcunt. Neq; obſtat quòd Galenus cap. 2. & 6. li.

DE CONSERVANDA

1. de Symp. causis, ubi ex professo de ijs agit, quæ oculos aut molestant, aut tristant, & lib. 10. ca. 3. de usu part. cœruleo & fusco recreandi & reficiendi uisus quàm maximam uim inesse scribit. Sunt enim & hi colores medijs atq; temperati, adeoq; ob id oculis gratū & iucundum spectaculum præbent, uisumq; morbo affectū, aut fatigatū corrigunt ac recreant, quod omnib. sanè coloribus ad medium inclinanti. commune est. Hoc igitur providentes pictores, quando in albis corijs, & consimilib. rebus, quibus facile uisus offenditur, pingunt, colores cœruleos ac fuscios apponunt, in quos subinde intuentes, recreant oculos ac reficiunt. Atq; etiam ophthalmia laborantes lux quidem offendit, eosq; deprehendit. Fusca uerò ac cœrulea sine dolo intuētur. Quæ hætenus dicta sunt, ea omnia Marsil. Ficin. li. 2. ca. 14. de producenda uita, planius & dilucidius ijs uerbis expressit. Causam, inquit, perquiremus, ob quã color uiridis uisum præ cæteris foueat, salubriterq; delectet Inueniemus tandem naturã uisus esse lucidam ac lucis amicam, uolatilem tamen ac facile dissipabilem. Idcirco dum per lucẽ se dilatat uelut amica; n, interdum nimio lucis excessu rapitur prorsus, et uehementi dilatatione dissoluitur: tenebras aut naturaliter uelut inimicas fugit, ideò que radios in angustum inde retrahit. Optat uerò uisus ita perfrui lumine, ut per amicũ hoc suũ

ampli-

amplificetur quidem, nec tamen interim dissipetur. Iam uerò in quocunq; colore plus admodum tenebrarũ, siue nigredinis est, quam lucis, non dilatatur, nec ideo delectatur radius uisus ad uoũ. Vbi uicissim plus admodum splendidissimi coloris est, quam nigri, spargitur latius, noxia quadam uoluptate distractus. Quamobrem color uiridis, maximè omnũ, nigrum cum candido temperans præstat utrunq;, delectans pariter atq; conseruans, & mollis, in super & adhuc tenera qualitate, sicut & aqua, radijs oculorum absq; offensione resistit, ne abeuntes longius disperdatur. Quæ enim dura sunt simul & aspera, frangunt quodammodo radios. Quæ uerò rarissima sunt, dissolutioni aditum patefaciunt. Sed quæ soliditatem aliquam habent, lenemq; simul æqualitatem, sicut specularia corpora, nec ipsa quidem frangunt, neque longius disperdi permittunt. Quæ deniq; præter hæc beneficia, tenera quoq; sunt & mollia, sicut aqua resq; uirides, liquidis oculorum radijs mollitia blandiuntur. Deniq; uisus radius quidam est in quadam oculorum aqua naturaliter nobis accensus, ac temperatũ lumen in aqua quodammodo resistente requirit. Itaq; gaudet aqua, delectatur speculis simulibus uiridibus oblectatur. Hactenus ille. Addit Mesues, Exercitationem quoq; legendi scripta maiusculis literis exarata, uisum corroborare, adeoq; non parũ ad tuendam oculorum sanitatem conducere.

DE CONSERVANDA

Posteriore uersu inuuitur, Oculos matutino quidem tempore, meridiano, uespertino uero somnum collustratione recreandos & reficiendos: quorum ratio ex predictis facile elici potest. Per montes porrò uiridaria, hoc est, loca herbis ac plantis uircibus consita intelligenda sunt. De conferentibus uisui, plura infra ca. 79. De nocentibus uerò ca. 78.

DE DIVRNO SIVE MERIDIANO SOMNO. Ca. III.



Sit breuis, aut nullus tibi somnus meridiano.
Febris, pigrities, capitis dolor, atq; catarrhus,
Hæc tibi proueniunt ex somno meridiano.

Meid oder fürz den mittagschlaff/
 Das feber vnd vnlust folgt im nach/
 Wehrag des hauptis/ der idynup darzü/
 Siß bringt dir alle des mittags iüb.

Quatuor diurni siue meridiani somni incommoda hic referuntur.

Primum, febris, quæ dupliciter per somnum Febris diurnum accēdi potest, uno quidem modo in spiri cau; a. tibus, altero uerò in humoribus: In spiritibus quidem, quia acres & si. mose exhalationes, quæ uigilijs dispergi solent, somno diurno non modo retinemur, sed etiam augemur: his itaq; retentis, ac unâ cum spiritibus permixtis coningit, ut calor inde extraneus collectus febrilis fiat. Atq; hæc sanè febris, cum nihil stabile, nihil firmū habeat, sed uti celeriter generatur, ita soluitur etiã & qñ usq; Græcis, hoc est, diuria uocata est, quòd serè diem non excedat. In humoribus autem, tum hæc iam dicta febris, ratione nimirum flatuum, qui ex cruditate proueniunt, tum etiam putrida per somnum diurnum accenditur: quòd calore & spiritibus interdiu ad exteriora protensis uirtus concoctrix debilitetur. Perfecta enim & absoluta concoctio fit, quando calor & spiritus cohibentur, & in profundū corporis secedunt. Ob eum namq; motum calor naturalis incensus auctiorq; redditus, optimè cibos, non solum in uentriculo, seruatiã

DE CONSERVANDA

Merumetiam per uniuersū corporis habitum conficit. Quod noctu potissimum fieri rationi consonum uidetur, etenim tunc calor, propter circumstantiam extrinsecus aeris frigiditatem, ad interiora refugiens, cibū facillimè mutat, cōcoquit, et in membra distribuit. Interdiu uerò contrā, ad exteriora e ductus & expassus perfectam elaborationem non attingit: quare humorum cruditatē progignit, ex cruditate deinde oppilatio, ex oppilatione putredo nascitur, ex putredine tandem humorum ad cor effusantium febris putrida accenditur, quemadmodum Auicenna 1. 4. tract. 2. ca. 1. copiosè docet.

Pigrities.

Secundum, pigrities, quæ & ipsa eodem ex fonte manat ac funditur. Ex crassa uanq; & in cocta materia in uentre uaporosi ac crassi exhalantur spiritus, qui ad caput elati, plus æquo cerebrum humectant. eo autem humectato, nerui quoque qui à crebro propagati per corporis partes protepunt, plurima humiditate opplenur: exuperantia præterea humiditatū, quæ ad musculos, tendines, et articulos confluere solet, tantum ab est, ut somno diurno dissipetur, ut multò pertinacius etiam hærens augeatur. Necesse igitur est, ex eiusmodi subinde somno in omnibus motib. uoluntarijs pigritiam sequi, & ueluti in seipso dissolutum hominem apparere, quemadmodum describit Galenus apho, lib. 3. comment. 5. ostendit.

Contrā

Contrà uerò, uigiliae diurnae hoc praecipuè nomine commendantur, quòd non modò exuperantem cerebri humiditatem exiccant, adeoq; spiritus extenuent ac temperent, sed certè corpori simul atq; animo promptitudinem quandam et robur ad solitos motus addant.

Tertium, Dolor capitis, qui & ipse ab ista dem initijs proficiscitur. Ex cibo nanq; incocto in uentre uapores crassi excitati in caput feruntur, qui ibidem, ob dictas causas, retenti iumia humiditate, quam potius uigilijs exiccantibus absumere, conueniebat, cerebrum opplent, & ob eam rem caput perturbant, cuiusq; dolorem, grauedinem & frigidos morbos pariunt: paululū uerò inde moti, si ad cutem peruenerint faciem uitiato colore inficiunt. Materia enim parua existente necesse est, quicquid inde defluit esse prauum: Quod Galenus apho. lib. 1. com. 14. ita scribens innuere uoluit. Oportet similem esse defluxum subiectae substantiae: ut quando humida atq; aërea substantia existit, tunc quod ab ea defluit, uaporosum est atq; suaue, &c.

Quartum, catarrhus: quo generatim hoc loco, tametsi minus proprie, omne ξευ. Catarrhus, hoc est, quilibet excrementitij humoris rhus ex capite in subiectas partes descensus significatur. Qui iuxta partium, ad quas defluit, diuersitatem, diuersa quoque nomina sortitus

DE CONSERVANDA

Sortitus est, quemadmodum Galenus lib. 9. ca. 4. de Sympto. causis, Paulus lib. 3. cap. 28. & Aëtius lib. 9. ca. 53. disertè scribunt. Vbi enim ad os ac fauces, & mox ad stomachum siue gulam, atque inde in uentriculum defluxus contingit, simplici uocabulo Græcis κατάρροος, & contrariè κατάρροος, Latinis destillatio dicitur. Dum ad nares decumbit, κόρυζα Græcis, Latinis grauedo uocatur. Vbi uerò ad palatum & asperam arteriam delabitur, ut etiam membranam interioriorem, quæ hanc integit, exasperet, rauca uox efficitur, uocaturq; hoc malū Græcè βράχθη, Latinis raucitas, siue rauedo, id quod ex hisce etiam uersiculis, qui infra ca. 82 habentur, manifestò apparet:

Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catarrhus,
Si ad fauces, Branchus, si ad nares, esto Coryza.

Habet autem hoc incommodum eandem omnino cum præcedētibus originem. Vapores enim & fumi, qui uigiliarum tempore per cutem resolui ac dissipari solent, somno diurno retenti, dum in caput impetum faciunt, cerebrum nimia humiditate replent. Caput igitur repletum, humores in subiecta refundens, ῥεῦμα progignit.

Præter hæc & alia nonnulla somni diurni mala Auicenna 3. 1. doc. 2. cap. 9. enumerat. Nam & frigidas atq; humidas ægrotudines, παραλύσεις uirium & defluxus ad articulos, ob retentionem

tionem humiditatum, quas uigiliæ resoluerent ac dissipare solent, nonnunquam procreat. Genuinum faciei calorem, uelut paulo ante etiam dictum est, corrumpit. In sanguine enim excrementitias atq; aqueas humiditates, lotio similes, multiplicat: quæ, cum suo tempore per uigilias non dissipentur, unâ cum sanguine ad cutem expulsæ, ipsam deprauant, adeoq; subtumidam & decoloratam reddunt. Induritam ad hæc splenis affectionem gignit in corporibus promptè se habentibus ad incidendum in talem passionem. Crassus namq; & melancholicus humor, somno diurno in splene retentus, huic malo initium præbet. Quemadmodum enim uigilantia motum ac liberum crassi humoris transitum per angustos meatus, siue canales, solis calore uias aperiente, promouere, sic contra, eum de somnus, & præcipue diurnus, transitu prohibere solet. Melancholia enim interdum nullo negotio per canales suos transit, & illac eum primis, qua exercitandæ appetentiæ causa, à splene ad orificium uentriculi meatus protenditur. Etenim splen recrements & redundantias suas per eum expellit, atq; eijcit, adeoq; ad cibos auiditatem reuocat. Quod interdum potius, quam nocturno tempore fieri par est. Quinetiam, ut idem auctor tradit, ciborum appetentia diurno somno plurimum debilitatur & restringitur, idq; partim ob prohibitionem resolutionis, quæ est prima

DE CONSERVANDA

causa famis, partim uerò ob repletionem uen-
 triculi ex fumis, uaporibus, & humiditatibus
 orificium eius relaxantibus ac saturantibus.
 His accedit nonnunquam ἀποσημᾶτων, siue
 abscessuum generatio: superfluitates namq; ex so-
 mno diurno multiplicatæ sæpius in membro ali-
 quo coaceruantur, ipsumq; tumidum reddunt.
 Planè igitur ex his omnibus constat somnum di-
 urnum, siue meridianum, à sanitatis tutela, pro-
 cul abesse debere. Duae porrò causas, cur potis-
 simum ledat, Paulus libro 1. capite 97. & Aui-
 cenna 1. 3. 1. doc. 2. ca. 9. assignant. Quarum prima
 quidem est, quod cito & ante horam suam in-
 terrumpatur. Calor enim natiuus per somnum
 ad partes interiores recedit, contra uerò calor
 solis eundem ad membra exteriora, tanquam
 ad simile, educit atq; expandit: unde sanguinis &
 spirituum exagitationem, quæ somnum interrom-
 pat, cieri necesse est. Consultitur ergo, si quando
 necessitas per id tempus dormire coegerit, ut in
 umbra & tenebroso loco, & ante potius, quam
 post cibum, hoc fiat. Secunda uerò, quod natu-
 ram stupidam, quasiq; præterritam reddat, a-
 deo ut retrahatur ab eo, in quo erat, nimirum
 à ciborum concoctione. Tempus itaq;, quo obe-
 dormiscunt, ad absolutam ciborum concoctio-
 nem non sufficit: quo fit, ut à meridie resur-
 gentes, subinde acidos ructus edant, & flatibus
repleantur:

repleantur: nonnulli uerò fluctuatione uentris infestentur. Ceterum optimus somnus est nocturnus, quoniam nox naturali humiditate, si-
 lemiusq; animum in somnum deducens, absolutam
 molitur concoctionem. Post somnum item no-
 cturnum plurima parte ad excretionem recre-
 mentorum instigamur. Illud tamen ignoran-
 dum non est, quod licet somnus diurnus in uni-
 uersum reprobetur, nocturnus uerò, ut præstan-
 tissimus commendetur, ex diurno tamen manus
 offendat, si dormiatur, prima luce ad tertiam
 diei partem. Id quod Hippocrates libro 2 pro-
 gnost. aphorismo 11. clarissimè ostendit. De so-
 mno, inquit, quemadmodū secundum naturam no-
 bis in consuetudine est, interdū uigilare, noctū
 dormire conuenit: si tamen hoc transgressum
 fuerit deterius est. Minimè uerò nocebit, si dor-
 miatur, prima luce ad tertiam diei partem.
 Quam sententiam Galenus explicans ita scri-
 ptum reliquit: Quod consuetum est, bonum est:
 Inconsuetum uerò malum est. At uerò tempo-
 ribus Hippocratis non aliud fuit ex natura, aliud
 in consuetudine. Nunc uerò diuites econ-
 trario agunt, tum in quibusdam alijs, tum etiam
 in somno, interdū dormientes, noctū uigilantes.

In his igitur, ut somnus minus ledere pos-
 sit, quinque conditiones, Bertrutio autore obser-
 uandæ sunt. Prima, ut sit in consuetudine,

DE CONSERVANDA

Ex multo enim tempore confucta, etiam si deteriora fuerint, in consuetis minus molestare solent. Aphorismo 50. libro 2. Secunda, ne statim à sumpto cibo ineatur. Tertia, ne depresso, sed erecto nonnihil & bene alto capite fiat. Quarta, ne modum excedat. Quinta, ne tumultuosa & subita ab ipso, sed leuis & modesta fiat expergefactio. Porrò quod ab Hippocrate dictum est à prima luce ad tertium diei partem conuenire somnum, id spacium est ab ortu solis quatuor aut quinque horarum. Nam dies significat spacium temporis, quo sol transit nostrum hemispherium, ut etiam distinguitur contra noctem. Quemadmodum Christophorus à Vega fusius in commen. declarat.

Additio.

Tempus itaq; somni conuenientissimum est uespertinum, aut nocturnum: semperq; cauendum, ne statim à cœna ineatur, sed unius minimum, aut duarum horarum interuallo discludatur. Ingestus enim cibus, quem statim somnus excipit, in suprema uentriculi parte supernatans, probè concoqui non potest, Galeno lib. 5. ca. 5. de locis affectis teste. Neq; enim uenter potest cibum arctè cõplecti, quod idem lib. 3. ca. 4. de facul. natural. ad bonam concoctionem cum primis

primis necessarium esse scribit: quare multos uapores, qui multitudine sua caput repleant, gigni necesse est, ut rectissimè idem Galenus com. 67. apho. lib. 4. dixerit: A cibo ad somnum conuersis, hoc est, qui sumpto cibo statim dormiunt, impletur caput. Vt igitur huiusmodi periculum excludatur, lenta deambulatione, aut aliqua simili, leuissima tamen exercitatione corpus dimoueri opus est, priusquam somno indulgeatur, ut cibus in unum uentriculi paulatim descendat. Ibi enim ut suprà ex Galeno dictum est, concoctionis opus potissimum perficitur. Quo tempore etiam conuenit audire instrumenta musica, canus, facetias, & historias iucundas, ac conferre sermones cum amiculis de rebus lætioribus, donec cibus subsedisse uideatur. Cervicali utendum est satis elato & eminenti, ut quod eius fieri potest, creato & bene alto capite dormiatur, ne cibus ad os uentriculi regurgitans, concoctionem impediat. Hoc etiam modo cibus, qui ad plenū nondum subsedit, facilius ad inferiores uentriculi partes descendet, probiusq; cōcoquetur. Iner dormiendum corpus pro ambicnis aëris constitutione decenter tegendum est: ne calore & spiritibus circa interiora deteneis, externe corporis partes à frigore obledantur. Caput quoq; noctu conuenienter tegumento, quod καπτωδ' ὄχνη habet, hoc est foramen instar infumibuli eliciendis uapo

DE CONSERVANDA

ribus aprum, operiendum est. Calceatis uerò siue uestitis pedibus dormiendum non est, Hoc enim si quid Magnino excellentissimo medico credimus uijum debilitat, memoriã lædit, et totum corpus extraneo calore aestuare facit, ob uaporũ reflexum. Supra dextrum latus somnus inchoandus. Hoc .n. modo cibus promptius ad uentriculum descendet. Nam & si gula exactè supra mediam ceruicis uertebraarum, et quatuor primarũ thoracis sedem, in neutram partem inclinēt, ad principiũ tamẽ quintæ thoracis uertebrae, ut ampliori magnæ arteriæ trũco secundum dorsi ueribras inferiora petenti cedat, nonnihil in dextrũ latus à media uertebraarũ regione abscedit. Dinde primo somno finito reuoluendũ est corpus, supraq; sinistram redormiendum, quò scilicet à iecore uentriculo incubente cõcoctio eius adiuuetur. Hinc rursus post breue tẽporis interuallum in dextro latere ad consuetum surgendi tempus continuandus est. Pronus decubitus temperatis corporibus non cõuenit: uentricu' .n. contorsionẽ et repressiõnem facit, adeoq; oculos obledit: ita .n. cubantibus superfluitates in oculos declinant, maximè si fuerint natura debiliores. Iis tamen, quib. ingestus cibus, tradius in uentriculo conficitur, interdum concedendus est, quod calorẽ naturalem arctius comprehendens retinere atq; augere possit. Supinum uerò grauissimis egritudinibus, lepræ

namur,

nimirum, manie, incubo, epilepsie, apoplexie, stupori, neruorumq; resolutioni, & similibus initia præbet. Nam ob superfluitatum ad posteriora fluorem non potest iusta per nares & palatum earundem fieri expulsio. Plinius. lib. 28. cap. 4. pronos decubitus tussibus conducere, at supinos oculis tradit. Idem ex Theophrasto refert, celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficultus à supinis. Duratio autem somni ex alimentorum perfecta concoctione æstimanda est, ita quidem, ut septem horarum spacio non sit minor, neq; octo, uel ad summum nouem excedat, ut colligitur ex Galeni de sanitate tuenda lib. 6. ca. 6. plura habentur apud Auicenam 3. 1. doc. 2. cap. 9. Magninum parte 3. cap. 7. & nostræ ætatis doctissimum Medicæ artis scriptorem Leonhartum Fuchsiû capite uigesimo sexto methodi perueniendi ad Medicinam. Ex ijs itaque que conueniunt, in hunc locum studiosi transferent.

DE FLATV IN ALVO
detento. Cap. IIII.

Quator ex uento ueniunt in uentre retento,
Spasmus, hydrops, colica, & uertigo,
hoc res probat ipsa.

DE CONSERVANDA

Wassersucht/frampff/leibes grimm/
Auch schwindel, machen verhalte windt.

Hic agitur de quatuor nocuentis, quæ ex flatuum retentione proueniunt.

Primum, est *παραμόχ* Græcè, Latinis conuulsio dicta. Flatus enim retenti influxu suo sæpe neruos plus iusto refertiunt: illis ita repletis, Galeno lib. 2. cap. de sympto. causis, teste, tendi primum, ac deinde in conuulsionem incidere contingit. Ea porrò ibidem à Galeno in hunc modum definitur. Conuulsio malum est, quod neruos, musculosq; ad eundem cogit affectum, in quem ab animalis facultate, quum naturalem habitum seruarent, ducebantur. Vel aliter, uelut idem apho. lib. 6. commene. 39. definit. Conuulsio est passio inuoluntaria, in qua nerui atque muscoli præter uoluntatem conuelluntur, in eumq; affectum ueniunt, quem etiam in motibus secundum arbitrium factis, assumebant. In hoc enim malo nerui atq; musculi in eas partes attrahuntur, quibus innascuntur. Attractio namq; fieri non potest, nisi musculus ad suam originem retrahatur.

Quod ad causas eius conuulsionis, quæ primigenia affectio est, attinet, animaduertendum est. Hippocratem aph. 39. lib. 6. duas duntaxat statuisse, *πλήρωσις* & *κένωσις*, hoc est, plenitudinem

& inanitionem neruoforum corporum. In con-
 uulſione ſiquidem à plenitudine membrum craſ-
 ſis & glutinoſis humoribus impletum extendi-
 tur, & extensione conuellitur, quemadmodum lo-
 ra & chordæ extenduntur, ubi multa madens hu-
 miditate, et hæc ſubitò coningit. In ea uerò, quæ
 ab inanitione proficiſcitur, membrum exicca-
 tur, & ad ſeipſum conuellitur, adeoq; ſecundum
 longitudinem ac latitudinem contractum dimi-
 nuatur, quemadmodum membranis accidit, cùm
 igni apponuntur: & hæc ſanè paulatim, & ex
 longiori temporis intervallo accidere ſolet. Plu-
 ra Galenus locis iam citatis, & lib. 2. cap. 2. &
 libro 3. capite. 5. & lib. 6. ca. 5. de locis affect. et
 lib. 8. cap. 3. de compoſ. medic. locat, & alibi ſæ-
 pius.

Secundum, ὕδρωψ, quod malum Latini Hy-
 aquam intercutem nominant, & deſinitur à Ber-
 trutio Sec. 3. trac. 2. ca. 4. in hunc modum: Hy-
 drops eſt morbus materialis, ex re frigida, extra
 nea, plurima, ingrediente & membra omnia ma-
 niſteſcè, aut loca uacua partium, in quibus cibi &
 humorũ concoctio perſicitur, inſtante, procrea-
 tus. Eadem ſerè habet Auicenna 13. 3. Trac. 4.
 ca. 4. uel aliter. ſicuti ab Alexandro Tralliano
 lib. 9. ca. 1. deſinitur: Aqua inter cutem, & ipſa
 longus quidam affectus eſt, iecore adeò refrige-
 rato proueniens, ut ipſum non amplius deinceps

DE CONSERVANDA

cibos in sanguinem, sed in aliam qualitatem, aut in aquam, aut pituitam, aut flatum transmutare possit. Quod certè & Galenus aphorif. libro 6. commenta. 12. ijs uerbis confirmat. Aqua inter cutem fit, cùm sanguinis generatio frustra-
tur.

Et huius quidem cùm tres sint species: una enim Græcis ἀσκήτης, alia τυμπανίτης, & tertia ψωσάρκα, σαρκίτης, & λευκοφλεγματία dicitur, non de omnibus promiscuè hoc secundum nomenclatum, sed de tympanite tantum intelligendum est. Quæ quidem accidit, quum flatus ac spiritus superuacuuus plurimus cum humidi momento intra membranam, quæ πριτόλαι & Græcè, Arabibus uerò communi membranarum nomine ziphac appellatur, & abdomen, quod ijdem Mirach nominant, colligitur. Stomacho nanq; & iccore frigida intemperis laborantibus, fieri non potest, ut cibus ingestus in χυλόμ benignum aut sanguinem muretur, conuertitur ergo in materiam flatulentam, quæ cùm neq; per superiora ructu, neq; per inferiora crepitu, nec aliundè, obstante uisum obstructione, uel sequestratrice & expultrice superfluitatum ui debili existente, aut inepto aliquo pudore prohibente, expellatur, in prædictis uentris locis colligitur, & aquam inter cutem contrahit, in qua abdomen percussum tympani
modo

modo crepitum elidit, qua ratione etiam Tympanites nuncupatur.

Tertium, Colica passio: quæ grauis quidam ac uehementissimi doloris morbus est. *Colica passio.*
 ræde enim ac si terebro partes perforauer, aut
 infixus sit, molestare solet, Galeno libro 1.
 cap. 1. de locis affect. teste. Coningit autem
 in pleniore & laxiore intestino, quod κωλον
 Græcè uocatur: cuius etiam merito uehementes
 cruciatus inducit. Densum enim, crassum, &
 neruosum est, ac nihil quod in illud confluit, faci-
 le discuti potest. Et quemadmodum in hoc κωλι-
 κὸν ὀδύνην, ita in gracili ac superiore intestino,
 quod Galeno, Iulio Polluci, & alijs Græcis, λε-
 πτόν uocatur, similis morbus existit, grauissi-
 mos & letales dolores inferens: Hippocrates
 in Aphorismis, & passim alijs in locis εἰλεον
 appellat, quemadmodum etiam Galenus ubique
 & potissimum libro sexto capite secundo de lo-
 cis affect. à circumactione nimirum doloris.
 Quippe εἰλεῖσθαι circumagi, & conuolui si-
 gnificat. Idco conuoluulus etiam Latinis hoc
 malum nominatur. Rationi porrò consensane-
 um est, flatuosum & frigidum spiritum in dictis
 intestinis retentum, & egredi nequens, hæc
 mala plurimum progignere, id quod Ga-
 lenus etiam loco paulò antè citato mon-
 strat.

Quartum,

DE CONSERVANDA

Vertigo. Quartum, **Vertigo:** Flatuosus enim spiritus inclusus ad cerebrum fertur, & in eius partibus inordinatè mouetur, quo fit, ut obtenebrationes hebetudinesq; oculis obuersentur, & omnia circumagi & rotari uideantur. His Auicenna 16.3. trac. 4. ca. 29. Epilepsiam quoq; adiungit. cuius eadem omnino cum præcedente ratio est. Porro quoniam modo hæc retentio in singulis iam dictis locis malum ingeneret, pulcherrimè ex Galeni lib. 3. de Sympto. causis, ca. 1. demonstrari potest. Crepius enim qui ad sedem deferatur, ac uel in foro, uel alio quopiam loco existentibus, aut negotio aliquo, quod deserere non liceat, uiolenter retinetur, rursus sursum reducitur, uentremq; mordet, ac caput uaporando implet, principio quidem ab animali organo sphictere, id est, musculo ad imum intestinum accepto: hinc uerò unoquoq; intestino retro illum à se ad supra se positum trudente, simili modo ac prius in præcepstrudebat, atq; ita quidem hæc retentio, præsertim frequentior, longo temporis tractu prædicta mala excitat. Proinde rectissimè ab Hippocrate lib. 2. prognost. apho. 24 in hunc modum scribitur. Flatum sanè sine sonitu aut crepitu exire optimum est. Melius autem est cum sonitu exire, quàm resolui. Hæc etiam ratione inductus Claudius Cæsar, dicitur medietus edictum, quo ueniam daret, efflatum crepitumq; uentris

in conuiuio emittendi, cum periclitatum quen-
dam præ pudore ex contumelia reperisset. Au-
tor Suetonius in eius uita ca. 31. Veteres enim ut
Plinius lib. 28. cap. 2. confirmat, per mensas, multis
diciarum causa, desistere uetabant. Extat etiam
lepidissimum Nicarchi εἰς πορδὴν epigramma,
quo pestiferam tetenti flatu uim describit. id est
huiusmodi:

Πορδὴν ἀποκτείνει πολλὰς ἀδελφίδας ἄσπετα,
Πορδὴν κὴ σώζει τραυλομένην μέλος.
Οὐκ οὐρὴν σώζει, ἀποκτείνει πάλιν πορδὴν,
Τοῖς βασιλεὺς ἴσῃν πορδὴν ἔχει δ' ὕναμι;
Quos uersus quouiam eleganter admodum Io-
annus Lascaris Latinos fecit, placuit hic adscri-
bere.

Interimit crepitus uentris detentus in aluo,
Et seruat, blesum dum canit ille melos.
Ergo si perimit crepitus, seruatq; canendo,
Regibus imperium par habet hic crepitus.
Atq; hæc sanè cum ita se habeant, satius fue-
rit, iuxta D. Erasmi Roterodami præscriptum,
natura incitante, aut secedere, si liceat, aut deuo-
rato pudore iuxta uetustissimum Prouerbum,
Tu si potius crepitum dissimulare, quàm compri-
mendo morbum accersere. Recteq; Stoici, quem
admodum Cicero lib. 9. epist. famul. epist. 22.
scribit, crepitus aium æquè liberos, ac rictus es-
se oportere.

DE CONSERVANDA

DE COENA.

Cap. V.



EX magna cœna, stomacho fit maxima pœna.

Vt sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.

Das abend prassen beschwert den magen/
saß wenig/das kanstu leichter tragen.

Pr

Præcipitur hoc sanitatis suæ studiosis, ut in
 stame somni tempore frugali cœna conueni, uen-
 triculum uario ciborum genere non distendant,
 sed ea copia ingerant, quæ uires haud grauet.
 Nam qui noctu multum ingerunt, primum qui-
 dem somno destituti corporis inquietudine agi-
 tantur: deinde uerò pustulas faciei, grauedinem
 capitis, graucolentiam oris, coli, calculiq; dolo-
 res, & podagram sibi accersunt. Neque solum
 immodica hæc sub noctem ingurgitatio bonæ ual-
 letudini officit, sed alias etiam quælibet, ut quæ
 cruditatem incōcoctionemq; obstructions, pu-
 tredines, febres, apostemata, & lepram haud ra-
 rō generet. Atq; eius sanæ rei grauisimus testis
 est Auicenna, qui 13. 3, Tract. 1. cap. 36. scri-
 bit: Ex rebus uentriculum maximè læduntibus
 esse immoderatam cibi ac potus ingestionem, &
 ob id fieri non posse, ut intemperantium, uino-
 sorumq; ac uentri gulaq; deditorum corpora
 alantur atque aulescant. Concoctio enim per
 uitæ intemperantiam impedita, necessariò hu-
 morum cruditatem efficit. Cruda uerò tan-
 tum abest, ut incrementum corpori sufficiant,
 ut omnino ne alere quidem possint: quo
 fit, ut per uitam uarijs etiam ægri tudinibus
 consistemur. Qui uerò temperantes in ui-
 tæ ratione frugalitatem sectantur, ij incul-
 patam usquequaque ciborum appetentiam
conser-

DE CONSERVANDA

conferuant, optimeq; non in uentriculo modò, ue
rumctiam per uniuersì corporis molem cibos cõ
ficiunt . Cauendum igitur unicè erit, ne uenter
torqueatur, adcoq; ingestis distendatur, ut pul-
sus uelocior fiat, & uix spirare liceat . Cui enim
ad istum modum uorare in delitijs est, uarijs sese
periculis exponit. Simili modo & nauseosa satie-
tas, non ex crassis & prauis solum, sed etiam jub-
tilibus, & boni succi alimentis, uitanda est . Hæc
enim tum febres acutas & malignas, tum etiam
maximi cruciatus apostemata: illa uerò articu-
lorum & rerum dolores, podagram, asthma, he-
patis atq; lienis obstructionem ἀσπίγγου, & e-
gritudines phlegmaticas & melancholicas indu-
cere solet. Proinde optimo quidem iure non no-
cturna solum, sed quælibet etiam ad nauseam usq;
que progrediens satietas, à sanitatis tutela ex-
cludenda est . Summopere igitur hoc semper cu-
randum, ne desiderium edendi penitus replea-
tur, sed locus aliquis uacuus, & edendi uoluptas
uentriculo relinquatur. Quod Auicenna quoque
3.1. doct. 2. ca. 7. præcipiens in hanc serè senten-
tiam scribit. *Cibo nemo ita replendus est, ut nihil
loci sit reliquum, sed à mensa semper cum fame re-
cedendum est . Huic simile etiam uulgo dicitur:
Nunquam adeò uentrem cibis expleo, quin apud
amicos edendi cella mihi supersit uacua . Et hoc
præceptum eos cumprimis tangit, qui natura ue-*
bement-

Bememio rem ad cibos auiditatem cōsecuti sunt.
 Quibus uerò hæc debilior existit, ijs fortasse cō-
 cedi potest, ut largius paulo ingerant, quam ap-
 petunt. Apparandi autem, ex sememia Corneij
 Celsilib. 3. ca. 6. & Aetij libro 9. capite 20. cibi
 plures & uarij ac optimo apparatus, & ultra
 dulcedinem etiam illicientes & appetitum irri-
 tantes. De cœne frugalitate nōnulla etiam suprâ
 ca. 3. Vsitata hoc loco & à multis agitata obor-
 tur questio: Vtrum uidelicet uberius quidem præ-
 dendum, parcius uerò cœnandum sit. Quæ san-
 cum ad hanc materiam propriè pertineat, præ-
 terea non est. Breuiter igitur hic subiunge-
 mus: primo quidem argumenta, quibus Conci-
 liator plus cibi in prandio assumendum esse pro-
 bat: deinde uerò Leonharti Fuchsij, quibus è
 diuerso colligit, cœnam ut plurimum prandio
 pleniorē esse debere. Conciliator igitur dif-
 ferentia. 121. in hunc ferè modum scribit: luxu-
 e corporum diuersitatem maior, minorue cibi co-
 pia exhibenda est. Illa etenim, aut iam in mor-
 bum lapsa sunt, aut sub latitudine sanitatis adhuc
 existunt. In morbum uerò lapsa, aut iunctum hæ-
 bens humoris uitium, aut non. Si sine humoris u-
 tione fuerint, tum liberius est cœnandum. Natura
 enim in eis ciborum concoctionem solum modo, nō
 etiā superfluitatum, quibus carent, maturatiōem
 habent: si uerò humoris uitium adiu-

DE CONSERVANDA

babuerint, largius prandium cōcendendum est. Quod Auicenna 1. 3. trac. 5. capite 11. ijs uerbis significare uoluit. Ille, inquit, cuius consuetudo non sustinet, ut solum semel in die reficiatur, diuidat cibum suum in tres partes: & sumat duas tertias in prandio, & reliquā tertiā, scilicet partem, in cœna post leue exercitium, Eo namq; tempore, quo calor solaris uiuificus naturæ in concoquendo debili opitulatur, & maior superfluitatum fit resolutio, uberior cibus sumendus est. Hoc autem circa horam prandij magis, quam cœnæ contingere solet. Ergo etc. Ad hæc interdiu ob præsentiam caloris uitalis solis & lucis, melior fit concoctio. Sol enim Aristotele libro 2. cap. 2. Physicōn, & libro 2. capite 10. de generat. & corrupt. teste, est uitæ principium. Concoctio itaq; diurna duplex habet calidum, nocturna uerò non. In cuiusmodi etiam natura noctu circa superfluatorum concoctionem magis occupata est, quare multi cibi exhibitione impedienda nō est. Et quamuis calor noctu spirituum ad interiora retractione, & somni reductione in quibusdam confortetur, duo tamen simul, alimenum uidelicet, et superfluitates conficere nō potest: in his itaq; cœnæ nonnihil subtrahendum est. Corporibus uerò, quæ sub latitudine sanitatis adhuc robusta & sufficiens sana consistunt, ac sensibilibus superfluitatibus carent, cum eis proprijs meatibus

omnes

omnes expellam, uberiore cœna uti expedit: uel quod eorum natura ciborum concoctioni tantum, non etiam superfluitatum, quibus carem, maturacioni interna sit, uel quod soli corporis robori studeat. Hoc autē noctu magis acquiritur, tum enim amplior fit & sanguificatio, et distributio, atq; hinc deinde spirituum generatio. Corpora uerò si à prædicto temperamento ac robore nõ nihil recesserint, sicuti plurima in egritudinem usque nunc prolapsa, cuiusmodi aut fatigamur exercitio laborioso, uehementi, & continuo, aut non. Si quidem fatigamur, ut sunt eorum qui uictum manibus quærent, ipsis largius prandere quam cœnare conuenit. Expetitur enim alimentum, non tantum, ut nutriat, sed etiam humectet & irriget membra, ne arefiant ex forti motu, & ut resolutioni ex caloris incendio proueniens resistat. In prandio igitur uberior cibus assumendus est: eiusmodi enim corpora, propterea quod ita consueuerint, ob exercitia à concoctionis opere non cessant. Vsus namq; quemadmodum Avicenna 3. 1. doc. 2. capite 7. testatur, res est extra rationem. Calor enim ex motu auctior redditus, concoctionem ipsis accelerat. Quare ter in die illicitente appetentia cibum ingerunt, & ingestum probè conficiunt. Sin uerò laborioso, uehementi, & continuo exercitio, quemadmodum prædicti, non aguntur: hoc in præsentiarum dñ

DE CONSERVANDA

pliciter contingit. Ait enim, eo interdum solam
 modo, & non continuè fatiganer, aut debili tan-
 tum utuntur, quod utiq; superfluitatum copiam
 parit. Si exercitio plurimo, uehementi, ac labo-
 rioso utantur, sicuti uiri complures ciuiles &
 plebes circa fortunæ bona negociantes, aut san-
 batis conseruationi intenti, uehementi nonnun-
 quam & laborioso exercitio, diu nimirum equi-
 tando, iter pedibus faciendo, uel aliud quiddam
 à consueto fortius agendo, fatigantur, his largios
 ri utiq; cæna, quam prandio indulgendum est.
 Nam si prandium augerent, cum, sicuti priores
 illi consueti non sine exercitio adeo uehementi
 ac laborioso agitari, concoctio ipsorum impedi-
 ta, prauos humores generaret: horū etiam calor
 superfluo motu dissipatus debilitatur, cuius qui-
 dem circa interiora aggregatio potissima forti-
 tudinis & concoctionis, causa existit. Hæc au-
 tem noctu magis, quam interdiu contingit, qua-
 re cæna instante nocte copiosius alimentum ex-
 pedit. Eorundem etiam corpora, propterea,
 quod tam uehementi motu acè agitari minimè
 soleant, humiditatibus referta sunt, ipsis itaq; ad
 resistendum resolutioni & exiccationi, que per
 motum interdiu occurrentem fiunt, paruus cibus
 sufficit. Sin uerò exercitijs & occupatio-
 nibus paucis & leuibus in uita utamur, præci-
 piendum est eis, ut uerius prandiant, quam
 cœnent.

egrent. Et ratio eius eadem est cum illa, quæ
 in corporibus nunc egrotantibus adducta est.
 Hi namq; cum debilem habeant uirtutem conco-
 ctricem, à calore uiuifico & luce solis plurimum
 adiuuanti percipiunt. Inde enim spiritus propter
 suum simile confortatur. Ipse enim ut testis est
 Auicenna in libro de uiribus cordis, Trac. 1. ca-
 pite 2. & libro 6. naturalium parte. 4. est lux,
 aut effigiè habet lucis. Adiuuentiũ etiam ex eo
 percipiunt, quod superfluitates interdum poris
 apertis melius, quam noctu expellantur. Non
 oportet præterea eos noctu uel ob id multo
 cibo distendi, quod tum natura magis occupa-
 tur circa concoctionem crudorum humorum,
 quos somnus maximè conficit & benignos red-
 dit. Licet enim uirtus concoctrix noctu con-
 fortetur, tamen tamen esse non potest, ut simul
 et cibum & superfluitates superare queat. Insu-
 per quoq; animaduertendum est, in exhibitione
 copiosioris, aut minoris cibi in prandio, quam
 cæna, non nihil etiam dandum esse consuetudini.
 Nec enim cum in tuenda sanitate, tum etiam in
 profligandis egritudinibus, plurimum ualet,
 Hippocrate libro 2. de uic. rat. in morbis acut.
 aphorismo 20. & sequentibus, et ibidem Galeno
 testibus. Quod uel ex eo ostenditur, quod o-
 mnis subita mutatio, si modum excesserit, non
 parum lesionem afferat. Hinc non temere De-

DE CONSERVANDA

maſcenus apho. 57. ita ſcriptum reliquit. Mutare conſuetudinem, præſertim ueterẽ, & noxium & peſtentiſſimum habetur. Quare malas et prauas conſuetudines corrigere oportet, ſed paulatim ac ſenſim ad meliora transferre. Neq; enim natura patitur eas, quæ ſubito ſunt alterationes. Galen. ca. 16. artis medicinalis. Plura Rhazes lib. 4. ca. 10. ad Alman. & infra. ca. 55. Et ſic in uniuerſum patet, largius prandendum, quam cœmandum, cum plurimæ egritudines ſint materiales, & corpora plurima lapſa. Attamen ſi ſemel tantum in die comedatur, melius eſt cœnare, niſi oculi aut cerebrum affecta ſint: tunc enim Hallabate 1. pract. 13. teſte, melius eſt prandere: alias non parum egritamis oculi & cerebrum lederentur. Exigua namq; cœna capiti conferre & oculi Manar do lib. 6. epiſt. 4. teſte. Hactenus ex Conciliatore adducta, medici excellentiſſimi, Ocus d: Odis pataunus duob. libris de cœna & pranoꝝ portione, Hieronymus Cardanus li. 1. Contradi. centium: trac. 5. contradic. 18, et Leonhartus Fuchſius libro. 2. paradox. capite 21. magna ex parte falſa eſſe, firmiſſimis rationibus conuincit. Ex quibus Leonharti Fuchſij rationes hie in oppoſitum ſubiungere placuit, ut ſanctatis ſuæ ſtudioſis planè conſtaret, quid in re tam perplexa aufugere, aut ſequi debeant. Nemo eſt, inquit ille, qui hodie medendi meo

di methodum præscribentium libros uel à limine salutauit, qui nesciat uulgatum atque tritum hoc illius esse decretum, ut nunquam non prandio cœna minor sit. Quantum uerò aberrare, facile deprehendet, qui rem altius expendet. Cœnam enim in omnibus, demptis ijs, qui morbis noturnis & catarrhis seu destillationibus affliguntur, prandio pleniorē esse conuenit. Qui enim iam nominatis corripimur morbis, horum cœna omnino modica sit, tenuis, sicca, ac præter aliorum morem, noctemq; præueniens oportet, ut ingruentibus scilicet morbis, natura ab omnibus alijs munijs libera, unius morbi concoctioni operam nauare queat. Sunt & qui consueuerunt minus in cœna ciborum assumere, quàm in prandio, horum certè consuetudo non temerè etiam immutanda erit. Quæ enim ex longo tempore consueta sunt, ut ait Hippocrates 2. Aphorif. 50. & si deteriora sint, insuetis minus molestante solent. Cur autem in alijs omnibus plenior cœna salubrior sit, multa in causa sunt. Primum autem omnium noctis mox accedens frigiditas, quæ extrinsecus circumstantis calorem natium in profundum secedere, & hoc nomine fortiozem fieri cogit, ita ut necessario ciborum, tum melior fiat concoctio. Et certè idem potest noctis frigiditas, quod aliàs anni tempus hyber-

DE CONSERVANDA

nam, aut regio frigida potest. Horum enim unumquodque calorem nativum adaugere potis est. Testis Hippocrates, qui lib. 6. epidem. Tom. 6. apho. 6. sic inquit: per frigidior in tempore & regione frigidis, per calidior erit. In 1. aphor. 15. quoq; uentres hyeme & uere natura calidissimos esse asserit. Deinceps est somnus, qui coenam subsequitur: hic enim mirum in modum concoctionem adiuuat. Sanguis enim in somno ad interiora magis refugit, ut testatur Hippocrates 6. epidem. Tom. 5. apho. 19. Cum: itaq; sanguis, cumq; eo calor natiuus per somnum ad interiora secedat, quid mirum si calor auctus fortiozem tum ciborum concoctionem efficiat! Hinc rectissime Hippocra. lib. 6. epidem. Tom. 5. apho. 10. dixit: Labor articulis & carnibus, cuius uerò ac somnus uisceribus prodest. Somnum quoq; optimè cibum concoquere testatur Galenus lib. 1. de sympto. causis ca. 8. ita scribens: Itaq; toto hoc tempore, quo quis dormit, animalis facultas quiescere, naturalis uerò ualidius agere uidetur. Cuius rei coniecturam ex eo facies, tum quòd ipsa, si quando laborauerit, post somnum robustior euadit, idq; maxime, cum à modico cibo somnum admittimus, tum etiam, quòd per somnum cibus optimè concoquitur, non solum in uentriculo, uerum etiam per uniuersum corporis habitum. Cui subscribit quoq; Paulus Aegmetas lib. 1. ca. 97. di-

cens: Somnus est animalium facultatum quies, ab utili humore cerebrum madefaciēte proueniens, hunc qui ritè capessit, multa consequitur cōmoda. Cibos enim cōficit, humores digerit. Quòd autem hac ratione plenior cœna esse debeat, testatur Galenus, uel quisquis tandem eius libri auctor fuit, in libro de dissolutione cominui, in hanc sententiam scribens: Amiqui cœnam prandio præstebant, præcipientes plus ciborum in cœna sumendum esse, ob caloris circa interiora aggregationem noctis frigiditate, & per somnum factam, calor uanq; in somno ad interiora corporis reuocatur, eademq; calefacit, perinde ut in uigilia contrarium planè accidit. Id quod Hippocrates etiam epidem. 6. Tom. 4. apho. 12. ijs uerbis indicauit. Planè uigilans calidior circa exteriora, frigidior uerò circa interiora. Dormiens contrà. Sed hic reclamabunt quidam, pleniorē que cœnam idèò damnabunt, quòd pleno uentre ingrata sit quies, atq; adèò somnus minus conueniens. His uere responsum uolo. Nemo est tam sine sensu communi, qui nesciat inter cœnam & somnum aliquid temporis interuenire debere, neq; quemadmodum in brutis, nullam aliam nisi morandi ac mox dormiendi uicissitudinem esse, quum omnium Medicorum consensu consultum sit, quo aut amplius intersit. Neq; etiam est, ut pleniorē cœnam quis eam esse putet, qua multa inge-

DE CONSERVANDA

fundur tanta uoracitate, ut uix spirare liceat, & periculum sit, ne uel crepent, qui ita sese replent, sed frugalem potius, talem tamen in qua plus, quam in prandio absumitur ciborum. Quòd si tamen hic peccatum fuerit, melius certò in cœna, quam in prandio fertur, quod somnus post cœnam non diu subsequens, facilius delictum quam uigilia, quæ prandium concomitatur, corrigat. In somno enim, ut diximus, calor interiora petit, & quæ illic sunt, cibis concoquendis solis uacat. Inter diu uerò ad exteriora protrahitur, neq; ijs, quæ intus sunt, prospicere potest, adeò, ut uerissimè dixerit Hippocrates 2. uictus acutorum 59. Vigilia uehemens cruditatem incoctionemq; ciborum tum potionis efficit. Porrò cur cœnam prandio plenorem esse oporteat, & hæc ratio, quòd rara admodum existat corporis facultas, quæ paulò liberalius prandium spacio uel quinque uel sex horarum, quod serè inter prandium & cœnam interest, conficere possit. Quantum autem incommodi adfert, si quis nondum planè concocto eo, quod prius ingestum fuit, aliud ingerit? morbum nimirum facit. Vbi enim cibus præter naturam plus ingestus est, ut ait Hippocrates lib. 2. aphor. 17. hic morbum facit. Et si denuò obieccrit, ut cunq; somnum à cœna differamus, tamen quando fieri non possit, quin ad somnum conuersis, quod materia tum ad interiora tendat

tendat, caput impletur, huic Galenus quidem re-
 spondebit, qui lib. 4. aphor. 67. ita scribit. Et
 quidem sicut à cibo ad somnum conuersis imple-
 tur caput, sic in pletoricis dispositionibus somnus
 ipsum replens aggrauant cerebrum. Et somnus
 uidelicet semper noceret, quatenus ad profun-
 dum & uiscera materia confluit, nisi coctionis
 ratione plus afferrent utilitatis, quàm sit da-
 mnium, quod ex motu ad interiora consequitur.
 Et hæc ad uulgarem multisq; communem erro-
 rem explodendum sufficiant.

DE DISPOSITIONE ANTE
 cibi sumptionem, edendi item atque
 ciborum ratione.

Cap. VI.

TV nunquam comedas, stomachum
 ni noueris esse

Purgatum, uacuumq; cibo, quem sum-
 pseris antè.

Ex desiderio id poteris cognoscere cer-
 to,

Hæc sint signa tibi, subtilis in ore dia- al. saliva
 ta.

Nim nicht zu dir new schnabelweid/
 Du hast denn vor die alt verdewe/
 210



Zuß dünnem speichl vnd effens bgir.
Das wirstu mercken selbs an dir/

*Hic traduntur praecepta quaedam ante cibi
sumptionem seruanda.*

*Primum, ne sumatur cibus, cum uericus
lus quibusdam humoribus uitiosis adhuc plenus
extiterit. Corruptitur enim simul alimentum,
quod insuper ingeritur, una cum prauis humoribus,
qui prius sint in corpore, ita ut ipsorum quidem
quantitas augeatur, qualitas uero seruetur.*

Eos igitur, ut lib. 6. capite 9. de Sanitate tuenda Galenus autor est, uomitione, in ijs, qui supra naturam facile uomere possunt, expelleri prius, quam cibus ingeratur, oportet. Impura namque corpora & uitiosis humoribus referta, uacuatione potius, quam ea, que per cibos fit, refectioe egere, testatur cum primis Hippocrates apho 8. et 10. li. 2. & ibidem Galenus in commen. Venter eulum uero uitiosis humoribus esse plenum, è uidoribus & uulsiibus deprehendi potest, quemadmodum copiose admodum Galenus lib. 1. ca. 4. de loc. affec. docet, ad quem sanè lectorem nunc ablegamus.

Secundum, ne priore cibo nondum concocto, nec dum in alium demisso, alius sumatur: qui enim modo supereditur, naturam à prius ingesti concoctione deturbat, quo fit, ut quicquid eius ex uentre à uenis meseraicis in hepar deducitur, reliqua statim omnia etiam inconcocta secum in corruptinam trahat, adeoque tum uasa ipsa, tum totum corporis habitum cruditatibus, & uitiosorum humorum multitudine repleat, ac ob id ipsum morbis non raro tenet. Proinde rectissime Galenus lib. 7. ca. 6. meth. meden. præcipit, ut uacua purusque uenter secundum cibum excipiat. Quinetiam Auicenna 3. 1. doc. 2. ca. 7. idem præscribens, ita ferè inquit. Nemo sanitatis sue studio aliquid comedit, nisi ad hoc certò prius inui-

DE CONSERVANDA

tante desiderio, & uentriculo unà cum reliquis superioribus intestinis à præsumpto cibo uacuat. Priore enim cibo nondum concocto, alium insuper ingerere, corpori perniciosum est. Porro ex ructu nullam alimenti prioris qualitatem referre, uentriculi tumore iam submisso, recrementorum deiectione, & utinarum coloratione, licebit conijcere, num prior cibus ad unguem confectus, ac in aluum demissus sit, quemadmodum Galenus lib. 7. ca. 6. metho. meden. & post eum Paulus lib. 1. ca. 97. luculenter & perspicue docuerunt. Urina enim quæ aquæ speciem præfert, erudum adhuc in uenis sucum esse indicat eum, qui à uentre submittitur. Quæ uerò fulua bilio saq; est, iam dudum concoctum esse huiusmodi succum portendit. Quæ modicè pallit, peractæ modò secundæ concoctionis est signum, quemadmodum eleganter Galenus lib. 2. de sanata. tuenda ca. 4. Cornelius Celsus lib. 1. ca. 2. & Plinius lib. 28. ca. 6. docuerunt. Imperfectæ autem concoctionis, ut testis est 6. sectio. apho. com. 1. Galenus, acidus ructus certum indicium est. Signa etiam, quibus certò comprehendi possit, utrum à uitiis illis humoribus, ac prius ingesto cibo uacuus sit uenter, nec ne, & hic subiunguntur.

Primum, desiderium certum, hoc est, uehementer & uera noui alimenti appetentia, siue fames. Nam de Medicorum serè omnium semen-

tia duplex fames est, una quidem uera & natu-
 ralis, altera uerò mendosa. Veram describit Ga-
 lenus apho. lib. 2. comment. 16. sic inquit: Fa-
 mescere illos dicimus, qui ob ciborum inopiam
 ad extremam esuritionem perueniunt. Idem lib.
 1. cap. 7. de causis sympto. disertè admodum &
 copiose harum appetentiarum rationem & di-
 uersitatem describit, quem locum, utpotè scitu di-
 gnissimum, hîc integrum subijcere placuit. Nam
 quoniam, inquit, cutetenus unumquodq; animal
 in ambientem aërem digeritur, accidit, ut memo-
 bra, quæ sub ea sunt, prima uacuentur: quorum
 ingenita uis ex proximis sibi alimenum trahit,
 id scilicet, quod uacuatur reficiens: deinde rur-
 sus illa, ex ijs, quæ sibi sunt proxima: sicut quæ
 tertio loco sunt posita, ab ijs, quæ sibi. Atque ita
 semper per continuum, ueluti in choro quopiam
 translatione celerrimè facta, ad uenas, quæ ad
 uentriculum pertinent, uacuatio peruenit. Hæ
 uerò & solent pariter, & natae sunt ex uentricu-
 lo nutrimentum trahere, perinde ut stirpium radi-
 ces, quæ in terram sunt demissæ, ab ea. Cùm enim
 hoc opus uniuersum naturale sit, non anima-
 le, similiter in stirpibus, & animalibus perfici-
 tur. At in stirpibus quidem, terra perpetuò
 paratum, largumque alimentum rigamis ritu
 subministrat: quandiu coelitus temporum sta-
 tus pro natura se habet, Quando si ex terra
 squaloris

DE CONSERVANDA

*squaloris excessu siccatu est humor, stirpes nu-
 trimenti penuria marcescunt. Animalibus autē,
 ut pote terrae non affixis, praeter utiq; pauca
 quaedam, natura uentrem pro nutrimenti ueluti
 penu fabricauit, quemadmodum stirpibus ter-
 ram. Dedit autem animalibus et penuriae sensum:
 quo scilicet ad cibum potioneq; prouidat, in
 tempore explantur. Vocaturq; eiusmodi implē-
 di desiderium appetentia: Fit autem ex penuriae
 sensu: cum scilicet uenae ex ipso uentriculo, ueluti
 emulgentes sugentesq; aliquid trahunt. Non fe-
 rens autem cum suctum uentriculus, sed ueluti di-
 uulsus, offensae eius medelam cibum comparat.
 Quippē uenae hoc pacto ad obiectos cibos con-
 uertuntur: Atq; ex ijs nutrimentum trahunt, ne-
 quaquam ex uentriculo. Fitq; post cibi sumptio-
 nem, ut & uenae simul ad cibos se conuertant, &
 uentriculus ex ijs, quantum prius per uenas est
 exhaustum, in se ipsum trahat. Ac suctus quidem
 ipsius sensus, fames est. Hæc Galenus. Cū igitur
 uentriculus non appetit, signum est, membra non
 dum refectione indigere, sed satis adhuc alimen-
 torum in promptu habere. Quod certē & ipsum
 Galenus lib. 3. cap. 13. de facul. naturalib. innuere
 uoluit, inquit: Venter si melius paratiusq; nu-
 trimentum habet, externum non postulat. Cibi
 igitur exhibitio diutius adhuc differenda est:
 nam quicquid tum ingeritur, grauat naturam,*

non iuuat. Porrò mendosa fames, est cibi appetentia corpore non indigente. Quæ quidem, ut loquitur Galenus lib. 1. capite 7. de causis sympt. docet, tum maxime fieri solet, cum acidus quispiam vitiosus succus uentriculum mordet. Vitiosus namque succus, qui frigidus est, similem suctui morsum infert: Appetentiam uerò prouocat, naturalis affectus similitudine. Alimenti autem, non potius desiderium excitat propter frigus. At uitioso succo, qui salsus & biliosus sit uentrem mordente, potius magis, quam cibus expetitur: Præterquam enim quod calefiat, sicceturque, ab eo uentriculus, quæ utique sitis causa sumi, etiam liquari fundique tum in eo, tum uenis succos coactisgit. Fundendorum autem succorum Symptoma, ea quibus continentur implet quemadmodum frigiditas uacuat. Itaque etiam non parum ad esuriem frigiditas eorum, quæ in uentre habentur, conuertitur. Cum & corpora eorum, tunicaque uacuet, & cogendo constringendoque ad appetentiam irriter. Atque ita quidem uitiosus succus acidus, si typicus, & frigidus mendosæ famis existit causa.

Secundum ueræ famis signum, est subtilis diæta, uidelicet præcedens, hoc est, parua cibi exhibitio: quando enim & hanc famem sequitur tunc illam & ueram & naturalem esse significatur. Vnde igitur semper cauendum, ut nunquam neque prandatur, neque cenetur, nisi consue

DE CONSERVANDA

Et hora, ac illicicinet prius appetitu, nec eo cibo
 exigente differatur. Omnis enim mora illi nocio
 ua est, nisi suspectus sit esse mendax, qualis ebr
 orum & fastidio laborantium esse solet: Nam si
 uentriculus alimentum postulat, ut Galenus lib.
 3. capite 11. de facul. naturalibus autor est, nec
 eius copia est, excrementis impletur. Ea sunt sa
 mes quaedam bilio^a, vitiosasq; atq; serose, quas
 solas trahenti illi, tum scilicet, cum nutrimento
 indiget, secur remittit. Hinc non temere haecenus
 hoc usurpatum est. Diutius tolerare famem, uen
 triculum malis ac putridis replet humoribus,
 quos attrahit ad se loco cibi. Et hoc quidem ex
 perientia constat. Quando enim ieiunamus, tunc
 per noctem auiditate quadam ad cibos inuitari
 solemus, sed illis denegatis, nullam omnino appe
 tentiam postero die percipimus. Unde satis li
 quet, uentriculum, & maxime orificium eius,
 iam dudum uitiosis humoribus esse plenum, quae
 tamen non uera, sed mendosa repletio est, & ob
 id pauco assumpto cibo regreditur statim appe
 tentia. Cauendum etiam ne cibus assumatur, non
 praecunte corporis exercitio. Neq; enim teme
 re ab Hippo. 6. epidem. part. 4. apho. 28. dictum
 est. *πρόνοι σιτίων ἡγείθεσσαν.* 1. Labores ci
 bos praecedant. Nam qui cibus mane, antequam
 prior descenderit, uel paulo ante exercitatio
 nem ingeritur, ut Galeno lib. 3. capite 1. de causis
Sympto.

Sympto. teste, & intempestiuè sumitur, & cruditatis etiam causa existit. In ciborum præterea ratione, quemadmodum capite 24. metho. perueniendi ad medic. Leonhartus Fuchsius diligenter admonet, id quoq; unicè obseruandum, ne illi præpostero ordine ingerantur, id quod fiet, si concoctu facilia ijs, quæ difficultuer concoquuntur, præmittantur, & si liquida solidis & aridis, & lubricantia astrigentibus antecedant. Ordo, uerbi gratia, præposterus erit, si cotonea aut punica mala primum ingerantur, postremum autem olea ex gæro. Debent etiam ea præmitti, quæ facile & nullo sermè labore subsidunt, ut sunt liquida: quæ uerò tenacius herent, & difficulter labuntur, ut solida & arida, postremò: idq; si uentri- culus naturaliter se habeat. Nam si cui uentri- culus sit natura laxior, huic præstiterit adstrim- gentia magis laxantibus præposuisse, quò ab illis roboratus uentri- culus reliqua melius conficere possit. Hæc eadem serè docent Cornelius Celsus libro 1. capite 2. & Galenus libro 2. capite 11. de alimentorum facultatibus. Iam uerò cautio etiã sit, ne in una eademq; refectioe nulli simul & uarij assumantur cibi, ac tempus deinde com- edendo ultra quam satis est producat, præser- tim si ex diuersis illi consistant facultatibus. Ex eo autem genere cum primis fuerint cibi uariæ sub- stantiæ, ut exempli causa ab Auicenna ponuntur,

DE CONSERVANDA

carnes & pisces, uel pulli & suilla &c. Nam que ad istum ingeruntur modum, uariè corpus pro succorum diuersitate afficiunt, & concoctionem non, ut par est, sortiuntur. Postremo enim accedente cibo, iam primi incepta concoctio est, atq; ita partes quidem in coquendo redduntur dissimiles, adeo, ut primo loco ingestæ, confectæ ferè sine prius, quam ad extremum sumptæ, mediũ concoctionis suæ attingant, unde sæpenumero posterius coquendorum sequitur corruptio. Id quidem Auicenna quoq; innuere uoluit. 3. 1. doc. 2. capite 7. in banc fermè sententiam scribens: Nihil quidem deterius est, quam si multa simul ac uaria ciborum genera coniungantur, atq; iusto longius deinde in comedendo tempus protrahatur: cum enim postremum accedit nutrimentum, primum iam aliquo modo confectum est, partes ergo in coquendo non adsimulantur. Atq; inde sanè morborum seaturigo, qui ex repugnantiũ sibi humorum discordia nascuntur. Iam ipsius quoq; uariis coquendi modis bonæ corporis temperaturæ non parum officit: ut si in eadem refectioe multi elixi, frixi, & aspi cibi sæpius in uicem modò liquidi, modò solidi & aridi ministrantur. Atq; hinc est, quod Horatius libro 2. Serm. Saty. 2. ubi uictum frugalem ac simplicem pro dignitate laudasset, hanc saporũ condimentorũq; aceruationem, ut perniciosam, his uersibus detestatus sit:

Accipe

Accipe nunc uictus tenuis quæ, quantaq; secum
 Adferat, in primis ualcas bene nam uariæ res
 Ut noceant homini, credas, memor illius escæ,
 Quæ simplex olim tibi sederit. ac simul aspis
 Miscueris elixa, simul conchyliâ tardis,
 Dulcia se in bilem uertent, stomachoq; tumultû
 Lema feret pituita, uides, ut pallidus omnis
 Cœna desurgat dubia? quim corpus onustum
 Hesternis uitijis animum quoq; prægrauat unâ,
 Atq; affigit humo diuinæ particulam aure.

Pari modo & Plinius libro 11. capite 52. hanc
 saporum accruationem damnauit. Homini, in qui
 ens, cibus utilissimus simplex. Aceruatio saporum
 pestifera, et condimenta perniciosiora. Atqui hic
 nobis fortasse obtrudet quispiam plerosq; ueniri
 & gule mirificè deditos, qui sese à primo statim
 diluculo ad summam usq; noctem multo uarioq;
 cibo & potu non impleant solum, sed etiam di-
 stendât, adeoq; cibum cibo excipiant, et toti sine
 in computationibus, cum nihil tamen inde mali
 percipiant, immò uerò multis incommodis diffi-
 cultatibusq; afficiantur, si uel minimum ab ista
 consuetudine deflexerint. Huic Galenus quidem
 respondebit, qui in lib. de cibis boni & mali suc-
 ci cap. 22. ita scriptû reliquit. Hæc enim quamuis
 protinus nullam iuuenum corporibus sensibilem
 lesionem inferant, sensim tamen oculteq; crescen-
 te uitio cum iam etas progressu temporis incli-

DE CONSERVANDA

nârit, articulos, nervosq; , & uiscera ijs morbis
 uexant, qui uel difficulter admodum, uel omnino
 tolli non possunt, neq; id quidem temerè namq; ea
 pars corporis, quæ natura imbecillissima est, à le-
 dente quolibet patitur. Quod autem uitiosi hu-
 mores morbiq; gignâtur, cruditas a sîdua in cau-
 sa maximè, siue ea ex boni, siue ex mali succi o-
 riatur cibis. Quin Auicenna quoq; 31. doc. 2. ca-
 pite 7. idem confirmans sic fermè inquit. Ille, cui
 mala nutrimenta concoquuntur, non gaudeat ex
 hoc. Noxa enim etsi ad tempus fortassè delitescit,
 temporis tamen successu sese exerit, & grauis-
 simam certissimamq; neglectæ arti modicæ pœ-
 nam adfert. Atq; hinc adè pauci eorum, qui i-
 stum uiuendi modum sectantur, destinata in sen-
 ctutis metam contingunt, sed crudis ex intempe-
 rancia aceruatis succis podagra, calculo, lepra,
 carcinomate, febribus, alijsq; id genus malis pri-
 us torti, uitam cum morte commutant. Præstat
 igitur, ut disertè à Euchsio nostro scribitur, tem-
 perantia & parcitate animum corpusq; uege-
 tum ac sanum seruare, quam crapulâ, crebrisq;
 computationibus, & immoderatione infirmum,
 morbosum, Deoq; & hominibus odiosum red-
 dere. Ac ne illud quidem silentio prætereun-
 dum hoc loco, quod protracta ad unam serè ho-
 ram mora, ac iustæ commanducationis & deglu-
 titionis gratia comestioni interposita, non lau-
 dabilis

*Subtilis modò, sed ad tuendam etiam ualitudinem
 utilissima censeatur. Cibus enim qui exactè den-
 tibus manditur, extenuatur, & molitur, ac sen-
 sim deinde atq; tardè deglutitur, etsi imperfe-
 ctam ac modicam omnino, aliquam tamen, ut in
 suo genere estimandam alterationem in ore con-
 sequitur, quemadmodum lib. 3. cap. 7. de natu-
 ral. facul. Galeno & Auicenne. 1. 1. doct. 4. cap.
 2. usum est. Ceterum imperfecta commanduca-
 tio ut concoctioni contumax est, ita etiam horro-
 rem quendam & inuauitatem adferens, cibo-
 rum appetentiam auertit. Mora uerò que in-
 ter edendum, multis ultrò citroq; sermonibus,
 colloctionibusq; interpositis, ad duas uel tres
 horas protrahitur, admodum noxia est, eamq;
 nocumenta hactenus enumerata sequuntur.
 Vltimus uersus in quibusdam Exemplaribus hoc
 etiam modò legitur.*

**Hæc sint signa tibi, subtilis in ore sali-
 ua.**

*Nec malè quidem. Nam salius que subtilis
 & nulla qualitate infecta, sed perinde quasi a-
 quosa gustui offertur, tum coctionis, tum absolu-
 te sanitatis etiam indicia ostendit, Galeno lib. 3.
 ca. 6. de locis affectis teste.*

**DE MELANCHOLICIS ET
 uitandis cibis. Cap. VII.**

DE CONSERVANDA

Persica, poma, pira, & lac, caseus, & caro salsa.

Et caro ceruina, et leporina, bouina, caprina,

Atra hæc bile nocent, suntq; infirmis inimica.

Pfirsßen/birn/milch/dpffel vnd feso/
Von ochsen/vnd als gesaltzens fleisch/
Von hirschen/hasen / vnd von zigen/
Sollen die Francken lassen ligen.

Hic recensentur decem ciborum genera, quæ sanguinem serosum et melancholicum efficiunt, eoq; infirmis nocent.

Persica. Primum, persica: de quibus lib. 2. ca. 19. de aliment. facul. disertè ita Galenus scribit. ipsorum succus, & ueluti caro facilè corrumpitur, prauaq; omnino est. Quocirca (quod quidam facere solent) non sunt post alios cibos mandenda: corrumpuntur enim in superficie natantia: sed in omnibus, quæ prauis quidem sunt succi, uerùm humida sunt ac lubrica, & quæ subduci faciliè queant, id communiter tenendum, ea ob hoc ipsum ante alios cibos esse sumenda. Ita enim fiet, ut & citius subducantur, & alijs cibis uiam muniant. Quæ si sumpta postrema fuerint, unà secum alia quoq; corrumpens. Atq; inde sanè patet,

tet, hoc dictum de ijs intelligendum perficis, que matura post alios cibos ultima eduntur. Presumpta enim stomacho conferunt, uentrem leniunt, & ciborum appetentiam prestant. Dioscorides etiam libro 1. capite 130. idem testatur in eum modum scribens: persica matura tam stomacho, quam ueneri utilia sunt: Acerba aluum colibene, sed sicca uehementius. Decoctum è siccis alui stomachiq; fluxiones sistit. Simeon quoq; Scribi de persicis hæc refert: Persica, inquit, quidam in tertio ordine refrigerantium humectantiumq; posuerunt, alij in primo, alij uerò in secundo, quod etiam certius est. Phlegma generans, non facile concoquuntur, celerrimè in uentriculo corrumpuntur: propterea qui crebrius ad satietatem his utuntur, in febres incidunt: ledunt & neruos proprietate quadam. Oportet uerò hæc ante cetera cibaria assumere, & super his meracum bibere. Que ex his matura sunt, uentrem ducunt: immatura contra sistunt, eoq; efficacius sicca. Foliorum succus in potu sumptus, lumbricos ueneris perimit: idem perficit, si cum folijs umbilico apponatur. Suscitant quoq; ciborum appetentiam persica. profunt & inflammato uentriculo, & genitali semini adiiciunt, serosum tamen sanguinem parant: sæpiusq; post unum uel alterum mensem ob putredinem febres tum longiores, tum etiam difficulter solubiles gignunt.

DE CONSERVANDA

Illud etiam obseruare oportet, ne super hæc aqua bibatur. His amplius addit Plinius Valerianus, persicorum folijs siccis, & in puluerem redactis, plagas cruciorum uulnerum claudit: quam facultatem Serapion ipsis etiam persicis siccis attribuit. Quamquam autem persica iam dictis uiribus prædita sunt, quia tamen humor inde genus facile corrumpitur & putrescit, noxia sunt infirmis, & maximè si præpostero ordine ac tempestiuè sumantur. Infrà capite 42.

Poma. Secundum, poma siue mala: in quibus, auctore, Simeone Sethi, multa differentia est: quæcunq; enim ad stringens, frigidum habent & terrecum succum. Quæ acria sunt, frigidum quidem, uerum tenuem illum habent. Medij autem temperamenti sunt dulcia, quæ ad caliditatem magis uergunt. Omnia certè quadam peculiari proprietate neruis nocent: nocent & quæ matura non sunt. Dicuntur & lapidem seu calculum gignere uis, qui ad facietatem ipsis utuntur. Verum utilia sunt ad λεωποθυμίασ .i. animi deliquia, & cordis debilitatem. Spiritum quoq; flatulentum in secunda concoctione generant eoq; infirmis nocēt, sicuti de pyris mox dicitur. Neq; uerò ab his solum fructibus, sed ab omnibus etiam quæ sanguinem seroso ac ebullente succo replent, egrotos abstinere conuenit. Eiusmodi planè sunt eccemies, & qui ante perfectam maturitatem eduntur:

duntur: cum enim humidius alimentum, ob idq; excrementosius præbeant, non secus in corpore humano feruent, & ebullitum, atq; uinum, quod uuper ex fructib. uel uuis expressum est, in dolijs: et hoc quidem ob caliditatem ipsis à sole, cum matu rescerent, ingentam, quemadmodum lib. 4. ca. 3. de usu partium Galenus attestatur. Et hoc certè, Auicenna 3. 1. doc. 2. ca. 7. teste, commune est omnibus cibarijs, quæ sanguinem seroso succo impleant. Porro & si uerò hoc interlm spacio, quo manduntur, humectent, ob succi tamen ebullitionem promptè in uentriculo corrumpuntur, & sanguini putrido gignendo accommodatissimæ sunt, qua de causa non temerè Auicenna 1. 4. trac. 2. ca. 7. fructus recentes omnes febricitantibus interdixit. Plura Galenus lib. 2. ca. 21. de alimen. facul. & infra ca. 39.

Tertium, pira: quæ sanè, perinde ut & alij fructus recentes ac crudi, communiter hoc possident, ut seroso ebullienteq; succo sanguinem expleant, eumq; putrefactioni obnoxium reddant: quo fit, ut eorum cibus, Plinio lib. 23. ca. 7. teste, non ægrotis solum, sed ualemibus etiam onerosus sit. Inflationes quoq; excitant, & ob id crebrius esitata colicos affectus suscitāt. Sed innoxia sūt, si unà cū carminatiuis uulgo dictis, hoc est, calfacientib. tenuantibus, & flatum expellentib. comedantur, uel super his uinū uetus et odoratū bibatur.

DE CONSERVANDA

tur. Quod Galenus lib. 1. ca. 26. de alimen. fa-
cul. palàm etiam ita scribens confirmat: Quic-
quid omnibus cibarijs inest flatulensum, id per
salsacientia & tenuancia corrigitur. Piris præ-
terea ea facultas inest, ut inter ceteros fructus
quàm maximè impinguent: quare sues ipsorum
esu magis quàm quorumlibet aliorum fructuum
pinguescunt. Laudatiora sunt odorata & dul-
cia, & ex ipsis cocta, quàm cruda, meliora. Co-
quenda uerò cum foeniculo, aniso, & saccharo.
Infrà ca. 13. & 39.

Lac: Quartum, lac: hoc enim facile corrumpi-
tur, inq; nidorem aciditatemue in impuro ueneri-
culo transit. Quapropter putrida febre corre-
ptis exhibendum non est, quia plurimo calori con-
uersatum, in nidorem statim abit. Huc accedit,
quòd in uentriculo febricitantium haud conco-
quatur, sed potius corrumpitur, adeoq; febres au-
get. Caput quoq; dolentibus malū est, quod confir-
mat Galenus, qui lib. 3 de alimen. facul. ca. 14. lac
capiti, nisi quis ipsum habeat admodum firmum,
non esse accommodum, tradit. Cuius quidem rei
causa alia non est, quàm quòd lac sit nidorosum,
ac facile euaporet, caputq; petat, adeoq; dolo-
rem augeat. Nocet præterea sitibundis & alijs
nonnullis, de quibus Hippocrates apho. 64. lib.
5. & ibidem Galenus. In phthisi tamen, hectica,
& alijs quibusdam passionibus, ut Hippocra-

tes loco iam citato autor est, utilissimè conceditur. Qua de re copiosius infra ca. 34. Quamquam autem lac infirmis ex usu non sit, in sanis tamen ad bonos humores gignendos, ex ijs præsertim animalibus, quæ bono corporis habitu sunt, probatissimum habetur: Et hoc quidem si in uentriculo & hepate perfectè concoquatur. Tunc enim mordaces succos, quoscunq; inuenerit, expurgat, qua de causa in urinae difficultate & acri egestione alui, non solum bibere conducit, sed etiam infernè per clysterem infundere. Ad acres enim & mordaces fluxiones commodissimum est, non solum abluens ipsas de partibus infectatis, atque hoc per extersoriam humiditatem, quam in serosa sui parte complectitur, sed etiam crassitie ac pinguedine sua corporibus oblitum ac indutum, non sinit influxum acrem nudis ipsis allabi. Ad pulmonis itaq; ac intestinorum ulcera, item renum, vesicæ, ac uteri, & ad papularum eruptiones, & furunculos, & alias cutis asperitudines conuenientissimum est in potu, adeoq; cutem ipsam pulchram ac nitidam reddit. Ad hæc lancinamenta ex ueneni potione, & quæ in urinae meatu fiunt, compescit. Item ad eos qui cantharidas bauserunt, aut buprestin. & in summa ad medicamenta erodentia ac exulcerantia, & ad byoscyamum uelut peculiare remedium est. Nam statim resipiscere affectos facit. Cæterum

DE CONSERVANDA

in gutturis exulcerationibus, quæ cum aliis ob causas multas, tum ex anginis fiunt, & his qui ephemerum sumpserunt, lac gargarizare conducit. Corporibus præterea temperatis, quorum uentriculis nihil biliosi & phlegmatici humoris insidet, utilissimum habetur. His enim bene concoctum multum nutrimenti summittit, probum succum generat, bonam carnem longè meliorem reddit, & corpus conuenienter humectat. Hoc tamen imprimis cauere debet, qui lac bibere uoluerit, ut interim à reliquis cibus ac potibus abstinereat, donec concoctum sit, ac secesserit. Si enim ante eius concoctionem, alium cibum quis sumat, necesse est & ipsum lac corrumpi, & cibum qui superingestus est. Præstat autem manè bibere recens mulctum, & tunc plures labores detrabere, quietè ac sensim ambulare, & interim cessare, citra somni admissionem: Qui enim hoc modo se gesserit, potum lac excernet, idq; inutilia secum educet. Opus est enim si quid aliud primum acceptum secedere, quo factò aliud bibere. Principio igitur secedit aluo commodè purgans, non totam corporis molè, sed quæ in suo & intestinis sunt, partibusq; uicinis. Post hæc in uenas deferatur, optimeq; nutrit, & non amplius secedit, sed uenem sistit. Corporibus uerò distemperatis infestum ianicumq; est. In calidioribus enim citò in nidorem atq; bilem, in frigidioribus ue-

rō in aciditatem & putredinem commutatur.
 Circa electionem deniq; lactis sciendum, pro ipso
 rum animalium specie haud parvam esse diffe-
 rentiam. Boum nanq; lac crassissimū ac pinguis-
 sīmū & concoctu difficile est, & ob id in uentricu-
 lo inflatus uertitur, uenarum q; obstructionem pa-
 rit. Liquidissimum autem ac minime pingue,
 est camelorum, mox equarum, deinde asinarum,
 mediae autem consistencie est caprarum, hoc
 crassius ouium. Lac igitur caprarum, cum inter
 cetera lactis genera moderatē se habeat, neque
 pingue admodum, neque crassum sit, merito in
 uictus salubritate praefertur. Quin & ca-
 prarum inter se inuicemq; collatarum, & secun-
 dum anni tempora nō parua differentia est. Ea-
 rum enim quae modō pepererunt, lac liquidissi-
 mū, sed temporis progressu magis semper ac ma-
 gis in crasse sit. Aestate uero media, ipsum etiā in
 medio suae naturae consistit, post id tempus sensim
 iam in crasse sit, quoad p. nutus deficiat. Vere au-
 tem ut liquidissimū, ita etiā copiosissimū est. Quo-
 fit, ut eligendum sit lac caprarum, non quidē pre-
 gnancium, sed enuxarū, quae tamen, quod ad partū
 ipsum attinet, mediocriter se habeāt, hoc est, quae
 neq; nuper enuxae sint, neq; multū à partu recesser-
 rint: hoc interim non neglecto, ut ipsis etiā alimē-
 ta propria affatim suppetant. Ac ne illud quidem
 silentio praetercundū hoc loco, quod lac caprinū
 sine

DE CONSERVANDA

*sine uelle sumptum, haud citra periculum sit. Ple-
 rusq; enim qui purum illud hauserunt, coctum est
 in uentriculo in speciem casei: quod quidem quū
 accidit, mirum est, quā aggrauet hominem ac
 stranguet. Ob eam causam, hic ubi sumunt non-
 nulli, ne in uentriculo coaguletur, mellis, aquae
 & salis nonnihil admiscunt. Atq; haec quidem hoc
 loco de lacte sufficiant. Plura Galenus lib. 3. ca.
 14. de alimen. facul. & lib. 10. ca. 7. de medica.
 simpli. facul. & in libro de cibis boni & mali
 succi cap. 6. Oribasius lib. 4. Synopses ad Eu-
 stathium ca. 12. 18. & 40. Paulus lib. 1. ca. 86. et
 87. & Aëtius lib. 2. ca. 91. & 93.*

Caseum.

*Quintum, Caseus, quod quidem, cum de o-
 mnī caseorum genere, tum de inueterato cum pri-
 mis intelligendum est. Hic enim ob coaguli & sa-
 lis, dum prepararetur iniectionem, temporis pro-
 gressu acrimoniam assumpsit, humiditatemq; o-
 mnem deposuit, quare seipso etiam acrior est, &
 manifestè calidior, atq; ardenior euasit, & ob
 id ipsum peioris quoq; & crassioris succi, & e-
 grius concoctilis effectus est: praesumptorum
 quidem concoctionem adiuvat certè, sed ipse dif-
 ficilius concoquitur. Atq; hinc adeò iam uulgo
 dici solet:*

*Caseus est nequam, quis concoquit omnia, se
 quā.*

*Nutrimētum habet exile, stomacho nocet, et
 ubi*

ubi fortè fortuna in corpore supercalc factus fuerit, què admodù discretè Galenus li. 3. ca. 6. de lo. affec. scribit, facile melancholicū humorē parit: recens flatuosus quidē minus est, sed uenrem magis sistit, magnūq; siticulosus & flatuosus est, nec ad calculorū in renib. procreationē minus existit noxius. Deterrimum præterea edulū est ijs, què admodum hoc ipsum Hippocrates lib. 4. de uic. rat. in morbis acu. apho 92. clarissimè ostendit, qui se potu repierunt. Grauat si quidem os uentris, primumq; corrumpitur, & alia demceps secum corrumpit. Fugien. tus igitur est eiusmodi, ut qui nihil conserat, neq; ad coctionem, neq; ad distributionem, neq; ad mouend. m. urinam neq; ad uentris deiectionem, ceu utiq; nec ad succi probitatem. porrò recens ac mollis caseus, frigidi humidūq; temperamenti est, & duro siccoq; flatuosior existit, sed eo minus adstringit, minusq; crassifucci est, nihilo minus tamen agrè conficitur, obstruitq; & calculos gignit. At però qui inter utrunq;, recens nimirum & inueteratum, glutinosum & friabilem, durum ac mollem, ratum laxumq; & ualide densum coactumq; modius existit, quiq; dulcedine nonnulla participat, modicūq; salsus est, neq; lachrymas, cum inciditur, profundit, neq; tardius aluo secedit, sed odore & sapore iucundus, moderatq; pinguis est, atq; ex bono lacte pulcherrimè elaboratus, is utique re-

DE CONSERVANDA

liquis omnibus longè multumq; præstat. Verùm post alios cibos ultimo loco & exigua planè copia ingerendus est, alioquin & ipse, nihilo secius ac reliqui casei, uentriculū grauat coctionem impedit, aliuū cohibet, crassos humores, atq; flatus in corpore, lapidēq; in renib. parit: solus igitur

- Caseus ille bonus, quem dat auras manus.

Plura de hoc apud Galenum libro 3. cap. 16. de alienen. ficu. & lib. 10. ca. 9. de simplic. medi. facul in lib. de cibis boni & mali succi ca. 6. Pauli libro 1. capite 89. & Aetium lib. 2. cap. 101.

Caro sal
sa. Sextum, caro salsa Caro enim sale condita, atq; sole demde aut uento, siue fumo exarsa, cuiuscunq; ea generis, uel anima is fuerit, substantia cum duriore, tum a decoquendum etiam difficiliore constat, & tardius perneat. Alimentum quoq; corpori præbet exiguum & mali succi, idēq; sanguis inde generatus cr. ssus existit, atq; melancholicus, ac proinde, si frequens eius usus fuerit, non solum infirmis, uerum etiam sanis officit, quem admodum id ipsum ex Galeni lib. 3. ca. 6. de loc. affec. & comment. 18. lib. 2. apho. & post eum ex Auicennæ 2. 1. doc. 2. in fine capitis 15. aperte colligitur.

Caro cer
uina. Septimum, caro ceruina, cui & ipsi sanè cum omnibus d. ris et siccioribus carnibus hoc commune est, ut succum uitiosum, concoctu difficilem, ac melancholicū generet. Ad quod Galenus

In lib. de renū affec. digno. & medicat. ca. 26. clarissimè ostendit, Ceruinam, inquit, carnem uita bis, quippè quæ dura sit, concoctu difficilis, & melancholica. De ea hoc amplius Simeon Sethi scribit: Vnicè cauendum, ne quis carne uescatur ceruorum, qui per æstatem capiuntur, quòd condè mürum tempore uiperæ sæpè & serpentes dèno rent, atq; ideo sibiundi admodum fiunt: At tunc, cum natura instinctu edocti nouerint, sibi futurum exitio, si ante illorum concoctionem aquam hauserint, fortiter sitim tolerant, eaq; incenduntur. Ceruorum igitur carnes eo anni tempore uenose ac ualdè noxiæ sunt: & idcirco obseruandum, ne quis eis per æstatem uescatur. At uerò hyeme tutius sumuntur, meliusq; ab innato calore superantur. Nisi enim probè concoquantur, crassum humorem generant, iccurq; & splenem obsepium obstruuntq;. Quinetiam corpus tremulum atq; infirmum euadere ex frequenti & immoderato eius usu traditur.

Ostauum, caro leporina. Hanc Paulus, Caro leporina, & Rhazes inter cibaria atram bilem gèporina. gnentia connumerant. Simeon Sethi, quasi colligens, quæcunq; à ueteribus dicta erant, in hunc modum de ea scribit: Leporum carnes, his qui exiccare corpus uolunt, sunt ualdè utiles. Qui uerò temperatura sunt sicciore, minus conferunt: sanguinem enim crassarum partium & melan-

DE CONSERVANDA

cholicum gignunt, aluum cohibent, & urinam prouocant. Quod si tamen probe concoctæ fuerint, non omnino malè nutriunt. Contrà uerò, obstructionem hepatis ac splenis efficiunt, pulmoniq; nocent, & immodicè torquent uigilijs. Isacus in dietis uniuersalibus, leporinam pro pharmaco potius quam alimento habendam censet. At ne hoc quidem ignorandum, quod tum hæc caro, tum ceruina quoq;, si fuerint animalium etate declinantium, simpliciter sine euitandæ. Si quis tamen comedere omnino expetat, ei sanè partui propinquiore sunt eligendæ, quo nimirum naturalis earum siccitas ab etate temperetur. Eadè ratione & pinguiore longè cæteris antecellunt. Siccitas namq; pinguedine correctæ ad mediocritatem in eiusmodi animalibus inflectitur. Verum de hac ipsa Ioanne Manardo libro 13. epistola 4. diligentiùs uero disseruit.

Nonum, caro bouina: circa quam notandū
 Caro bo in primis, et foeminam ipsam, quæ uacca dicitur,
 kina. & utrunq; marem, tam eum, qui castratus est,
 quam eum etiam, qui integer ad speciei propagationem reseruatus, taurus nominatur, communi hæc bouum appellatione significari. Atq; his sanè non parum inter se etatis ratione differunt. Extremæ namq; etates, ut in alijs non paucis, ita in his quoq; uitiosæ sunt, Mediæ uerò optimæ & saluberrimæ. Vitulorum igitur recens editorum
 caro

caro nimis mucosa & excrementitia est. Bimestres aut quiq; paulò ultra citraue eã etatē consistūt temperamento uiciniores sunt, et carnes habent ad cōcoquendū perfectis bobus præstantiores, et multū alimenti corporibus exhibent, boniq; succi habentur. Proiectiores uerò, qui tamē florentem etatē nondū attigerunt, temperamento sunt quã senes minus sicco, magisq; ijs iuuenib. cōueniūt, qui bono sunt corporis habitu. His perfectæ etatis boues ualētius quidē alunt, sed agrius tum concoquuntur, tum in membra distrahuntur. Porro ad seruū uergentium, atq; ipsorū etiam senum carnes duræ, siccæ, neruossæ cōcoctioneq; rebelles sunt, & melancholicum humorē efficiunt, solisq; uentriculos habentibus calidiores, atq; illis insuper, qui uehemēter sese atq; immoderatus exercere, cōcedi possunt. Quod li. 4. de uic. rat. in morb. acu. apho. 99. Hippocrates etiam ita scribens attestatur. Bubulæ carnes melancholica proritant $\omega\alpha\theta\eta\mu\alpha\tau\alpha$. Nempè horum naturæ insuperabilis est, nec quiuis uentriculum eas concoquere potest. Galenus quoq; li 3. ca. 1 de alim. facul. idem ijs serè confirmat uerbis. Carnes bubulæ alimentum quidem & ipse corpori suggerunt non mediocre, neq; dissipatu facile: sanguinem tamen generāt, quam conueniat, crassior em. Quod si quis temperamento naturali melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancholic

DE CONSERVANDA

prehendetur, si largius his uescatur. Affectus autem melancholici sunt, Cancer, elephas, scabies, lepra, febris quartana, & quæ peculiari nomine Melancholia nominatur. Lien item quibusdam à tali succo intumescit: quam rem $\rho\alpha\chi\epsilon\ \xi\gamma\alpha$, id est, prauus habitus, & hydropes sæpenumero consequuntur. Ceterum quæ ratione incòmodis, quæ frequentiorè carù usum excipere solèt, prouidendū sit, luculemer et perspicuè Simeon Sethi in hunc modū scribens edocuit. Si quis eas edere uelit, summaq; cupiditate appetat, uel cogatur esse, is medeat: ut nocumēto, quod inde futurū speratur, aceto et alijs cū ruta intingens. Ad eū quoq; autor est, earundē iure siue brodio, $\zeta\omega\mu\omega$ Græcis appellato, fluxus uētris ex flaua bile cohiberi.

Vaccinæ, cum præter succi prauitatem etiam sexus ratione frigidiores sint, meritò à sanitatis tutela eximuntur. Non tamen ab eis, quemadmodum nec ab alijs, quæ hætenus dicta sunt, ex toto abstinendum est: sed omnibus interdum, optimis uerò, quantum fieri potest, sæpius utendum.

caro caprina.

Decimum, caro caprina: de qua idem firmè quod de bouina dicendum. Hædi enim perinde ac uituli, carnes ad conficiendum perfectis capris meliores, & tuendæ ualeitudini accommodatiores habent. Moderatè nutriunt, sanguinèq; tenuem & humidum gignunt: Præstantiores & probioris succi sunt lactentes adhuc, & maxime si neq;

si neq; tenelli admodum, neq; natu grandiores si-
 rint. Simeon Sethi rufos & glaucos, Rhazes ue-
 rò rubros in nigrum inclinantes, ac pingues pre-
 fert Baldacho femelle quam masculi carnem
 temperatorem, & a siccitate remolliorem esse,
 placet. Mirificè calidis & sicca temperaturis,
 atq; in super delicati & ociose uita deditis, con-
 ferunt. Hirca carnem quidem habent minimum
 humidam, pituitosam, ac leniam, ob scæorem ta-
 men ingrati, & stomacho inimicam, egrè con-
 coquitur, & ad uccum bonum generandum ps-
 rum idonea est. Hanc sequitur arictum, post tau-
 rorum. Porro in his omnibus carnes castrato-
 rum sunt præstantiores: senum autem pessime.
 Caprina in tota ualeitudinis cura obseruatione
 uitanda est. Nam Hippocrate lib. 4. de uic. ra-
 tione in morb. acut. teste, habet mala, quæ in bu-
 bulis sunt, omnia, & cruditate, estq; flatuosior,
 & ructus magis generat, acris est, malumq; suc-
 cum efficit. Ineunte tamen estate, & circa e-
 ius medium capræ melius agunt, longeq; seipsis
 in cibo præstantiores eisdum. Tunc enim
 arborum & fruticum surculi & germina,
 quæ ijs maxime idoneam præbent alimon-
 iam, frequentissima sunt. Ac proinde habi-
 tiores etiam, ac pinguiore, nobis que alendis
 accommodatiores sunt. Quòd autem ali-
 monia ad carnis bonitatem plurimum possit,

DE CONSERVANDA

argumento sunt euentissimo uulpes, que autu-
 mno probatissimam ob uuas habent carnem. Sic
 passer & ficcedna per idem tempus maxime lau-
 dabilem carnem obtinere. De caprina plura Gal-
 lenus lib. 3. ca. 1. de aliment. facul. & de attenu-
 ante diet. ca. 6. & comment. 101. & 102. in lib.
 4. Hippocratis de uict. rat. in morb. acu. & Pau-
 lus lib. 1. ca. 84. & Aëtius lib. 2. cap. 119. Atq; ha-
 stenus quidem de cibis & carnibus uitandis. Exi-
 git nunc ordo, ut de electione alimenti, quod par-
 tim à iam dictis, partim uerò ab alijs quibusdam
 animalibus sumitur, non nihil etiam dicatur. Si-
 quidem de eo haud parua inter ipsos artis medi-
 ce scriptores controversia est. Galenus enim ut
 & alij nonnulli, porcine palmam detulit: Rha-
 zes uerò, Auicenna & Auerrhoes hœdinam præ-
 tulerunt. Sunt etiam quibus uitulina præstantior
 uideatur. Porrò electio hæc & præstantia mul-
 tipliciter attendi potest. Et primò quidem ratio-
 ne tam similitudinis, quam cū humanis obtinere
 carnibus, tum maioris quoq; & discussu diffici-
 lioris alimenti. Quo sanè modo porcina cæteris
 omnibus longè antecedit. Maxima enim illi cum
 humano corpore similitudo est, quemadmodum
 Galenus lib. 3. de alim. facul. cap. 1. disertè ijs uer-
 bis ostendit: Si uille carnis similitudinem cum hu-
 mana ex eo poteris intelligere, quòd quidam car-
 nes humanas pro suillis sine ulla in gustu uel olfa-

*A*u suspitione comederunt : id enim ab improbis
 hospitibus, & alijs quibusdam factum fuisse, iam
 compertum est. Idem libr. 10. de simp. med. fac.
 cap. 2. Sanguis, inquit, suillus humano maximè
 temperie similis est. Siquidem & carnes juum
 humanis sunt similes. Comperiti enim sunt hospi-
 tes & coqui complures, qui humanas carnes pro
 suillis uenderent: tametsi qui eas edisserent, nullum
 omnino discrimen percipere potuerint. Quin &
 ipse narrans auditui uiros fide dignos, sese in di-
 uersorio publico ius esitasse delicatum cum car-
 nubus suauissimis: cæterum cum iâ penè saturi es-
 sent, inuenisse digiti partem anteriorem, quæ ui-
 delicet ad unguem est, quo percussi ac metuentes
 eos, qui segebant in diuersorio, ne scilicet se quoq;
 uorarent, ceu ei rei assueti, protinus quidem il-
 linc exiere, ac uomitu redditis quæ ederant, ita
 iter denuò ingressi sunt. Sed & in ipso facinore
 homines maftantes deprehensos, non ita multo
 post referebant. Itaq; iure quispiam existimet su-
 illam carnem humanæ esse simillimam. Quòd de-
 inde suillam carnem ualidissimè nutrire diximus,
 hoc Galenus lib. 3. cap. 1. de alimen. facul. in eum
 modum scribens confirmat. Omnium ciborum, su-
 um caro potentissimè nutrit. Cuius rei athletæ
 certissimum tibi præbent iudicium. Si enim pari-
 bus exercitationibus paræm molem alterius cibi
 pridic totū diem comederint, postero die statim

DE CONSERVANDA

sentiens sese redditos imbecilliores. Quòd si plus
 ribus deinceps diebus id fecerint, non imbecillio-
 res modò, uerum etiam alimenti penuria macilen-
 tiores palam conspiciuntur. id in libro 7. me-
 tho. meden. ca. 6. ipsi etiam et statuerunt uerbis: Omni-
 um, quos nouimus ciborū, maximè nutriens suilla
 caro est. Quin & ipse Hippocrates libro sexto
 epidem part. 3. aphor. 4. quum iam corpus ex
 multis exercitijs conciderit, suillas carnes assa-
 tas exhibere præcipit. Porro alimentum, quod
 inde sumitur, firmum esse, neq; dissipatum facile, sa-
 tis confirmat Galenus in libro de attenuante die-
 ta, cap. 6. ubi sic scriptum reliquit: Suum dome-
 sticorum caro, omnium aliorum ciborum firmis-
 simè nutrit. Multum enim in seipsa habet lenio-
 rem, tum propter uitam desidiosam, tum pro-
 pter cibi humidioris affuentiam. Et similiter in
 lib. de renum affect. dignot. & medic. cap. 26.
 E pedestribus optimi succi est caro suilla, & ho-
 minibus maximopere familiaris, maximeq; sum-
 nutribilis, tum corroborans: ob id qui diu-
 tius ea uisitant, iccoris & renum obstructione corripi-
 untur, quibus hæc à natura restrictos meatus ha-
 bent, eorūq; longiori ab ea interuallo abstinendum.
 Quia uerò glutinosum, ut dictum est, & cras-
 sum succum generat, ideò Hippocrates assitam
 exhibere iussit: quò nimirum uiscositate ac cras-
 sitie ab ignis caliditate nonnihil consumpta, mi-

nes humida ac glutinosa edatur. Idem lib. 4. de
 uict. rat. in morb. acut. aphor. 103. eiusmodi
 carnem absq; pelle, hoc est, cute mandendam esse
 docuit. Cuius enim animalis, utpote frigidior,
 carni similiter concoqui natura non est. Quae au-
 tem ob assationem ambusta est, tum ad succi bo-
 nutatem, tum ad concoctionem inhabilis existit,
 choleraeq; parit propter eam, quae huic accidit
 acrimoniam. Ibidem pinguisimam quoq; suam
 carnem, ea, quam medice bene carnosam habens,
 deteriores existimat, suspicionem humiditatis
 habens: ob quam pinguedo omnis carne sui gene-
 ris deterior, tum ad concoctionem, tum nutri-
 tionem existit. De suilla hoc amplius Galenus in
 libro de cibis boni & mali succi cap. 4. Suilla
 caro, si exacte in uentriculo concoquatur, tum
 in sanguinem àiecinore conuertatur, probatissi-
 mos humores gignit. Quod intelligendum uo-
 tique, non de carne suam uetustissimorum: ea o-
 nim ob ficitatem & duritiem egrè concoqui-
 tur, ac succum uitiosum generat: neque porcu-
 lorum lactenium: nempe hi terrestrium ferè
 omnium, quae uorant homines, animalium, ma-
 ximè humidam & excrementitiam obtinere car-
 nem. Atque eam ob rem plurima inde genera-
 tur pituita. Sed etate mediocriam, anniculo-
 rum uidelicet, uel bimorum. Idem Galenus e-
 tiam libro paulò ante citato, capite duodecimo
 attestatur.

DE CONSERVANDA

attestatur. Ex animantibus, in quibus, quorum natura ad bonos humores gignendos aptissima est, & sues mediocri etatis habentur: qui enim ad summum creverint, hominibus uigenti etatis, sequi exercentibus: qui uero adhuc incrementum, iis quorum etas inclinat, idonei sunt. Caro ex porcellis paruulis excrementis scatet. Quare ex pedestribus animantibus suilla caro probatissimus cibus est. Et hoc quidem tametsi in utroque genere, tam domesticorum, quam agrestium uere dicatur, agrestes tamen à Galeno longè ceteris anteferruntur. Atque hinc ad eum in libro de attenu. diata ca. 6. sic inquit: Apri suis domesticis in cibo sunt anteponendi. Et lib. 8. metho. meden. ca. 2. Ex ipsis suillis carnis optima est montana. Cuius causam Galenus lib. 3. de alim. facul. ca. 13. hanc esse tradit. Domestici, inquit, sues temperie humidiores sunt, quam agrestes, tum ob aeris, in quo degunt, humiditatem, tum uero etiam ob uitae ignauiam. Qui uero in montibus degunt, multum exercentur, ac fatigantur: praeterea in aere sicciore uiuunt: quapropter eorum caro est durior, nulliusque prorsus pinguedinis, aut paucissime particeps: & alim. num, quod inde prouenit, minus habet excrementi: contra excrementitum est, quod à domesticis sumitur. Necessè igitur est, alimentum eiusmodi nutrire ualenti, quam alterum, succumque gignere multò melio-

suilla
 is cibus

rem. Addit præterea Auicenna lib. 2. Cano. ca. 146. eosdem hyeme meliorem sanguinis habitum coniequi, longeq; seipsis in cibo euadere præstantiores. Ex omnibus hætenus adductis, satis tam liquet, hominibus ætate florentibus, fortibus, sanis, & quamlibet ac uehementem actionem obcumbentibus, utpote fossoribus, agricolis, messoribus, cæterisque id genus operarijs, modò ab oppilationibus puri atq; uacui simi, ac deniq; ijs etiam, qui impinguari cupiunt, suillam potissimum adhibendam. Ad eiusmodi enim corporum conseruationem alimento plurimo, firmo, atq; egrè dissipabili opus est. Rectè itaq; Rhazes lib. 3. ad Alman. cap. 9. Crassa, inquit, caro multum sese exercens conuenit: ijs uero, qui uitam in maiori ocio ac quiete degunt, subtilis & extenuans. Quod Auicenna quoq; 3.1. doc. 2. ca. 7. ita fermè scribens confirmat: Vehementer sese exercentes, multoq; labore fatigati, firma magis & crassa alimenta requirunt.

Secunda uerò carniùm electio à temperamento, concoctione, & succi inde geniti probitate sumitur: atq; ea quidem ratione hœdinæ longè cæteris præferuntur. Nam ut Rhazes loco paulò antè citato autor est, temperatura sunt mediocri, nullius prauitatis participes, facillè concoquuntur, tum sanguinem quoq; inter subilem & crassum, calidum ac frigidum temperatum efficiunt.

DE CONSERVANDA

ficiunt. Illis tamen, qui multum exercentur, in cibo minus idoneæ sunt: siquidem alimentum, quod cori ori summittunt, forti exercitio, siue labore celeriter discutitur, tuuembus temperatis mediocri exercitio utentibus, quemadmodum ex illis quoq; de quibus supra dictum est, magis conueniunt. Porrò quemadmodum hac ratione inter animalia domestica caro hœdina præstantior est, sic inter agrestia quoq; capreoli facile primas obtinent, post hœdinam autem secundum locum arietina sibi uendicat, si quid Rhaze atq; Auerrhoi credimus. Quorum ille quidem lib. 3. ad Alman. ca. 9. ita scriptū reliquit: Caro arietina quæ hœdina crassior est, uiresq; magis auget, sed & iures efficit superfluitates, in bonitate tamen hœdinam sequitur carnē. Hic uerò lib. 5. suorū collectan. ca. 32. de eadem hæc ferè prodidit. Post carnē inquit, hœdinā est arietina, atq; ita omnes prope medici sentiunt, præter Galenum, qui arietum carnes abominatur: persuasum enim habet, uitulina nam arietina longè melioris esse nutrimenti. Sed Galenus forsitan hanc præstantiam ex eo attendit, quòd uitulina plurimum nutriat, & nutrimentum eius ægrius dissipetur, Arietina uerò insigni humiditate prædita sit. Nā humidius alimentum, ut distribuitur, ita etiam discutitur celerius. Locus Galeni, quem Auerrhoes citat, est (ni fallor) in libro de cibis boni & mali succi capite 12.

uerba Galeni sic habent: Ex pedestribus animalibus caro suilla probatissimus cibus est, deinde hœdina, mox uulina. Agnina uerò humida, tum leniorem, mucor. m̄q; in se habere censetur. Quod idem in libro de attenuante dieta capite 7. uelut repetens inquit: Ex terrestribus animalibus, hirci & arietes, & genus omne ouium, ac caprarum, non undequaq; laudabilis sunt alimenti. Solis autem hœdis innoxie utare. Agnorum eius propter insignem humiditatem est fugiendus. Ex quibus utique locis fit hoc etiam perspicuum, apud Rhaz n atq; Auerrhoen, agnos maculos, qui aliquamulum increuerint, per arietes esse intelligendos. Id quod ipsemet Auerrhoes his uerbis confirmare uidetur. Magna pars Medicorum laudat carnes arietum uenenum &c.

Tertia demum carniū electio siue præstantia in eo sita est, ut neque in uauē, neque mali odoris, neque glutinosum quicquam gustu representem. Tales autem imprimis uulinae sunt, quemadmodum Auerrhoes loco citato ijs ferè uerbis ostendit. Carnes, inquit, uulinae bonae sunt: minus enim quam boum etate declinantium carnes habent tum uiscositatis, tum frigiditatis ac siccitatis, tum odore quoque ceteris carniū suuiores, & iucundiores sunt. Quae certè consideratione ijs etiam hœdinis

DE CONSERVANDA

*dinis præferuntur. Siquidem in coctura hædinarum mucago, hoc est, lentor, siue uiscositas quædam apprehenditur, quæ in uitulinis non apparet. Hædinæ tamen uitulinis succi probitate præstant. Ex omnibus, quæ hætenus adducta sunt, liquidò iam constat, non esse tantam inter Medicos de carnum electione controuersiam, quanta prima facie apparet. Hoc quoq; scire in uicibus oportet, quod siccorum animalium carnes in prima ætate, quæ humidior est, præstantiores sint, & minori momento conficiantur. Cum uerò adoleuerint, ob siccitatem ægrè concoquantur. Contrà humidioribus animalibus carnes progressu temporis consumptis humiditate superflua, aptiores, & ad concoquendum, & ad nutriendum fiant. Quod Galenus etiam lib. 3. de aliment. fac. cap. 1. in hunc scribens modum inuere uoluit. *His, inquit, animalibus, quæ natura temperamento sunt sicciore, adolescens ætas ad mediocritatem ipsam confert: humidiorum uerò natura, quod sibi ad probam ac conuenientem temperiem deest, id ab ætate florenti adsumit. Non modò itaq; uituli carnes habent ad conficiendū perfectis bobus præstantiores, sed etiam hædi capris: uelut contrà uerueces anniculi agnis lactentibus, et porci anniculi uel bimi porculis paruis. Hinc nõ temere ab Auicenna 3. 1. doc. 2. ca. 7. dictū est. Oportet ut cibus, nimirum sanitati conueniens**

ueniens, sit, qualis caro est, præcipue hædorum, vitulorum lactentium, & agnorum anniculorū.

Ex quibus omnibus sequitur tandem, carnes hircorum, caprarum, arietum, ouium, bouum, atq; uerrium antiquorum non undequaq; laudabilis esse alimenti. Carnes uerò uitulorum iuuenū, agnorum anniculorum, & maialium anniculorum uel bimorum, ualetudini tuenda esse accommodatissimas. Hoc quoq; ignorandum non est, quòd carnes naturali temperamento sicciore sine elixanda: quò nimirum ab aquæ humiditate contemperentur: Elixatio enim siccitatem temperat: Humidiores uerò assanda, nempè ut earum humiditate ab ignis calore attenuata nōnihil atq; imminuta, mediocritatem consequantur. Assatio enim ex Galeni sententia, humiditatem moderatur. Quo fit, ut carnes leporum, cuniculorum, ceruorum, bouum, & capreolorum elixæ: porcellorum uerò ac ueruecum assæ sine præferenda. Eadem etiam ratione in ætatibus, temperaturis, atq; anni constitutionibus humidis, sicciore & assæ carnes magis conueniunt: In sicciore uerò humida atq; elixæ.

DE CIBIS BENE NVTRI-
entibus. Cap. VIII.

OVa recentia, uina rubentia, pingua iura,

DE CONSERVANDA

Cum similia pura, naturæ sunt ualidura.

Ein roter wein vnd eier frisch/
 Scünden sehr wol auff deinem tisch/
 Feiste suppen vnd semmeln klar/
 Seindt sehr gesundt sag ich für wahr.

Tria alimentorum genera exigua mole plurimum nutrimenta his uersibus comprehenduntur.

∴ Primum, oua recentia: de quibus Galenus
 Oua. lib. 3. de aliment. facult. ca. 21. in eum scribit modum: Oua recentia ueteribus plurimum præstât: quippe optima sunt recentissima: uetustissima autem pessima. Quæ uerò in horum medio sunt, proportione recessus ab extremis, bonitate aut prauitate inter se differunt. Idem libro 1. aphorismo. comment. 4. oua inter alimenta plena uictus numerauit. Quam sententiam Auicenna quoq; cum alijs plerisq; locis, tum maxime 4. capite 1. ijs ferè uerbis confirmat: Quandoq; est nutriendus parue quantitatis plurimo reficiens alimento: eius generis sunt potissimum oua & testes gallinæ, quorum ferè nutrimentum

Ouorum cum ipsorum pensatur pondere. Porro ouo-differen- rum multe inter se sunt differentiæ: Et prima
 sic. quidem

quidem penes propriam substantiam. Gallinarum enim, perdicum, & phasianorum iuuenum ac pinguium omnibus præstant, & ad uictus salubris rationem accommodatissima sunt: anatium uerò, anserum, psuonum, struthiocamelorum, & similitum deteriora habentur. In figura quoque ouorum aliquod bonitatis discrimen est: paruula enim, oblonga & candida reliquis succi probitate excellere creduntur, id quod uulgatis etiam hæc uersiculis comprobatur:

Regula presbyteri iubet hoc pro lege teneri,

Quòd bona sint oua, candida, longa, no-

ua.

Quin ab Horatio quoque hoc obseruatum esse, etiam Plinius meminit, qui libro 10. natural. histori. capite 52. ita scriptum reliquit: Que oblonga sunt oua, gratioris saporis putat Horatius Flaccus. Locus est libro. 2. Sermonum, Satyra 4.

Longa quibus facies ouis erit, illa memento

Vt succi melioris, & ut magis alba rotundis

Ponere.

Candida præstantiora dixit, atque eius rei uel inde certissimum indicium colligas, quòd anatium, & anserum oua plus aqueæ naturæ possideant, pallidioraque, & ob id cibo

DE CONSERVANDA

minus idonea sine. Quamquam uerò oua per se quidem salubria sunt, cocturae tamen ratione non parum immutantur, adeò ut interdum insalubria fieri possint: Nam quaedam diutius coquuntur: alia ad mediocrem usq; consistentiam: alia in aqua eousq; durata, dum incaluerint, lixantur. Secundum quas differencias, alia quidem ἐφθᾶ, id est, cocta uocantur: alia τροχυντᾶ. i. tremula: alia uerò ῥοφῆτᾶ. i. Sorbilia. Tremula itaq; hoc est, quae cātenus per coctionem inspissantur, ut in manu tenentis in testa siue putamine suo tremere uideantur, omnium sunt præstantissima, plurimum alimenti & optimi succi corporibus exhibent, facillimeq; tum concoquuntur, tum distribuuntur, & sanguinem cordi quammaximè congruentem generant. Quare his cum primis, qui ex morbo debiles adhuc sese colligunt, senibus, & imbecilibus conueniunt, præcipuè uerò eorum uitelli. Quod Auicenna quoq; in libro de uiribus cordis Trac. 2. capite 3. ubi ex professo de ouis agit, sic firmè scribens confirmat: Oua tametsi cordis medicina non sint, ad refectionem tamen eius adsciscuntur. Nam ipsum ualde corroborant, & potissimum eorum uitelli, dum modo sumantur ex ouis bonæ carnis auium, uel gallinarum, perdicum, ac phasianorum. Eiusmodi enim temperatura constant mediocri, citò in sanguinem conuertuntur, & post transmutationem

tionem parum superfluitatis relinquunt: sanguis autem inde genitus est subtilis ac clarus, cor maximè corroborans: quo fit, ut ouorum vitelli in dissolutione substantiæ spiritus, & imminutione ipsius sanguinis vitalis, cæteris alimentis iure præferamur. Sorbilia autem oua tremulis minus quidem nutriunt, sed facilius subducuntur, & facium asperitates ex uociferatione, aut ex humorum acrimonia læuigant: humorum quoque lentorem in pectore pulmoneque incidunt. Oua uerò immoderatiore coctura penitus densata, quæ Græcis ἐφθὰ uocari diximus, & adcoquendum sunt difficilia, & tardi transitus, crassiusque alimentum corpori tribuunt. Porro ipsæ ex uario præparationis modo maior adiungitur, aut bonitatis, aut prauitatis occasio: nam hæc quidem assantur, alia elixantur, nonnulla friguntur, quædam denique in iure coquantur. Assa igitur elixis crassioris sunt succi, ac difficilioris cōcoctionis: eorum enim genuina humiditas à foci caliditate depascitur: atque hinc sanè cōsque assata, donec adurantur ac tetrum odorem reddant, uenensam qualitatem induunt, quemadmodum Marsilius Ficinus in libro de uita cœlitus comparanda capite 22. diligenter admonuit. Solent autem bifariam assari: aut enim cum putamine feruentibus cineribus integra obruantur, aut in testis suis franguntur. Quorum hæc quidem deteriora

DE CONSERVANDA

sunt. Illa uerò rursus duobus modis parantur: aut enim tota cinere cooperiuntur, aut ex parte nuda ad prunas collocantur. Quæ cinere tota obruntur, peiora euadunt, quia densata undiq; à circumfuso igne extrema parte, fumorum exhalatio intercipitur. Nuda uerò prunis imposita fumos exhalant depurantq;. Elixæ asis præstantiora sunt: nam aquæ humiditas, ne foci caliditate exiccemur, obsistit. Parantur & hæc quoq; dupliciter: Vel enim integra caldarijs supernè infusa elixantur, uel ex testis fractis in aquâ feruè feruidam coniecta coquuntur. Quorum illa quidem, ubi penitus incrassata fuerint, deteriora habentur: testæ enim quo minus crassities eorum at tenuetur, ac fumi dissipentur, obstant & impediunt: sed si ab igne, cum liquidum adhuc coactum densatumq; non sit, auferantur, meliora fiunt. Hæc uerò calor penetrat, crassitiemq; attenuat, & odoris insuauitatem auertit, unde cæteris omnibus laudabiliora censentur. Longè uerò se ipsis meliora adhuc redderentur, si ad mediocrè consistentiã coctis, confestimq; à foco summotis acetum nonnihil cum butyro & croci momento commistum inspergeretur. Quæ uerò ἐπι τῶν τρυγῶν, id est, in sartagine spissantur, atq; ob id ipsum τρυγῶν i. fruxa nuncupantur, pessimū habent omnibus modis alimentū, tardèq; transeunt. Nā interim dū in uentriculo cōcoquuntur, in ni-

dorem ac fumū abeunt, secumq; admistos cibos corrūpunt, & succus inde prognatus, non solum crassus, uerumetiam prauus atq; excrementitius est. Quis propter inter deterrimas earum rerum habentur, quæ concoqui nequeunt. His uerò nocentiora adhuc fiunt, quæ in uetere & ferrea sartagine friguntur. In iure demq; cocta, Isaaco in diætiis uniuersalibus teste, locum inter assa ac ea, quæ in aquam feruidam coniecta coquuntur, medium obtinent. Porrò quæ τὸν κίτωνα, id est, suffocata appellamur, elixis & assis sunt meliora. Ea Galenus ad hunc modum parare docet: Vbi ipsa oleo ac garo & pauco uini conspersa fuerint, uas quo continentur, cacabo aquam calidam habenti inditur: deinde ubi ipsum totum superne obturatum fuerit, ignis substruitur, quo ad oua mediocrem habeant consistentiam. Quæ enim supra modum fiunt crassa, elixis & assis sunt similia. Quæ uerò ad mediocrem crassitatem peruenerunt, & melius quàm dura concoquuntur, & alimentum corpori dant præstantius. In ipsis quoq; ouorum partibus discrimen est. Vitellus namq; sicuti à Rhaze li. 3. ad Almanso. ca. 14. scribitur, in caliditate temperatus existens optimè nutrit. Albumen uerò frigidū & glutinosum est, ægrè cōcoquitur, et sanguinē prauū generat, eaq; ratione adducti nonnulli, albumen debilioribus exhibendū negāt. Vitellus quoq; proprietate

DE CONSERVANDA

quadam substantiæ facile inflammatur, & in fu-
 mos abit, quo fit, ut in febribus & aegritudinibus
 calidioribus non, nisi probè alteratus, exhiberi
 debeat: Alteratur autem ex Ioannis Michaëlis
 Sauonarolæ sementia, ad horas plus minus sex
 in aqua frigida infusus. Simeon Sethi hoc quoq;
 addit: Oua proprietate quadam peculiari ὀ-
 φιλίας, id est, ingenij felicitatem & bonam habi-
 tudinem tribuere ijs, qui μετὰ νάμαζος θυγατέ-
 ρων ταύτης & βουτύρου, hoc est, cum textura fi-
 liarum tauri, id est, melle & butyro assidue esi-
 tauerunt. Sed Galenus lib. 5. de sanita. tuen. cap.
 8. de cibis, ex quibus obstructio incidit, memio-
 nem faciens, senes hortatur, ut à multo ouorum
 esu abstineant, quòd nimirum crassum lenumq;
 succum creent. Qui utiq; locus non simpliciter
 de omnibus ouis intelligendus uenit, sed de ijs, quæ
 uel elixa, uel tosta penitus densata sunt, item de
 frizis & ueteribus. Leonhartus Fuchsius hunc
 Galeni locum in Græcis exemplaribus corruptū
 patitur, & pro ὀφίῃ legendum esse ὄωρον, id est, sor-
 borum. ὄωρον enim ἰσθῆρα Græcis, Galeno lib. 8. de
 simplic. medicam. facul. cap. 13. teste, sorba sunt,
 quæ certè, ut idem tradit, adstringentem, atq; a-
 deo obstructiuentem facultatem obtinent. Leonius
 apud Constantinum Cesarem lib. 14. de agricul-
 tura ca. 17. etiam modum tradit, quo oua diu à
 corruptela seruari possunt. Oua ipsa, inquit,

serua-

seruabis, byeme quidem in paleis, æstate in furfuribus. Alij aqua abluta oua, sale tenui intingunt, & sic conseruant. Quidam ad tres aut quatuor boras in muriam tepidam mergunt, deinde extra et in furfures aut paleas deponunt. Attamen ei, quod in muriam aut salem impositum est, pars aliqua decedet. Cæterum plenum ouum, aut non plenum, cognosces ex immisso in aquam: defestuosum enim innabit, plenum deorsum demergetur. Eadem etiam à Columella de re rustica lib. 8. ca. 6. & à Plinio lib. 10. ca. 54. & 60. prodita sunt. De ouis plura Galenus libr. 3. de aliment. facul. cap. 21. & in lib. de cibis boni & mali succi ca. 7. Paulus lib. 1. ca. 83. & Aëtius lib. 2. cap. 132.

Secundum, uina rubentia: ubi ante omnia sciendum, uinum quidem ex eorum esse numero, quæ nostrum corpus alunt. Nam si modò quicquid alit, alimentum est, uinum etiam in genere alimentorum est ponendum. Verum permagna eius secundum colorem differentia est. Nam hæc quidem alba sunt, alia rubra & elara, nonnulla rufa, siue, ut uulgo dicuntur, citrina: quedam uero nigra: alia rursus medium inter hæc obtinent. Ex quibus omnibus alba cæteris tum imbecilliora ac minus calida habentur, tum minoris etiam alimenti: non ergo ab re capiti neruisq; innoxia sunt, urinam cicut, & meatus aperiunt. Quod

Vini dif-
frentia.

DE CONSERVANDA

debiliora sine, manifestissimum omnibus fit ex ijs, quæ Galenus com. 1. in tertium librum Hippocratis de uictus ratione in morbis acutis scribit, inquit: Vinum potens uehementer celeriterq; corpus calfacit, caputq; ferit. Imbecillum contrario agit modo. Cum igitur minus & calfaciat, & caput tenet, necessario etiam imbecillius erit. Quod deinde minus calfacians, idem com. 6 in citatum Hippo. lib. clarissimè ostendit. Nempe, inquit, ex uinis albis nullum ualenter calfacere potest. Quod enim summè calidū est, id coninud et flauū existit, ueluti & quod ab ipso est fuluū. Mox ab his rubrum, & deinde dulce. Album autem minus quidem his omnibus calfacit. Quod uerum utiq; experientia comprobabit, si uina eiusdem inter se territorij comparemur. Nam inter uina rubra & rufa Gallica nōnulla albis quibusdam alibi uatis longè & potentia & caliditate inferiora reperiās. Quare eiusdem territorij uina inter se conferenda sunt. Quod uerò uina alba minus quàm reliqua alant, declarat ipsorum natura, præterea Galenus commen. 11. lib. 2. apho. id ipsum in eum scribens modum confirmat: Vina aquosa (sic autem nominant alba et tenuia) sicut aquæ similem formam habent, ita etiam uim quare urinam cient, & minimum nutriunt. Idem comment. 18. eiusdem libri. Vina, inquit, aquosa exiguum præbent corpori alimentum. Sunt autē

hæc colore quidem alba, tenuia uerò substantia.
 Item in libro de cibis boni & mali succi cap. 17.
 de iisdem ita scriptum reliquit: Vina quæ aquosa
 tenuiq; substantia sunt, urinam mouent, & pau-
 cissimi sunt nutrimenti. Quòd minus etiam caput
 feriant, Galenus lib. 5. de locis affectis ca. 5. ijs o-
 stendit uerbis: Vinum album atq; modicè astrin-
 gens, ut uentriculum robustum efficit, ita haud-
 quaquam tenet caput, id quod facere solem ea,
 quæ uehementes uires obtinent. Auicenna quoq;
 3. 1. doc. 2. cap. 8. in hunc propè modum scribens i-
 dem cõfirmat: Vinum album & tenue calorificis
 præstat, non enim capitis dolorem efficit, sed e-
 undem potius, ubi fortè ex stomachi ardore initi-
 um duxerit, humectando leuat. Cur autem cæte-
 ris caput minus feriant, eius rei causa alia non
 est, quam quòd minus fument euaporeniq;. Quòd
 deniq; meatus aperiant, urinaq; moueant, Hip-
 pocrates libr. 3. de uictus ratio. in morb. acut.
 aphor. 6. ijs uerbis disertè significauit: Ad ue-
 sicam alio uino magis penetrat, urinasq; pro-
 uocat, & perpetuò perrumpit, atque multa ad
 opem his morbis ferendam facit. Rationem eius
 rei tradit Galenus libro 7. methodi medendi
 di cap. 6. in eum scribens modum: Vina aquo-
 sa uires organorum adaugent, & expellendis
 excrementis uiam faciunt. Eoq; fit, ut etiam talia
 uina præter cætera urinas moueant, quando &
 ipsa

DE CONSERVANDA

ipsa totum corpus celeriter transcunt, & impetu cursus sui excrementa secum expellunt. Celeriter certè transcunt, tum quia tenuia & tepida sunt, tum quia astringunt. Tenuitate enim & tepiditate promptè mobilia fiunt, adstrictio autem ipsa magis impellit. Ex quibus iam illud quoque elicitur, nempe alba & tenuia uina tutò exhiberi corporib. intemperie uel naturali, uel quoquo modo aduenitiis biliosis: æquè uerò & studiosis, & quibuscunq; caput uel naturæ ipsius habitu, uel ab alia quapiam extrinsecus obrepente causa, imbecillius existit: pari modo & ijs, qui calidam & humidam cerebri temperaturam obtinent: quippe uina potentia ita adfectis aduersissima sunt. Cumulatim enim, quemadmodum loco iam citato Auicenna ostendit, caput humoribus uaporibusq; & caliditate replent, ualideq; cerebrum perturbant, & maturius ebrietatem inducunt. Quòd si tamen res cogat aliquando eis uti, copiosiore prius aqua diluenda sunt. Iam uerò & calidiorem uentriculi atq; hepatis temperaturam habentibus, numiq; æstu & ardore, fameq;, aut mœrore uexatis, atq; item in anni tempore, regione, tempestateq; calida, uina debiliora magis conferunt: ut in quibus calida uina eos, qui refrigerandi sunt, impensius calfaciant, capuisq; dolores, & febres faciliè inferant, neruosq; ledant.

Vina uerò rubra & clara, cuiusmodi Bello-uacensia cum primis habentur, cæteris calidiora sunt. Quod breuissimè Galenus commen. 6. in 3. Hippo. lib. de uict. rat. in morb. acut. ijs uerbis significauit: Vinum quod summè calidum est, id conuinuò & flauum existit. Eadem cæteris quoque ualentiùs alere, idem commen. 11. lib. 2. aph. ita scribens attestatur: *Quæ crassa sunt, & colore rubea, plus alimenti habent, quàm reliqua uina.* Inest autem eis, & citissimè implere corpora euacuata, & ob hoc indigètia adiectione. Quod ita sanè intelligendum uenit, ut uina rubea ea de causa firmitus alere dicantur, quòd ex ipsis plus in membrorum substantiam conuertatur. Hac ratione & nigra cæteris præferri possunt, quòd & ipsa nimirum non mediocre, neq; dissipatu facile alimentum corpori tribuant. Atq; hinc certè non temerè à Galeno commen. 18. lib. 2. aphor. ita scriptum est: *Crassa & fulua multò quidem magis corpus alunt, sed tantum uincuntur à nigris in nutriendo plurimum, quantum superant in præstando aceruatum & uelox alimentum.* Eodem planè modo & illa intelligenda, quæ ab Isaaco in dietis particularibus scribuntur: ubi uinum nigrum plenioris alimenti quàm rubrum esse contendit. Cæterum uina quidem hæc colore rubea, ut urinam leuius, quàm alba cient, ita maiorem capiti noxam adferunt. Animalis enim

facilitas

DE CONSERVANDA

facultas promptius quàm naturalis aut vitalis calido offenditur : Quia calidum caput promptè ferit, ac spiritum animale disijcit . Spiritus enim hic subtilis, ac ut ab omni eccellente calido discutatur, idoneus est : Quo fit, ut eiusmodi uina debile cerebrum habentibus exhibenda non sint, nisi diluta & exigua planè copia. Ab ijs uerò, quibus bona cerebri habitudine ac firma sanitate frui datum est, tutius ebibuntur . Firma nanque cerebri constitutio, ut eleustis ad sese uaporibus strenuè obsistit, ita ab ijsdem etiam nunus offenditur . Vbi hoc quoque ignorandum non est, ne per motus ingeniorum in eiusmodi hominibus, si uino hono ac potente moderatè utantur, longè seipsis & ad excogitandum acutiores, & ad explicandum ornandumq; uberiores, & ad memoriam denique firmiores atque diuturniores euadere . Spiritus enim tenues, clari, & puri ex bono uino potius, quàm quouis alio potu generantur . Hinc est quòd Theologi in contemplatione circa sacro' ancta Dominicæ passionis mysteria, optima cum primis uina deligunt, quæ ob id ipsum iam passim etiam Theologica nominantur. Hæc utiliter ijs quoque dantur, qui calfaciendi sunt, utpote pituitosis frigidisq; temperamentis, crudiq; humoris copia, refertis, tum ijs, qui frigidis in locis ociosius uiuunt . Damur quoque in hyeme, frigidaq; & humida tempestate,

*Vina
Theologica.*

te. His enim omnibus, ideò quòd frigiditatem corrigant, & obstructions tollant, accommodatissima sunt. Genuinum calorem refocillant, unde concoctio melior & sanguis probus euadit, cibum per omnia corporis membra, ut quæ facillè penetrent, deducunt. Quamobrem ex morbo emaciatos reficiunt, corporaq; ipsorum augent. Etenim cibi cupiditatem faciunt, pituitam extenuant, & in sanguinem commutant, bonum colorem conciliant, animo lætittam uoluptatemq; patrium, & robur adiiciunt. Harum itaq; commo-
tatum moderata uini potio, immoderata uerò contrariorum occasionem præbet.

Vina uerò rufa, siue citrina, minus quidem quàm rubea & clara, excellentius tamen quàm alba tum calfaciunt, tum nutriunt: quo fit, ut caput etiam quàm alba magis offendant: quemadmodum fufius comment. 1. & 6. in 3. Hippo. lib. de uic. rat. in mor. acu. Galenus monstrauit. Hæc etiam alba à quibusdam uocari solent: hinc est quòd quidam dicunt, Vina alba citò plurimum calfacere.

Vina uerò nigra minus quàm rufa calfaciunt, unde minus etiam caput feriunt: sed cum tardius per aluum quàm alba transeant, urinamq; leuius moueant, uehementius etiam quàm alba caput sentant. Et hæc ipsa plenius quidem quàm alba & rufa, minus uerò quàm rubea nutriunt,
ut

DE CONSERVANDA

ut copiosius locis paulò antè citatis Galenus ostendit.

*Iura è
carnibus* Tertium, pinguis iura: hoc est, sorbilia ex iusculis carniū, & præcipuè pullorum confecta, ζωμοὶ & ζωμίδια Græcis, Brodia uerò uulgo appellantur. Quæ sanè cū naturæ amica sint, citius tum concoquuntur, tum per uentrem subeunt: nam quæcunq; cum uoluptate assumuntur, ista uentriculus auidius amplectitur, faciliusq; concoquit: plurimum corporibus exhibent alimentum, et bonum sanguinem producunt, idq; excellentius adhuc si cum simulaceo pane præparentur. Simila. n. uel simulago. i. subtilissima ac purissima delicatissimi tritici farina, σεμίδαλις à Græcis dicta, copiosum et laudabile corporibus alimentum præstat, ut testis est Rhazes li. 3. ad Almans. cap. 3. Tria hæc alimentorum genera, quæ exigua mole plurimum nutrire ostendimus, Aui-cenna quoq; 2. 1. doc. 2. Sum. 3. cap. 15. breuiter ijs ferè uerbis complexus est: Cibus subtilis, boni succi, & plurimi alimenti, est, exempli gratia, ut ius carniū, uinum, & oua, eaq; tum sorbilia tum tremula. Talia enim exigua mole plurimum nutrium, quia maxima substantiæ ipsorum portio in alimentum transit. Vnde sequitur tandem & robur insigne conciliare ijs, qui ipsis sepius usi fuerint. Additio iocosa de uino Theologico ex Chiliad. 3. cent. 2. Proverb. 37. Eras. Rote-

ro. Hac tempestate, inquit, apud Parisios uulgari ioco uinum Theologicum uocant, quod sit ualidissimum, minimeq; dilutum. Nec infestiuiter quidam huiusce Prouerbij causam rogatus, respondit, à iuriconsultis occupari, quas uocant Præbendas, Decanatus, & Archidiaconatus, Theologis nihil reliquum fieri, præter curatas, quæ uocant, sacerdotia. Ceterum quoniam de pastoribus scriptum est, Peccata populi comedentis, nimirum ad cibi tam duri concoctionem opus esse uino efficacissimo. Atq; hinc esse natum uulgi dictum.

DE CIBIS BENE NVTRI-
entibus & impinguantibus.

Cap. IX.

NVtrit triticum & impinguat, lac,
caseus infans,
Testiculi, porcina caro, cerebella, me-
dullæ,
Dulcia uina, cibus gustu iucundior, oua
Sorbilia, & ficus maturæ, uuxq; recen-
tes.

Milch / marck / frischer Begg vnd niern /
Süßwein / weiz / Schweinenfleisch vnd
birn /

DE CŌSERVANDA

Lustspeiß/lautez eyer/feigen/
 Weinber wil ich nicht verschweigen/
 Machen feist vnd fütern seh: wol/
 Iss du jr vil, dein häut wirt vol.

.. Duodecim alimentorum genera plurimum
 nutriemta & impinguania hoc loco referuntur.

Triticū. Primum, Triticum: ut panem uidelicet triticeum per triticum intelligas. Hic enim Auicenna 2. Cano. ca. 572. celeriter impingat, praesertim si ex nouo tritico preparatus fuerit. Porro quod ad tritici temperamentum attinet, ipsum est primi ordinis exalfacientium: non tamen nec resiccare, nec refrigerare manifesto potest, quæ admodum Galenus lib. 8. ca. 72. de simpl. medica. facul. & post eum Paulus lib. 7. luculenter & perspicacè docuerunt. Hinc etiam Rhazes lib. 3. ad Almanf. ca. 2. ita serè scriptum reliquit: Triticum moderato proximum, aut paulò calidius est, præstantia eius sumitur, partim quidem à propria substantia, partim uerò à præparationis modo. Quod quidem ad substantiam attinet, est & in tritico non parua speci. tim differentia: quippe quod graue est ac densum, et in profundo flauum, copiosissimi id alimenti est, crassiq; succi ac lenti: contra quod leue est & rarum & album, minus nutrit, succumq; gignit

crassum minus ac lentum. Atq; eius rei locupletissimus idemq; grauisimus testis est Galenus, qui lib. 1. de alimente. facul. ca. 9. ita scribit: Inter tritica plurimum habent alimenti, quæ densa sunt, totamq; substantiam habent adeo compactam, ut denibus uix diuidi queant. Talia enim exigua mole corpora plurimum nutriunt: quæ uerò ipsi sunt contraria, quæq; denibus quidē facile franguntur, fractaq; rara ac laxa apparent, magna mole exiguum reddunt alimentum. Quod si utrorumq; parem modum pendere libuerit, quæ densa sunt, multò grauiora esse comperies. Hæc autem sunt, colore etiam laxius flauiora Explorare autem horum naturam non simpliciter oportet, superficiem externam dumtaxat contemplando, sed diuidendo quoq; ut diximus, ac frangendo: multa enim quæ extrinsecus flaua ac densa fuerint uisâ, rara intus, ac Lixa, albaq; apparuerunt. Hæc ille. E quibus sanè uerbis illud etiam sequitur, nempe panem ex denso, graui, ac flauo tritico confectum, omnium esse tum præstantissimum, tum maximi alimenti, adeoq; magis etiam uictus salubris rationi conuenire, quam qui ex quibuslibet alijs granis confectus sit. Panem autem, qui ex nigro atque inueterato tritico præparatur, nemo affatim citra sanitatis dispendium mandet. Quod si quis ei non assueuerit, etiamsi minimum sumpserit, egrotat

DE CONSERVANDA

bit. Est enim iniucundus, grauis, concoctu difficilis, & mali succi. Contra uerò, qui ex electo tritico conficitur, non modò ad concoquendum est facilis, sed hominum etiam corporibus est saluberrimus, ut qui sanguinem medium consistens generet. Medium autem Galenus lib. 3. de alimen. facul. ca. 27. uocat, qui neq; admodum tenuis est, neq; aquosus, neq; uehementer crassus. Verum hactenus de tritici secundum substantiam electio ne hec dixisse huic sermoni, in quo præstantiam inquirere instituimus, satis sit, nunc reliquum est, ut de præparatione nonnihil etiam dicatur. Sciendum igitur, quòd omnia, quæ ex farina tritici friguntur, crassi sint succi, & tardè transeant, iccorisq; meatus, per quos fertur alimentum, obstruant, lienis imbecillitatem augeant, calculos deniq; in renibus gignant. Quòd si tamen cocta bellè fuerint, atq; in sanguinem mutata, admodum nutriunt. Triticum uerò elixum, graue & concoctu difficile est edulium, & inflationes creat. Vires tamen habet magnas, si sic sumptum concoquatur, nutritq; ualidè corpus, ac robur insigne ijs, qui ipso usi fuerint, conciliat, ut lib. 1. cap. 14. de alimen. facul. & in lib. de attenuante dieta cap. 5. testatur Galenus. Concoctu autem inter panes sunt facillimi, qui plurimum sunt fermentati, & pulcherrimè subacti, quiq; in clibano igne moderato fuerunt assati, Nam ignis ar-

denio

denior primo statim occurſu ſuperficiem exter-
nam circumurens in teſte modum indurat, acci-
ditq; duplici nomine prauum panem fieri: priori
quidem, quòd partem internam habeat crudam
atq; illaboratam: poſteriori uerò, quòd exter-
nam ſiccam habeat, ac præaſſatam ac teſtaceam.
Porro ignis moderato remiſſior, panem minus
bellè elaborat, ſed ipſum crudiorẽ relinquit,
& maximè partem omnem eius internam. Quò
autem in igne moderato, largiore ſpacioper to-
tos ſeipſos æquabiliter aſſati fuerint, ij tum bel-
liſſimè in uentriculo concoquentur, tum ad cata-
ras actiones, quæ coctionem conſequuntur, erunt
accommodatiſſimi. Peſſimi autem panes ij ſunt ha-
bendi, quibus nihil memoratorum antè, a deſt.
Plura G. I. lenus lib. 1. de alim. ſicil. ca. 9. & in-
frà ca. 24. huius opuſculi.

Secundum, lac: quòd de eo lactis genere Lac.
cum primis intelligendum uidetur, quod ὀξύγα-
λα Græci, Arabes ad hoc uel ad abohc, Barbari
uerò Balbucam nominant, id eſt, lac acidum ebu-
tyratum, Germanicè Buttermilch. Hoc enim
cum pane calido ſiue recenti ſumptitatum corpo-
ra maximè impingat. Verùm cùm frigidum ſit,
ac craſſi ſucci, non ſimpliciter omnibus, ſed ijs ſo-
lis, qui id probè concoquant, exhibendum eſt. A
uentriculo enim qui quauis de cauſa frigidior
eſt, minus bellè conficitur: à temperato uerò,

DE CONSERVANDA

quamvis agrè, conficitur tamen aliquantū. Contra uentriculi iusto calidiores, siue ab initio tales fuerint, siue à quapiam causa postea in eam temperiem sine adducti, præterquàm quòd nihil ab huiuscemodi edulij læduntur, commòdo etiam aliquo fruuntur. Sed de hoc copiosius Galenus lib. 3. de aliment. facult. cap. 15. intelligi etiam de lacte caprimo potest, de quo cap. 7. abundè diximus.

Casus recens. Tertium, Casus infans siue recens: de quo Dioscorides lib. 2. ca. 63. ita scriptum reliquit; Casus recens sine sale sumptus alit, stomacho utilis est, & facile in membra delegatur: corpus auget, aluum modicè emoluit: alius tamen alio præstantior, pro natura lactis, à quo conficitur. Eadem ferè tradit & Auicenna 2. Cano ca. 127. Et si uerò casus iam dictus abundanter alit & corpus impingat, nihilominus tamen & ipsius esum consequuntur nocumenta illa, quæ cap. 7. recensuimus. Quare ad secundæ ualitudinis usus inutilis habetur.

Testiculi Quartum, testiculi: quòd primò quidem de gallorum sagnatorum testiculis intelligendum est. De illis enim Galenus lib. 3. de aliment. facult. ca. 5. in eum scribit modum: Gallorum gallinaceorum altitium testes & suauissimi sunt, & laudabile corpori præbent alimentum. Et iterum ubi supra ca. 6. Soli gallorum gallinaceorum testes unde qua-

undequaq; sunt præstantissimi, & potissimum eorum, qui saginati fuerint. Et multò clarius adhuc ca. 20. eiusdem libri. Gallorum, inquit, gallinaceorum testes sunt præstantissimi, præcipuè altilium, & multò magis, si cibus eorum, quo sunt nutriti, seroso lacte fuerit imbutus: nam & boni sunt succi, & ualidè nutriunt, & ad coquendum sunt facillimi. Quinetiam Auicennæ testimonio 2. Cano. ca. 719. eadem confirmantur. Exigua præterea mole, eodem Auicenna 4. 1. ca. 1. teste, plurimum nutriunt. Deinde uerò intelligendum etiam de testibus suum iuuenum mediocriter pinguum, qui nondum coierunt. Nam quando suum caro alijs est præstantior, tamò horum quoque testes aliorum animantium testibus sunt meliores, quemadmodum disertè admodum Galenus libro 3. capite 6. de aliment. ficul. demonstrauit, illud quoque hoc loco ignorandum non est, nempe adultiorum animalium testiculos, in quibus semen iam fermentatum est, ad coquendum esse difficiles, ac mali succi: iuniorum uerò, que nondum coierunt, & in quibus semen nondum fermentatum est, præstantiores sunt, & laudabile corpori tribuunt alimentum, si bellè conficiantur, alij magis, alij minus, pro ea proportione, quam in carne messe diximus.

Quintum, porcina caro: de cuius præstãtia Caro

DE CONSERVANDA

et effectu satis superq; diximus capite septimo.

Cerebrū Sextum, cerebrum: de quo copiosè admodum Galenus lib. 3. de alimen. facul. ca. 7. in eum scribit modum: Cerebrum omne, cibus est pituitoſior, craſſiq; ſucci, et tardè permeans, ac ad cooquendum diſficilis. Non minimū etiam cerebrum omne ſtomacho nocet. Quidā autem ipſius mollitie decepti, ipſum aegrotis exhibent, cum præter alia nauſeam etiam concitet. Quinimò, cum cuiſpiam à cibo uomitum mouere uis, huius partem pinguiſſimè conditam, poſtremis epulis edendam exhibe. Illis uerò caue exhibeas, qui cibum non appetunt, quos ueteres ~~de~~ *de* *pro* *tr* *as* *appel* *labant*. Meritò igitur nemo cerebrum ab alijs epulis mandit, cum omnes ipſa experientia docti, ſciam ipſum nauſeam excitare. Iure etiam pleriq; cum origano mandunt, uti nonnulli cum ſale uarijs modis apparatus: quippe cum craſſiſſi ſucci, et excrementitium, omnino fit accommodatius, quando cum incidentibus et calſficienſibus fuerit paratum. Si tamen rectè conficiatur, alimentum corpori præſtabit non contemnendum. Hæc ille. Sunt etiam qui cerebrum, prius quàm mandatur, ſuper craticulam probè maſandum eſſe moneant: quòd ſcilicet eius immoderatio per ignis caliditatem magna ex parte corrigatur

gatur ac temperetur. Rhazes lib. 3. ad Almans. ca. 11. hoc etiam adiungit, nempe, cerebrum ea i-
 dea quidem temperatura hominibus in cibo esse
 utile, frigidioribus uerò, quiq; uitam frigidis pas-
 sionibus obnoxiam degant, aduersissimum. Neq;
 id quidem temerè. Quippe similibus, ut testis est
 Galenus cum alibi sepius, tum præcipuè lib. 1. de
 sanata. tuen. ca. 10. quilibet excessus augetur,
 contrarijs emendatur ac minuitur. Ut autem sum-
 matim de cerebro perstringam, ad uictus salu-
 bris rationem parum accommodum est: quare ex
 interuallo potius ac parcè, quàm assiduè atq; as-
 fluenter co uescemur, qui sanitatis tuendæ cu-
 ram susceperint. Quorundam tamen animalium
 cerebrum ceu medicamentum ualet. Sic cere-
 brum capreoli aduersus uenena, & uirulentarū
 bestiarum morsus remedio est. Terrestris lepo-
 ris inassatum cerebrum manditur iuuandis tre-
 moribus, qui uale tudine contracti sunt: affri-
 ctu aut cibo facilem infamibus demissionem præ-
 stat. Quidam etiam aduersus metum utiliter edi-
 prodiderunt. Cerebrum pulli & caponis in ui-
 no bibendum datur contra serpentium morsus,
 sanguinem à cerebri membrana profluentem si-
 stit, & in cibo cerebri substantiam auget, unde
 & his, qui tardiori leuiori q; ingenio ac mente
 sunt, prodesse dicitur. Quod ad electionem atti-
 net, Animalia uolucris exiguum quidem habent

DE CONSERVANDA

cerebrum, sed ipsum tamen tamò pedestrium cerebro est præstantius, quamò & siccius: uolucrum aut ipsorum, montana cerebrum habent quam palustria præstantius, pro aliarum omnium partium proportionem. Porro ex pedestribus animalibus Auicenna agniti præfert, post hoc uerò uitulum præcipue commendat. 2. Cano. ca. 129.

Septimum, medulla: de ea Galenus libro 3.

Medulla de aliment. facul. capite 8. hæc prodidit: **Mesurium.** dulla, inquit, quæ in ossibus inuenitur, cerebrum est dulcior, iucundior, ac pinguior, adeò, ut si ea, inter se comparando, gustes, putaturus sis cerebrum austerum etiam aliquid in se habere. Porro medulla nauseam prouocat, si liberalius sumatur, quemadmodum & cerebrum: nutrit tamen & ipsa, si probe conficiatur. Auicenna cum seminibus & pipere condit, 2. cano. ca. 496. Quod delicati quidam lurcones & artis obsonatrici periti faciunt cydonijs & passulis. Laudatissima est ceruina, mox uitulina, post hanc taurina, deinde in caprina, & ouilla. Diosco. lib. 2. ca. 69.

Octauum, Dulcia uina: de quibus infra capite 11.

Nonum, cibus gustu iucundior. talis enim non exiguum corpori tribuit alimentum, quemadmodum Hippocrates etiam lib. 2. apho. 38. monet, ubi sic scriptum reliquit: Paulò deterior et potus et cibus, uerum iucundior, melioribus quidem, sed
iucun-

iniucundiabus præferendus est. Quam sententiam ipse exponens Galenus. Quæcunq; inquit, cum voluptate assumuntur, ista uenterculus arctum amplectatur, & facilius concoquit. Refugere autem consuevit ea, quæ iniucunda & insuauia sunt, utpote quæ uel nauseas, uel inflationes, uel siuctuationes partiant: quod quidem in plurimum etiã ijs qui boni sunt succi cibus, accidit. Quãdo uerò paulò fuerit deterior, tunc in ijs, qui libenter hunc assumunt, non modò non etiam deterior, sed quandoq; melior redditur.

Decimum, oua sorbilia: quæ sanè præcedēti capite parua mole plurimū alere ostendimus. Oua sor-

Vndecimum, Maturæ ficus: De quibus Si bilia. meon Sethi hæc tradit: Ficus admodum nutriunt, Ficus. carnem tamen non compactam, neq; firmam generant, ceu panis & suilla, sed sublaexam ac subinam, ut fabæ. Ventrē flatibus implent, nisi probè cōcoquamur, Minus uerò cæteris oporis sunt mali succi, & uentrem proritant, & faciliè exunt. Effatu dignam abstergendi facultatē obtinere, quo fit, ut post ipsarum esum nephreticè multas arenas excernant. Maturæ ficus nihil propemodum omnino ledunt, proximèq; ad caricas accedunt, multaq; cum illis utilia habent. Si quis tamen largus esitauerit, in una re ab eis offendetur: quandoquidem sanguinem non admodum probam gignunt: quo fit,

DE CONSERVANDA

At ex ipsarum usu pediculorum multitudo proveniat. Oportet aut post usum ficuū alimenum, quod incidat & extenuet, ingerere. Ad hæc fici pulmonem & thoracem iuuant. Aiunt insuper contra uenena facultatem habere, si quis singulis diebus ieiunus ijs utatur. Garicæ pectus iuuant, & ad tusses faciunt, urinam ciunt, satiatq; nutriunt, corporis etiam bonam habitudinem efficiunt. Antecibum sumptæ uentrem irritant, sed nisi celerius uentrem pertranseant, non bonum sanguinem gignunt. Quapropter si ad satietatē usq; crebro edamur, seabiem & pruritus excitant. Cibus autem bonus est, & aduersus uenena remedium, si eum nucibus aut amygdalis comedantur. Renes expurgant, & iccoris lienisq; obstructions auferunt, uerūm calfaciunt, & sitim inferunt, & suam in calidioribus temperamentis bilem procreāt. Addit Galenus: iccori lienisq; inflammatione obsessis esse noxias, quemadmodum & ficus, non peculiari quadam & eximia facultate, sed communi ratione dulcium omnium ciborum ac potuum: obstructis autem illis, aut exiisq; affectis, ipsas ex sese nil commodare, nec officere: sed medicamentis incidentibus ac extenuantibus & abstergentibus mistas, non mediocriter iuuare. Proinde nonnulli medicorum in dictis lienis, ac hepatis affectibus, exhibent ipsas longè antecibum cum thymo, aut pipere,

aut zingbere, aut pulegio, aut satureia, aut cala-
 mimba, aut origano, aut hyssopo. Ad eundem au-
 tem modum, si caricæ cum alio quopiam eorum,
 quæ facultatē habent acrem, aut omnino inciden-
 di ac extenuandi, assumantur, iuuabunt non so-
 lum sic affectos, sed etiam sanos. Siquidem ieco-
 ris meatus, per quos fertur alimentum, apertos
 esse non egrotis modò, sed sanis etiam est tutissi-
 mum. Ad eum igitur modum uulgo ficibus cum
 attenuantibus, sale, aceto, & garo preparatis,
 uescuntur, quòd ipsas utiles esse experientia di-
 dicerint. Plura Dioscorides libro 1. capite 144.
 Galenus libro 2. de alimen. facul. capite 8 Paulus
 libro 1. capite 81. & Aëtius lib. 1.

Duodecimum, *Vua* recentes: id est, dul-
 ces et maturæ. Nam ficus et uua, quemadmodum Vua.
 inter fructus autumnales principatum obtinent,
 ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimūq;
 prauis succi habent, præsertim cum exactam ma-
 turitatem fuerint adeptæ. Porrò quòd ipsa nutri-
 unt, maximo argumento sunt ij qui uinearum
 fructum custodiam, qui cum duos menses solis u-
 nis ac ficibus, quorum custodiæ præsumt, uescan-
 tur (nisi fortè panis quidpiam cum illis addant)
 corpulenti tamen admodum fiunt: At caro, quæ
 ex ipsis gignitur, haud quaquam est firma ac den-
 sa, quemadmodū ea, quæ ex carnibus fit: sed laxa
 est ac præhumida: ob id celeriter etiā, cum uesci
 ipse

DE CONSERVANDA

ipsis defierint, constringitur ac confidet; Vetus
 uae minus alunt quam ficus, maximumq; id
 ipsis inest commodum, quod uelociter subeat.
 Quocirca, si quando haerint, grauiter ledunt:
 neq; enim retentae belle concoquuntur, & dum
 in iecur ac uenas distribuuntur, succum crudum
 generant, qui non facile in probum sanguinem mu-
 tetur. Vinaccorum siue nucleorum substantia sic-
 ca est, & quod ammodo adstringens, omniaq; in-
 testina peruadit, nihil, quod sensu deprehendi
 queat, a se mutata. Vuae uero tamisper a col-
 lectione, dum membrana extrinsecus ambiens de-
 tumuerit, pensiles aeri expositae; neq; sistunt uen-
 trem, neq; proritant, minusq; flatibus implent, ca-
 teris autem facilius concoquuntur, & melius nu-
 triunt. Non parua autem est inter uuas diffe-
 rentia, quod aliae sint dulces, aliae acidae, aliae
 austerae, aliae deniq; quae nullam uehementem ha-
 beant qualitatem: uocant autem ipsas uinosas.
 Ceterum quae dulces sunt, succum habent cali-
 diorem, & ob id sunt sitibunda: austerae uero &
 acidae frigidiores: uinosae autem locum inter ca-
 lidum ac frigidum medium obtinent. Aluum sub-
 ducunt dulces, & maximè si sint humidae. Omni-
 um quidem certè usus (si quis moderatè sumat)
 est tutissimus, quum natura fuerint carnosae, ac
 maturae, siue in uite summam maturitatem
 obtinuerunt, siue quod maturitati deerat, ex
confe-

consequenti suspensione sint adeptæ. Vuae quæ ab
 be sunt uehementius aluum turbant & subdu-
 cunt, magisq; stomachum inflant, quàm nigrae. O-
 mnes uerò ciborum appetentiam excitant, et Ve-
 nerem. Conuenit cum edumur, membranam &
 nucleos expuere, quòd difficulter conficiamur,
 quemadmodum luculenter & perspicuè docuit
 Galenus lib. 2. de aliment. facul. ca. 9. & lib. 1. de
 locis affec. cap. 4. & post eum Simeon Sethi in
 Syntagmate de cibariis facul. Cæterum uuae
 recentes, è quibus uinacci exempti sunt, celerrè
 mè pertranscunt, cibisq; alijs præeunt, si in uen-
 triculum purum inciderint, & sumptæ primis e-
 pulis fuerint. Quòd si sumptæ post alios cia-
 bos fuerint, aut etiam prauum succum in uen-
 triculo offenderint, celerrimè unà cum alijs ci-
 bis corrumpuntur. Idem de alijs quoq; fructibus
 aluum subducentibus intelligendum. Si cui ui-
 ridibus ac recentibus uuis uesci placuerit, ad
 horam fere in aqua feruida ut maceret, ac fri-
 gida deinde abluat oportet prius, quàm man-
 dere ipsas aggrediatur: quæ enim ita præpa-
 rantur innoxia fiunt. Vuas, quæ subtilem ac
 tenuem habeant corticem, citius deorsum con-
 cedere, minusq; uentrem flatibus implere: his
 uerò contrarias contraria operari, Rhazes
 libro 3. ad Alman. capite 20. autor est. Vuæ
 acerbæ atq; immature, frigidae & humidae sunt,
 uentrem

DE CONSERVANDA


uentrem constipant, stomachum corroborant, et
 caliditatem à flaua bile ortam sedant, sed parum
 nutritium. Succus inde expressus, qui Græcè uoca-
 tur ὀμφάκιον, uulgo Italarum & officinis Agre-
 sta, bibitur ad recentem sanguinis excreationem,
 etiamsi rupta parte aliqua contingat: sed pau-
 co & aquatiore est utendum. Plurimis uerò ante
 diebus mucteratus, cumq; stillatio rosarum li-
 quore decoctus atq; exhibitus, nauſeamibus, &
 his qui cibaria in uentriculo non retinent, suc-
 currit. In cibo adstringit, bilioso alui profluuio
 & dysenterie proficit. Sunt præter has etiam u-
 uæ siccae, quæ, quòd in siccando sole empatiantur
 & ignem, passæ siue passulæ uocantur: hæ sunt
 alijs uuis calidiores, stomacho gratiores, ualen-
 tius alunt, sed minus subducunt aluum, eandemq;
 fermè cum alijs uuis habent rationem, quam cari-
 cæ cum ficibus. Multæ enim fiunt dulces, acerbæ
 autem omnino paucæ: plurimæ uerò ex dulci &
 austera qualitate sunt mixtæ: quanquam dulces
 non nihil quoq; austere qualitatis habent, & au-
 stera dulcedinis. Ceterum ut dulces tempera-
 mento sunt calidior, ita austera frigidior. Ad
 hoc, austera stomachum roborant, & uentrem
 constipant, & his multo magis acerbæ: mediam
 autem quodammodo inter ipsas constitutionem
 dulces obtinent, ut quæ nec stomachum dissoluant,
 nec aluum subducant. Dulcibus tamen, ut uis que-
dam

dam semper inest contemperandi, ita & mediocriter detergendi, quibus duabus facultatibus exiguas mordicationes, quæ os ventriculi infestant, obtundunt. Belle nutriunt, exacinat & pectus & pulmonem iuuant, stomachum, iecur, & lienem corroborant. Cum nucleis manducata conducunt intestinis. Est tamen præstabilius nucleos expuere, propter duritiem & terream ipsorum essentiam. Vuae passæ pingues septem drachmarum pondere, per sex dies sumptæ ab ieiuno, purgant phlegma, & sanguinem abundante faciunt. Tota substantia famillares sunt hepatis, & usu crebro consuetæ, Nutriunt enim ipsum & impinguant, sanguini bonum colorem præstant, & humores percoquant: ob id felicissimè, exemptis ulnaceis, miscentur medicamentis hepaticis. Sed si paulò largius sumantur, incendunt & exurunt sanguinem. Præstantiores autem sunt, quæ tum pingues sunt, tum corticem habent tenuem, dulcioresq;. Passulæ minus quidem quàm caricæ uentrem mouent absterguntq;, stomacho tamen magis accommodantur. Plura Galenus lib. 2. de alimen. facul. ca. 9. & 10. Paulus lib. 1. ca. 81. Aëtius lib. 1. Simeon Sethi in Syntagmate. Rhazes lib. 3. ad Alman. ca. 20. Auicenna 2 Cano. ca. 737. Auerrhoes 5. collectan. cap. 37. Rabi Moses Trac 3. ad Sultanum Babyloniae, & Iacobus Syluius li. 1. de medicamen. simp. natura,

DE CONSERVANDA

Ex quibus sanè omnibus satis liquet, quæ de recentibus hoc loco dicuntur uuis, ea etiam de passulis esse intelligenda.

DE BONI VINI PROPRIETATIBUS. Cap. X.



Vina probantur odore, sapore, nitore, colore.

Si bona uina cupis, quinque hæc laudantur in illis:

Fortia, formosa, & fragrantia, frigida, frigida.

Lieblichen geruch / schmack / farb vñ schein /
Sol haben ein aufferwelter wein.

Quatuor generales boni uini differentias primus uersus complectitur, cuius eæ omnes insunt, id ipsum

Id ipsum uulgari ioco, nimirum ob colorem, odorem, & saporem, Cos appellari solet.

Prima quidem Odor est. Vinum enim instar aromatis unguentiq; suaueolens, Constantino Africano lib. 5. Theorices ca. 28. teste, alimentum corpori suppeditat non mediocre, succū gignit laudabile, partes principes facultatū, ceu fomes, corroborat, facultates animamq; exhilarat. spiritus quoq; tenues adauget, eosq; languidos tantūq; non exolutos reficit et recreat: quo fit, ut solo etiam olfactu λεπθυμίq; languemibus sepe animum reuocet. Iucundo enim odore, quemadmodum in libro de alimentis Hippocrates testatur, uires celerrimè reficiuntur. Contra, quod foetidum est, natura abominatur: Spiritus nanq; crassos & melancholicos, & malum succum generat, prauamq; humorum qualitatem sursum transmittens capiti dolorem infert. Humain uerò siue Ioannutius de uini differentia, quæ ab odore sumitur, in supplemento comment. 1. Galeni in lib. 3. Hippo. de uic. rat. in morb. acut. in hunc fermè modum scriptū reliquit: Vinum boni odoris succum quidē gignit laudabilem, sed cum calidiore sit tēperamento subtilioreq; substātia, corpus celeriter calfacit, et caput uaporū copia infestat. Quod uerò non boni odoris existit, sed ferientem quandā et insuaue nactū est qualitātē, etsi prauū procreat succū, capiti tamen ob frigiditatem &

Vini odor.

DE CONSERVANDA

crassitiem suam minorem noxam suggerit. Quod nullo denique pacto odorem habet, sed est aquæ instar modorum, hoc ipsum, cum insigni crassitudine præditum sit, tantum abest ut caput offendat, ut ei ne vapores quidem aut fumos communicare possit.

Vini sapor.

Secunda, Sapor: Quod præcedente capite de iucundiore cibo diximus, si ad iucundiores etiam uini saporem transtuleris, nihil erit quod nos de ipso nouum dicere oporteat. Etenim hoc quoque cum uoluptate assumitur, auidius à uentriculo attrahitur, et melius nutrit. Non ignorandum tamen hoc loco, quòd et uini secundum gustandi qualitatem permagna sit diuersitas. Dulcia enim eodem Constantino teste, plus alijs nutriunt, sanguinem crassiorè generant, uentrè humectant, concoctionem renutuntur, et sitim excitant. Pontica siue *συντικα* stomachum quidem corroborant, uentrem constipant, et intestinis conueniunt, sed in thoracis pulmonisq; ægritudinibus, in quibus sputum detinetur, inhabilia sunt, neque facile concoquuntur. Acerba, quæ etiam *δυσσυντικα* sunt, hoc est, quemadmodum infra capitæ quadragesimo quarto ostendetur, urinam prouocant, crassos humores incidunt atq; dissoluunt. Amara minore caliditate participant.

Vini nitore.

Tertia, Nitore: siue splendor: qui sanè non ipsius modò uini, sed etiam spirituum, qui inde ortum

orum habebunt, subtilitatem arguit.

Quarta, Color: quod enim ad uini nutrimentum attinet, non parua eius secundum colorem differentia est. Rubicundiora namq; (si ipsis cetera omnia antè pariter adfuerint) potentius quàm alba nutriunt, atq; ea de causa mæris etiã quàm alba conuenientiora sunt. Contrà uerò obesius ac pinguibus alba magis conferunt. Verùm de hac uini differentia capite 8. abundè diximus. Duo sequètes uersus quinq; speciales boni uini notas continent. Quarum prima quidem est, ut sit forte, fortitudo uerò ex effectu deprehenditur. Vinum enim potens Galeno comment. 1. in lib 3. Hippocr. de uic. rat. in morbis acut. teste, uehementer celeriterq; corpus calfacit, caputq; ferit. Idem etiam comment. 2. in citatum Hippocratis librum ijs confirmat uerbis: Fortia uina uehementer calfacientia, caput humoribus uaporibusq; & caliditate replent. Eiusmodi namq; uina præterquàm quòd non mediocriter corpus alunt, spirituum etiam non exiguam copiam generant. Abstinentium tamen ab ipsis, nisi diluta sint, ijs potissimum, qui debile cerebrum habent. Cùm enim uaporosa admodum sint, facillè caput grauant, eaq; occasione cerebrum offendunt.

Secunda, ut sit formosum: Vinum enim formosum siue pulchrum maiori cum uoluptate af-

Vini color.

Vinum forte.

DE CONSERVANDA

sumitur, probius concoquitur, & facilius in corpus distribuitur, promptiusq; nutrit.

Vinū frāgrans. Tertia, ut sit frāgrās. Vinum enim frāgrās, siue susucolens et aromaticum, vires maximè roborat, & ut paulò antè dictum est, spiritus tenues generat.

Vinū frigidum. Quarta, ut sit frigidum. Nam uinum aëtu siue φάρτασις frigidum esse debet, non autem siccitate aut potentia. Quod enim ab externo aliquo calido incalescit, hoc rarius statim & tenuius penetratiusq; ut oīa subeat, redditur: quā ratione, nisi quis ipsum parcissimè sumpserit, citius inebriat, nervos deōilitat, et caput ledit.

Vinū friscum. Quinta, ut sit friscū, siue leue, hoc est, φρῆσθονδρῶσθον im fallen. Tale autem cum pruritis censendum, quod effundendo sonum efficit, spumamq; agit in medio tenuem ac facillè labilem seu euanescentem: uel per cuius susuram: modò sursum, modò deorsum discurrentes conspiciuntur ἀτόμοι, id est, minutissima quaedam corpuscula, qualia in sole uidentur, quum per fenestram radios ac lumen inmittit. Nisi enim ita affectum fuerit, pendulum dicitur, ac multo etiam magis, si penitus sono atq; atomis destituatur. Quod uerò spumam habet cum magnis ampullis ad scyphilatus diu hāremibus, debile siue dilutum esse dignoscitur. Annotatiuncula. In tertio uersu τὰ φρόμοιοι est, nam singula eius uerba similiter incipiunt.

DE VINO DVLCI ET

albo. Cap. XI.

Corpora plus augent tibi dulcia,
candida uina.

Blar / süßer weisser wein mir gliebt /
Danner dem leib güt narung gibt.

Docetur hoc uersu, candida & dulcis uina, si ipsa cetera quoque adfuerint, quam reliqua maioris esse nutrimenti. Cuius quidem rei causa dulcedini attribuenda est. Nutrimentum enim hominis, ut copiose admodum lib. 4. de simplic. medic. facul. cap. 14. Galenus monstrat, dulce, aut dulci permistum esse oportet. Quippe dulcia, cum natura sanguinis nostri & carnis proximè congruant, non solum ori & palato, uerùm & alijs plerisq; uisceribus accepta sunt, adeò, ut ab illis auidissimè excipiantur. Ungunt enim, implent, et restituunt erosas particulas. Atque ita sanè fit, ut uina quoq; quæ ca. 8. in numero corpus nostrum alentium posuimus, quò dulciora sunt, eò magis nutriant. Quod etià Auic. testimonio confirmatur, qui 3. 1. doc. 2. ca. 8. ita ferè scriptum reliquit: Vinum quod crassum simul est et dulce, ijs potissimum conuenit, qui corporis robur atque molem sibi parare student. Idem trac. 1. 2. ca. no. ca. 3. causam cur dulcia plurimum alant, hanc esse tradit, Nempe quòd dulcibus natura delecte

Vinum
candidum
& dulce

DE CONSERVANDA

*tur, & quæ uisceribus inest trabendi, uis eadem
 auidissimè rapiat. Quanquàm uerò hic uersus
 de omni uino dulci rectè intelligitur, mediocre ta-
 men, quod summum dulcedinis gradum non at-
 tingit, præferendum est. Nam quæ excellenter
 dulcia sunt, quale Apianum est, quod muscatel-
 lum siue muscatellinum uulgo dicitur, sanguinem
 corrumpunt. Naturalis enim uis hepatis ea ex
 uentriculo, priusquàm concocta & à superflui-
 tatibus secreta sine, exugit atq; attrahit: quare
 sanguis serosis & crudis expletur humoribus, a-
 deoq; ut ebulliat atq; putrescat, idoneus effici-
 tur. Neq; id solum de uino, sed & de omnibus ex-
 tremè dulcibus æstimandum est. Ad hæc, dulcia
 omnia, quæ sumuntur immodicè, corporibus ad
 patiendum paratis triplex noxæ genus impor-
 tant. Quorum primum quidem est fastidium: dul-
 cia enim caliditate atq; humiditate sua os uenri-
 culi leniunt ac leuigant, illiq; affectionem inani-
 tionis ac corrugationis, famis causæ, contrariam
 inducunt. Secundum, uelox inflammatio atq; in-
 flauam bilem conuersio: ad cuius generationem
 dulces humores omnes idonei sunt. Quo fit, ut o-
 mnium horum maximè mel bile scat, quod dulcissi-
 mum sit: deinde & dulcia uina. Hæc eadem &
 fitim faciunt propter tum caliditatem, tum cras-
 sitiem, nec conferunt febricitantibus, neq; biliosis,
 quemadmodum Galenus comment. 2. in lib. 3. de
 uict.*

uict. rat. in morb. acutis luculenter & perspicuè docuit. Tertium, hepatis atq; lienis obstructio. Hæc enim uiscera dulcia uehementer appetunt, eaq; ante perfectam concoctionem ad se unà cum fecibus trahunt, & maximè hepar, unde facilius etiam in obstructionis periculum adducuntur, crassa nimirum substantia, in qua dulcis sapor fixus ac fundatus est, ad hoc cooperante, ut testis est tract. 1. secundi cano. ca. 3. Auicen. Eadem ratione reliquis etiam lotium minus citant ac profundunt. Cæterum aduersus iam dicta tria incommoda acida cum primis remedio sunt. Appetentiam enim aciditate reuocant, inflammationem frigiditate restringunt, & obstructions substantiæ subtilitate recludunt. Et licet uina aliq; nutrimenta dulcia hepar atq; lienem obsepant, in pulmone tamen contrarium operantur: hunc enim ab obstructione liberant. Nam in descensu per οὐσφάγῳν, qui Arabibus Meri appellatur, nihil ad ipsum à dulcibus resudat nisi subtile: neq; sanguis ex rebus dulcibus gemitus ad pulmonem penetrat, nisi prius in hepate depuratus, atq; in corde tenuatus fuerit, quemadmodum id ipsum Galenus comment. 2. lib. 3. de uict. rat. in morb. acut. clarissimè ostendit. Vina item dulcia minus inebriant. Cuius rei grauissimum habemus testem Hippocratem, qui lib. 2. de uict. rat. in morb. acut. apho. 1. in eum scribit modum: Vinum dulce uis

DE CONSERVANDA

noso minus caput grauat, minusq; mentem ferit.
 Rationem reddit Macrobius libr. 7. cap. 7. Sa-
 turnal. Ex dictis iam omnibus colligitur, corpo-
 ri, quod uel naturæ ipsius habitu, uel ab alia qua-
 piam extrinsecus obrepente causa extenuatum
 est, uinum dulce cum primis, & crassum, ac suffi-
 cientes coloratum exhibendum esse. Hoc enim
 euidenter nutrit, substantiamq; corporis deper-
 ditam restituit, & impinguat. Sed corpori obe-
 so ac pingui uina tenuia, odore & sapore iucun-
 da, subalbida, & moderatè fortia, magis ex usu
 sunt. Sitis restrictioni adhibendū est uinum albū,
 tenue ac debile. Hoc. n. nō refrigerat solum, sed
 ualidè etiā humectat; quo fit, ut sitim etiā facilius
 depellat: et quāto sitis urgetior fuerit, tantò il-
 lud conuenientius sumitur. Ad spirituum uerò &
 uirtutum tum instauracionem, tum roboratio-
 nem, uinum subtile, odoratum, sapore gratum, co-
 lore moderatum, & sufficientis fortitudinis uti-
 lius bibitur, idq; cum pauco cibo. Porrò affectus
 thoracis ac pulmonis, qui diuturni sunt, & sine
 febre, à uinis mediocri substantiæ & sapore dul-
 ci, multum iuuantur, & potissimum qui humo-
 ris per sputa expectoratione purgantur, quemad-
 modum copiosius in libro de attenuante diæta
 cap. ultimo Galenus docet. Eadem ad alius subdu-
 ctionem perquā utilia habentur.

VALETVDINE. 70
 DE VINO RVBRO.
 Cap. XII.

Suinum rubrum nimium quandoq;
 bibatur,
 Venter stiptatur, uox limpida turbifica-
 tur.

Des roten weins gar wenig brauch/
 Dann offte genüze stopffe er den bauch.
 Auch hat er solch natur an jm/
 Daß er dir offte benimpt die stim.

*Hic recensentur duo incommoda ex immode-
 rata uini rubri potatione.*

Primum, uentris constipatio: cuius rei caus-
 sam nonnulli hanc assignant, nempe quòd uinum
 rubrum, si cetera cõsentiant, reliquis impensius
 tum calfaciat, tum alat: ac caliditatis quidem ra-
 tione magis desiccet: ratione uerò nutritionis a-
 uidius à natura detineatur. Alij uerò ad immodi-
 cam uini rubri stiptici, siue ponici assumptionē
 referunt. Hoc enim cum constipandi, densandi,
 et astringendi uim habeat, non solum ægrè in cor-
 pus distribuitur, sed aluum quoq; supprimit.

Secundum, gutturis & faucium exaspera-
 tio, siue raucitas. Eam enim uina quedã impense
 rubra siccitate et terrena essentia sua efficiunt. In
 horũ numero uina quoq; rubra Brabantie repo-
 nenda

*Vinum
 rubrum
 nocuum*

*Faucium
 exaspera-
 tio.*

DE CONSERVANDA

nenda sunt: Nam & ipsa sanè ob siccitatem & terrenam essentiam fauces exasperant, idq; potissimum faciunt cum adhuc musta sunt, aium tamen non cohibent. Musta enim admodum rubentia uentris soluendi uim habent, & hoc quidem ex multa terrene secis admistione. Hæc enim propterea quod nitrosa ac salsa qualitate prædita sit, intestina mordicans & abstergens alui subductionem molitur. Ab eiusmodi igitur dum musta, id est, turbida sunt ac feruente, abstinendum est: Ex quo enim mordicane, mordax etiam fumus ab ipsis resoluitur, qui ad cerebrum sublatus, oculos acrimonia sua corrodit atq; rubefacit. Idem de mustis quoq; Brabantiæ, siue ea rubra, siue alba fuerint, æstimandum est. Causa autem, cur fumus iste mordicet, ex eo est, quod uinum, unde dissoluitur, sit mordicatum. Oportet enim simile esse defluxum subiectæ substantiæ, ut comen. 14. li. 1. apho. & com. 2. lib. 3. de uic. rat. in morb. acu. Galenus clarissimè ostendit. In uniuersum, uma crassa pontica siue συγγικα, rubra uel nigra opportunè ad retentorie facultatis uentriculi aliorumq; uiscerum corroboracionem bibuntur: quando nimirum recrementa uel plura iusto, uel ramemos descendunt, uelut in alui profluuio atq; dysenteria coningit, sicuti & uma alba austera, & quæcunq; alia adstringentia medicamenta. In eum usum & fulua uma profum,

profune, non tamen simpliciter fulua, sed fulua au-
stera, quemadmodum Hippocrates libro 3. de
uict. rat. in morb. acu. apho. 7. & post eum in
suis commentarijs Galenus manifestè docue-
runt. Quibus autem uenter non facìle conco-
quit, ijs una subtilia, uel substantia & colore me-
diocria, odorata, sapore iucunda, sufficienter
fortia, ac stypticitate quadam participantia, con-
ferunt.

DE LETALIVM VENE-
norum remedijs. Cap. XIII.

ALlia, ruta, pyra, & raphanus,
cum theriaca rux,
Præstant antidorum contra letale ue-
nenum.

Kluff vnd Knoblauch/
Kettich vnd rauc/
Tiriack vnd birn/
Ehän der gifte wech. n.

Hic sex referuntur ἀντιφάρμακα & reme-
dia contra letalia uenena, ac uenenatorum mor-
sus.

Primum, allium: quod cum aduersus omne
uenenorum genus, tum imprimis aduersus nitiosæ Allium.

DE CONSERVANDA

ac corruptæ aquæ noxas remedio est . Præsumptum enim, quemadmodum id ipsum Dioscorides lib. 2. ca. 145. Plinius lib. 20. ca. 6. & Constantinus Cæsar lib. 12. ca. 30. de agricultura clarissimè ostendunt, vires eius, quæ per imprudenciam bibitur, inefficaces atq; irritas reddit . Auicenna 2 Cano. cap. 123. parem facultatem & Cape attribuit, quo fit, ut sub alio hoc quoq; comprehendi debeat. Idem 3. 1. doct. 5. cap. 7. ceutheriaceis uitiosarum aquarum cape commendat, & maximè quidem si cum aceto sumatur . Nam cape, cum extenuandi, incidendi, cumq; stypticitate quadam abstergendi, & non ignauiter aperiendi vires obtineat, caloreq; tertium ordinem accedat, malas aquas, ne frigiditate uentriculū offendant, temperat, crassusq; ut promptius descendant, extenuat. Acetum uerò cum ipso permixtum, non modò uirtutem eius in aquarum tum extenuatione tum penetratione auget, sed à siti quoq; quam cape mouere solet, præseruat. Eadem & in alio ratio est: quare post crassæ & turbidæ aquæ potum præcipuè commendatur. Eas enim ut citò descendant, extenuat, & ne uentriculo ac intestinis officiant, uenâsue obstruans, iuuamentum præstat. Alium præterea, Auicenna 3. 1. doct. 5. cap. 4. teste, uer facientibus contra occurrentis aëris frigiditatem mirificè prodest: qua ex causa per diuersas mundi

mundi

mundi plagas oberrantibus, uariòque potu utentibus, utilissimè præsumitur: id quod Macer libro 1. cap. 5. hisce etiam uersibus innuere uoluit:

Allia qui manè ieiuno sumpserit ore,
Hunc ignotarum non lædet potus aquarum;
Nec diuersorum mutatio facta locorum.

Allium quoque contra uirulentarum bestiarum, serpentium, & uiperarum ictus, & priuatim hæmorrhoi, prodest, ita ut non aliud magis, si cum uino iugiter adsumatur, aut tritum in eodem ebibatur. Contra rabiosorum morsus & illitu & cibo ualet. Venenatis $\mu\upsilon\gamma\alpha\lambda\eta\varsigma$, hoc est, muris aranei morsibus, efficacissimè cum ficulneis frondibus & cymino illinitur. Quæ & uenenata animalia allij odore fugantur, ut ex illo Vergliano disticho patet:

Thestillis & rapido fessis messoribus æstu,
Allia serpyllumq; herbas comundit olentes.

Eius rei causam Aemilius Macer loco paulò antè citato his uersibus exponit:

Hæc ideò miscere cibus messoribus est mos,
Ut si fortè sopor fessos deprefferit illos,
Vermibus à nocuis tuti requiescere possint.

Porrò cum sætor allij, qui id non degustatum, longè grauissimus & molestissimus sit, ei quoq;

DE CONSERVANDA

quoque rei, ne qui sumpserunt, alios offendant, remedium aliquod adhibendum est. Menander itaque est Græcis autor est, allium edentibus, si radice betæ in pruna tostam superederint, odorem extinguunt. Quidam tradunt, ipsa grauem halitum non esse facturam, si quis ab ipsorum esu crudam fabam insuper mandat. Hieronymus Tragus eandem facultatem uiridibus etiam rutæ folijs adsignat. Macer lib. 3. ca. 6. Zedoariæ radicem id efficere, his uerbis tradit:

Allia quem faciunt foetorem pellit ab ore.

Cæpe. Cæpe quoque ex Dioscoridis Anazarbei sententia rabiosi canis morsibus cum aceto, ruta, & melle illitum auxiliatur. Eadem ad uerbum ferè mutuatus est Auicenna 2. cano. ca. 123. Verum in hoc dissentit, quod acetum omiserit, & saltem in mellis locum suffecerit. Cæpe præterea flatuum uenenatorum in cibo discutit atque expellit. Et succus, qui ex eius esu plurimus in stomacho gignitur, peculiari quadam proprietate uenenatorum noxas frangere à quibusdam creditur. Ceterum silentio illud hoc loco minimè prætereundum est, quod allium, cæpe ac porrum in cibo non conueniant, neque temperatis, neque calidis corporibus. Nam extra hoc, quod paucissimum & prauum dant alimentum, acrem etiam atque pungentem sanguinem, maximè si cruda ingerantur, generant: humores tamen crassos tenuant, lentosque

incidunt. In totū, omnia hæc si cruda edantur, peiores quàm cocta succos procreant, ac plus humoris excrementitij continent. Porrum Simeo on Sethi calidum & siccum in secundo facit ordine. Urinam cit, & noxium succum creat. Assidue comestum uisus hebetudinem, & capitis dolorem efficit. Stomacho aduersatur. Difficilia inuehit somnia. Neros, dentes, & gingiuas acrimonia sua lædit. Et sanguinem nigrum atq; melancholicum generat: Biliosis itaq; & melancholicis uitandum est, potissimum si crudum fuerit. Cæpæ ex quarto sunt ordine exalfacientium: earumq; essentia crassarum est partium. Si succum exprimas, quod reliquum est admodum terreæ substantiæ est, eiusq; calidæ: At succus aqueæ aëreæq; caliditatis. Si cruda edantur, humores in stomacho malos, putridos, & corruptibiles generant. Difficilia & terribilia inducunt somnia. Largiore cibo capitis dolores ciunt. In morbis coctæ etiam lethargicos & phreniticos efficiunt, memoriam & rationem, ut aliqui ferunt, lædunt. Si uerò cum electæ carnis iusculo coquantur, plurimum malignitatis deponunt, appetentiam inuitant, concoctionem promouent, & frigidus cibos, quibus cum percoquantur, temperant. Si quis tamen crebrius his utatur, in lienis uitis incidit: Tutius igitur est, eas rarò attingere. Allium

DE CONSERVANDA

ut Galeno placet, excalfacit quarto excessu, humiditate quidem participat aliqua, sed minore quam cæpe. Inflationes permutat alteratue. Veterem tuſſim crudum coctumue comestum lenit. Asperas arterias clarificat, & screatum pro uocat. Aciem oculorum esu hebetat. Capitis dolorem facit. De eo hoc amplius Galenus libro duodecimo metho. medendi, capite octauo: Est, inquit, allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum discutiant, & nunquam sitim inferant. Sunt qui, parum id experti, existiment maiorem quam cæpas sitim excitare. sed planè errore: cum non modo non maiorem quam cæpe, sed nec omnino sitim faciat. Idem omnium planè eduliorum maximè flatum discutit. Atque ipse certè agrestium theriacen id appello. Abstinentum tamen, ut paulò antè dictum est, ab assiduo horum trium usu, & potissimum cum is qui ipsis uescitur, natura fuerit biliosus. Solum enim qui uel succum pituitosum, uel crudum & crassum ac lentum aceruarint, cibi eiusmodi sunt accommodati.

Ruta.

Secundum, Ruta: Eius duo sunt genera. Vnum satium atq; hortense. Alterum montanum syluestreq;. Ruta montana syluestrisq; in cibis damnatur, quòd ex quarto sit ordine excalfaciendum & siccanium: Satiua uerò cum ex tertio sit, in cibos magis admittitur. Est au-

tem non solum gustu acri, sed & amaro. Ex quo sanè etiam digerere atq; incidere crassos lentosque humores potest. Ob eam uim & per urinas euacuat. Quin & tenuium est partium, flatuq; extinguit. Quare ad inflationes coli, uteri, & recti intestini competit, ac Veneris appetitum cohibet. Discutit atq; exiccat strenuè: est enim eorum ex numero medicamentorum, quæ ualenter desiccant. Traditur etiam quòd cruda, saleq; condita ac comesta, uisus aciem mirum in modum exacuat: ob id antiqui sculptores & pictores hoc cibo assiduè utebantur. Nonnulli & succum eius cum succo fœniculi & melle commiscemes, medicamentum ad oculorum aciem acuendam conficiunt. Verùm cum acrimonia quædam, oculis infesta, succo eius insit, uentilando applicari debet, ut uapor eius tantum, & non substantia oculos peringat. Quæcunq; autem ruta & per se pro letalium medicamentorum antidoto ualet, folijs tritis, & ex uino sumptis: Contra aconitum maximè & ixiã. Item fungos, siue in potu detur, siue in cibo. Valet & contra scorpionum ictus, & araneorum, apum, crabronum, uestparum aculeos, & cantharidas, ac salamandras, canis uè rabiosi morsus: Acetabuli mensura succus, siue senæn è uino bibitur, & folia trita uel commanducata imponuntur

DE CONSERVANDA

cum melle & sale, uel cum aceto & picce deco-
 cta: Succo uerò perunctos, aut eam habentes,
 negant feriri ab his maleficijs: Serpentesq; , si
 uratur ruta, nidorem fugere. Folia per se præ-
 sumpta, aut cum nuce iuglandæ, aridisq; ficis,
 inefficaces uenenorum uires reddunt: contra
 serpentes simili modo sumere conuenit. Aristote-
 les libro 9. capite 6. de historia animalium tra-
 dit, Mustelam dimicaturam cum serpente, rus-
 tam comedere. Odor enim eius infestus est ser-
 pentibus. Ruta quoq; cum ficibus & amygda-
 lis dulcibus manè sumpta, à ueneno præseruat.
 In sanctuarijs Mithridatis maximi regis deuicti,
 Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario
 ipsius manu compositionem antidoti, è duabus
 nucibus siccis, item ficis totidem, & rutæ folijs
 uiginti simul tritis, addito salis grano: & qui
 hoc ieiunus sumat, nullum uenenum nociturum
 illo die. Autor est Plinius libro 23. natu. histo.
 capite 8. eadem Galenus quoq; libro secundo, de
 antidotis capite quadragesimo tertio, & libro se-
 cundo de alimen. facul. capite 28. & in libro de
 cibus boni & mali succi capite 14. confirmat.
 De ruta plura leges apud Dioscoridem libro ter-
 tio capite 43. Plinium lib. 20. capite 13. Galenum
 lib. 8. cap. 49. de simp!. medicamen. fac. Constanti-
 num Cesarem libro 12. cap. 25. de Agricul. & Si-
 monem Sethi in Syntagmate.

Tertium,

Tertium, Pyra: Hec nanq; ueneni, & pra Pyra. cipue fungorum malignitatem pellunt abiguntq;. Quod quidem de pyris syluestribus cum primis intelligendum uidetur: De eis enim Dioscorides libro 1. capite 132. ita scriptum reliquit: Aiunt Fungos, si syluestria pyra cum eis coquantur, innoxios fieri. Et lib. 6. capite 23. Fructus, aut folia pyra stri cum fungis decocta, strangulantem illam uim auferunt, esitataq; eisdem auxiliantur. Quod Paulus Aegineta libro 5. capite 55. in eum scribens modum inuere etiam uoluit: Pyra syluestria, aut folia simul incocta, uim strangulandi, qua fungis inest, tollunt, eademq; in cibo conserunt. Hanc pyrorum contra fungos efficaciam, Plinius libro 23. capite 7. ponderi & pugnanti succo attribuit. Intelligi praeterea potest et de pyris aromaticis, quae sane cum spiritus fragrantia sua corroborent, ueneni etiam noxam pellunt.

Quartum, raphanus: Eius Graeci duo faciunt genera, satiuu & syluestris. Satiuus hodie peculiariter raphanus minor dicitur, Germanice Rettich: Syluestris, Plinio lib. 19. capite. teste, Latinis Armoracia appellatur, Germanice Meerrettich. Satiuus excalfacit ordine tertio, desiccatur secundo: Syluestris autem in utroq; efficacior est. Quum & semen ipsum planta efficacius est. Satiuus contra uiperarum ictus auxili

Raphanus.

DE CONSERVANDA

liatur. His qui fungis strangulantur, tam cibo, quam potu salutaris est. Si quis ieiunus ipsos accipiat, securus erit, ut ne à medicamentis le- datur. Succus ipsorum ex aqua acceptus, bole- tis & uenenis resistit. Si uerò raphani succo quis manus suas probe illinat ac confricet, in- trepidè & citra periculum reptilia ac ser- pentes apprehendet. Scorpis impositi ra- phani, euestigio ipsos interficiunt, & succus in hoc expertus magis ac fortior est. Si quis præsumpto raphano à scorpio percutiatur, non solum non morietur, sed etiam celerem ianis- tatem adipiscetur. Raphanus autem ob eam e- tiam causam contra uenena ualere dicitur, quòd uomitiones moueat, quibus stomachus à nexijs humoribus expurgetur. Semen quoque uene- nis & uenenatis uermibus aduersatur. Con- tra cerastis morsus, potum ex uino auxilio est.

Raphanus ipse cum manifesta calfactione at- tenuandi atq; incidendi facultatem habet. Nā qua- litas acris in ipso superat: quibus rebus pituitam scindit & absunt. Sanguinem acrem atq; pun- gentem efficit, eoq; biliosis nocet. Stomacho aduersatur, ructus ciet, humorem crassum ac lentum, & , si uirtus concoctrix debilis fuerit, crudum etiam generat. Vomitum cieri per ra- phanum

rhanum sumptum ante reliquum cibum, dicit
 Dioscorides libro secundo capite 105. utpote
 qui hoc modo cibum eleuet, & ad euomendum
 protrudat. A reliquo autem cibo sumptum, α-
 νάδοσιμ, hoc est, distributionem ciborum in cor-
 pus iuuare perhibet, his uerbis: Summo tamen
 cibo sumi debet, quo magis eius distributionem
 adiuet: cum autem præsimitur, cibum suspen-
 dit: quare uonuturis commodissimè datur an-
 te cibum. Verùm Galenus libro secundo de al-
 liment. facul. capite 70. semirari ait, tum Me-
 dicos, tum idiotas, qui raphanos crudos à cœ-
 na ὑπεψίας γνεκον, id est, bonæ concoctio-
 nis gratia edunt. Ipsi quidem, inquit, hanc
 rem experientia satis sibi exploratam esse as-
 firmant, qui tamen ipsos sumi imitati, omnes
 læsi fuerunt. Sumpti enim post cibum, coctio-
 nem non iuuant, sed impediunt potius. Subin-
 de enim eructant, uentriculum probè claudi
 non sinunt, caput usporibus replent, eique gra-
 uitatem inducunt. Minus tamen officiunt, qui
 exigua copia à cœna cum sale & aceto inge-
 runtur. Indi ὑψυίαν καὶ πλὴν δ'ἰάνοιαν
 ὑπεψιβολον, id est, bonam ingenij habitu-
 dinem ac industriam hominu, memoriæque, quæ
 rectè ac perspicuè percipiat atque intelligat,
 efficere tradunt. Dioscoridi sensuum etiam a-

DE CONSERVANDA

eiem excitant . Lienam extenuant , ictero-
 ri & lumborum doloribus profunt . Nonnulli
 quoque cum oxymelite uomendi gratia propi-
 nant , multamq; educunt pituitam , & à febre
 quotidiana sepe & quartana liberantur . Fo-
 lia , si parua copia sumantur , coctionem adiu-
 uant , & ad appetentiam , que collapsa fuerit , ex-
 citandam accommodata sunt . Plura de rapha-
 no Dioscorides atq; Galenus locis paulò ante ei-
 tatis , Plinius lib. 20. ca. 4. Constantinus lib. 12. de
 agricul. ca. 22. & Simeon in Syntag.

**Theriac-
 ce.**

Quintum , Theriace . Hæc enim tota sub-
 stantia sua tam brutis , quàm ratiõne præditis ani-
 malibus contra omne ueneri genus auxilio est ,
 neminemq; pollicito frustrari sinit . Siquidem nul-
 lum unquam à feris , que hominem solent interi-
 mere , commorsum , hæc statim epota antidoto , pe-
 rijsse , memoria est proditum . Nullus eadem præ-
 sumpta , hæud multò post morsu impetitus , belluæ
 ueneno eeu illam superasse interiit . In pestifera
 etiam luc , solum hoc antidotum malo correptis
 prodesse adeò hæctenus uisum est , ut nullum ali-
 ud præsidium tanto malo resistere fuerit idone-
 um . Nanq; pestis , tanquàm & ipsa existat que-
 dam bellua , hæud paucos interimit , uerùm ciuita-
 tes quoq; totas depascens , malè conficit . Quip-
 pe praua quedam aëris ad corruptionem prom-
 pta mutatio efficitur , & homines cum respira-
 tionis

tionis necessitate periculum cuitare nequeant, ipsum aërem ueluti uenenum quoddam ad se per os attrahunt. Theriacen autem in eiusmodi aëris statu præsumentes, ne utiquam à malo corripiuntur. Quam & correptis iam eadem medetur, aëris inspirati malitiam inalterans, mutansq; , ut quæ corporis temperaturam insicci magis prohibeat. Breuiter, totum corpus ita ab iniurijs securum facit, ut nec à deleterio quopiam possit insicci. Consimilis serè uirtutis est & aliud quoddam amidotum, quod ab eius, cui in frequenti usu fuit, nomine, Mithridatium appellatur. In qualitate enim atq; efficacia theriacæ proximum est, parumq; differunt, nisi fortè quòd theriacæ paulò calidior, & contra serpentum uenena potentior est. Proditur magnum illum bellatorem Mithridatem hoc amidotum præsumentem, ob firmam corporis constitutionem ex illo preparatam, non potuisse ueneno potu interire. Cùm enim bellum aduersus Romanos gerens, à Pompeio uictus, in extremis medicamenti ueneno sanus mori cogretur, medicamento epoto, eoq; copioso, ipse quidem non interiit: filia autem ob eximium erga patrem amorem, cum eo mortem uolentes opteteret, eiusdem medicamenti potu subito conciderunt. Deinde cùm mortem ille obire statim non posset, ueneno propter amidotum præsumptum inefficaci, uocato quodam ipsius amico nomine

Mithridatium

DE CONSERVANDA

Bistoco, iniunxit ipsum iugularet. Atq; sic medicamenti opus ferro absoluens, mori ipsum uolenter coëgit. Hæc frè Galenus in lib. de Theriaca ad Pisonem ca. 2. & 8. & 28. Lege plura apud eundem in lib. de usu Theriacæ ad Pamphilianum per totum, & lib. 1 de amidotis ca. 16. & Auicennam 6. 4. trac. 3. ca. 1. & 6. 4. trac. 1. ca. 5.

Nuces.

Sextum, nuces: nempe iuglandes, quas nonnulli etiam regias appellant. ~~He~~ multo sanè in usu sunt. Cum ruta & ficis præsumptæ, & à summo cibo, letalibus uenenis aduersantur: nec minus si à ueneni haustu comedantur / Largius estate latos lumbricos pellunt. Cum cepis uerò, sale & melle, canis hominisq; morsui conferunt. Et hoc de aridis cum primis intelligendum est. Alimentum porrò, quod corpori præbent, exiguum est. Aridæ uiridibus ac humidis peiores habentur: unguinosiores enim, magisq; pingues sunt, itaque faciliè etiam in bilem transeunt: & quò diutius reconditæ fuerint, magis tales efficiuntur. Quamobrem oleum etiam ex inueteratis exprimere liceat. Tunc sanè concoctus difficiles, & stomacho, præsertim bilioso, inutiles fiunt, atq; bilem augent, faucium & capitis dolorem adferunt, tussientibus inimicæ, oculos ledunt, uertiginem faciunt, idq; cum à cibo sustinentur, lingue παράλυσις inducunt, & in ore inflammationes & ulcera pariunt. Stomacho
meliores

meliores fiunt, si cum caricis edantur. Ad uomitiones ieiunis in cibo utiles. Ceterum quæ uirides adhuc sunt atque humidae, neq; adstringentis qualitatibus, neq; oleosæ conspicuè participes, sed magis quodammodo qualitatibus experies, hæ stomacho minus nocent: dulciores enim sunt, faciliusq; concoquuntur, & multò magis, quando & ipsæ cum caricis manduntur. Humidæ præterea aptæ ad deiectionem sunt, siccæ uero minus. Pleriq; autem uentris subducendi gratia cum garo etiam ipsas præsumunt: in quem usum uirides sunt accommodatiores, ut quæ adstringentis qualitatibus minus sine participes. Quin & siccarum quoq; si prius (quod nonnulli faciunt) in aqua fuerint maceratæ, facultas uiridibus est adsimilis. Ad hæc uiridium nuclei depellati atque torrefacti aliquamulum, si à reliquo cibo cõmanducantur, ciborum in corpus distributionem adiuuant. Et sic patet in uniuersum, corporibus sanis nuces uirides magis quàm siccas conuenire. Plura Dioscorides lib. 1. cap. 140, Plinius lib. 23. ca. 8. Galenus lib. 2. de alimen. facul. ca. 28. & Simon Sethi in Synagmate.

DE AERE. CAP. XIII.

Lucidus ac mundus sit ritè habitabilis aer,

Infectus



Infectus neq; sit, nec olens fœtore cloacæ.

Die luffte darinn du wohſt ſei liecht/
Rein/vnuergifft/vnd ſtincck nicht.

Hic agitur de prima re non naturali, nempe de Aëre: cuius, ut Galenus libr. 9. ca. 14. metho. meden. & in arte medicinali ca. 85. teſtatur, nulla eſt cuitandi ratio. Nam in aëre nos ambiente ſemper uerſari, comedereq; ac bibere, & uigila

re, & dormire est necessarium, & sine eo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest. Hic igitur causa sine qua non, obtinet rationem. Quapropter sedulo hoc agendum, ut in ambiente, quoad fieri potest, quam optimo habitemus. Quod ut recte consequamur, quatuor eius notas hisce uersibus expressas diligenter consideremus oportet. Quarum prima quidem est, ut sit lucidus, clarus, minimeq; crassus, aut nebulosus. Crassus enim & obscurus humores confundit, turbidusq; ad cor descendit: quo fit, ut spiritus etiam turbidi ac crassi, tum corpus pigrum ac languidum reddentes, sum animam quoq; contristantes, ex eo producamur. Nihil autem magis uiuidum ac tacundum, minusue circa uoluntarios motus pigrum reddit hominem, quam si in lucido ac claro uersetur aere, aut mane surgat. Secunda, ut sit mundus, hoc est, exquisitè sincerus ac purus, nullisq; uaporibus inquinatus. Impurus namq; iuxta qualitatem & naturam illius, quod ipsi admiscetur cordis temperaturam uariat atq; immutat, quemadmodum id ipsum Hali Rhoboam com-
ment. 16. in lib. 3. Artis Medicinalis Galeni ostendit. Tertia, ne sit infectus, cuiusmodi esse solet in locis cadauerum non crematorum multitudine refertis, sicut in praelijs cōtingit. Nam hunc pestis ferè subsequitur. Inspiratus enim in corpore spiritus inficit. Quarta, ne sœtorem habeat

DE CONSERVANDA

eloacæ: Sub qua sanè comprehenduntur & particulares aëris infectiones omnes. quibus humana natura offenditur: nempe latrinarum, cœni, sterquiliniorum, fouearum culinæ, locorum in quæ cadauera & ossa mortuorum comportantur, & stagnorum seu paludum, idq; multo quidem magis, si linum insuper aut cannabis in eis putrescit. Quando enim aër huiusmodi sordibus inquinatus in corpora ingreditur, spiritus inficit, ac maximam cerebro noxam suggerit, uiarū spiritus obstructione facultatis animalis transitū prohibens, & halitu suo caput grauans. Huiusmodi ergo aër omnib. ex æquo ætatibus, omniq; temperatura noxius est: sicut è diuerso qui purus omnino est, nulli non ætati est utilis. Hinc non temerè Auicenna 2. 1. doc. 2. sum. 1. cap. 2. in hunc propè modum scriptum reliquit: Aër quidem optimè temperatus & clarus, cui nihil prorsus admissum est alienæ materiæ, quæ tota substantia spiritus temperaturæ contraria sit, sanitatem non efficit tantum, sed etiam conseruat. Contrarius uerò effectus producit contrarios. Verum quò prædictorum exactior habeatur notitia, sciendum est, Aërem pro tuenda bona uoletudine duobus modis esse necessarium: Primo quidem ob spirituum & caloris innati refrigerationem: Deinde uerò ob fumidi excrementi, spiritibus ac calori innato molestiam exhibentis, expulsionem.

nem. Quemadmodum enim externum ignem si-
 ne aëris euentilatione suffocari atq; extingui ui-
 demus, ita etiam de spiritibus & calore innato
 imaginari oportet. Nisi enim per assiduam inspi-
 rationem & transpirationem calor naturalis
 refrigeretur, ac quasi ueniletur, necesse est spi-
 ritum perire: Aëre enim indiget nutriente, con-
 seruante, temperante, atque depurante siue se-
 gregante. Nutritio ergo, conseruatio, & tem-
 peratio caloris innati fiunt per aëris attractio-
 nem. Depuratio per eiusdem expulsionem. Ac
 priores quidem fiunt asperæ arteriæ dilatatio-
 ne, quam *διαστολή* Græci nominant: ea enim
 aër frigidus attrahitur, qui uitale robur, unde
 spiritus quoque animalis gignitur, excitat &
 recreat. Alterauerò eiusdem arteriæ accidit
 contractione, *συστολή* Græci uocant, qua cer-
 tè, quod ex humorum deustione in toto ani-
 mane contractum uelut fumidum est excre-
 mentum, expellitur. Aër itaq; qui sic attrahitur,
 si foetidus & impurus fuerit, calorem innatum
 atque spiritus corrumpit. Hinc etiam intelli-
 gi potest, facillimè infici corda uenenato aëre.
 Quare pro tuenda bona ualetudine eligendus
 est aër optimæ essentiae, qui nihil uaporis seu
 balitus alieni in se admistum habeat, neque
 turbidus, aut nebulosus appareat. Qui e-
 nim talis existit, humores conturbat, & ut
amca

DE CONSERVANDA

*antea etiam dictum est, animum conuulsat. Sed sit exquisitè purus ac liber, qui ex terra plana uel edita uentorum per flatu undiq; lustretur. Et cui fumi, pulueres, & nebule admiste non sine. Et qui nec stagni, nec paludis halitu sit infectus, nec ex profundo specu pestilentem auram spiret, qualis circa $\sigma\alpha\pi\delta$ eis, & Hierapolin, aliubiq; in multis terrarum locis uisitur. Nec qui ex cloacis, quæ urbem, aut numerosum exercitum purgens, uitium contraxit. Nec qui ex animalium, olerum, leguminum, aut prauarum arborum putredine, aut fimo coinquinatur. Nec qui ob stagnum, uel flumen uicinum nebulosus est. Nec qui editis undiq; montibus in cauo loco, siue ualle cõclusus nullum recipit per flatu. Suffocans enim putrisq; est, similis ei, qui in dõmib, quibusdã est inclusus, in quib. ob putredinẽ, et per flatu defectu,
plurimus aceruatur squalor ac situs. Proinde omni planè etati noxius est, & uitandus, quemadmodum & quilibet inclusus. Hæc ferè Galenus lib. 1. cap. 16. de sanitate tuenda. In pestilente tamen ambiens constitutione, ob generaliore pu-
 trefactionem, inclusus conuenientior existit: unde per id tempus domi manere, fenestrasq; occludere oportet, ne qua pestilens aer ingrediatur: Quòd si cui tamen eas aperire placuerit, curandum imprimis, ut sint uersus Orientẽ, aut Septentrionem constitutæ: idq; fiat à sole iam al. quot ho-*

ris orto. Calor enim solis citius irrumpens caliginem atq; putredines aëris dissipat, omniēque crassitudinem eius attenuat. Ad postremum uerò cauendum etiam, ne uel minimum quidem aër in qualitatibus suis tam actiuis quàm passiuis, caliditate numdrum, frigiditate, humiditate, & siccitate, excedat. Si uerò talis loco habitationis nostræ natura defecerit, arte nostra moliendum erit, ut qualem esse expedit, præparetur. Id autem qua ratione fieri possit, Galenus libro 9. metho. meden. capite 14. & Auicenna 2. 1. doc. 2. Sum. 1. capite 6. 7. 8. & 9. copiosè admodum docent.

DE NIMIÀ VINI POTATIONE.
ne. Cap. XV.



DE CONSERVANDA

Snocturna tibi noceat potatio uini,
 Hoc tu mane bibas iterum, & fuerit medicina.

Warestu truncken nechten spat/
 Trinck frû herwider ist mein rath.

Preceptum hoc loco de ijs traditur, qui manè ob pridianum uini potum egrotant : nempe ut tum quoque ipsis paulum uini propinetur. Porro largior uini inuitatio, quæ ultra quàm satis est, ac multam in noctem producit, ebrietatem nonnunquam, sæpe sitim matutinam, aliquando uerò immodicam etiam corporis exaltationem suscitare solet. Siquidem exaltationem, maximus error est, id manè repetere: nam perinde hoc esset, ac si ignem igni adderes, oleoque incendium restingueres. Si ebrietatem cum nausea quadam, nihil incommodauerit, si etiam paulum eius manè propinetur. Sic enim faciliè uomitus elicietur, uentriculusque à bile & pituitis, cæterisque prauis ac uitiosis humoribus, quibus grauatus fuit, exonerabitur, adeoque crapula cum omni eius noxa discutietur. Vomus enim præstare iuuamentum, ut stomachus à materiis humoralibus euacuetur, autor est Auicenna 4. 1. capite 13. probatque

batq; uomitum bis fieri in mense continuis duobus diebus, ex autoritate Hippocratis in libro de diæta salubri, & in libro de insomnijs, nimirum ut secundus dies prioris uomitus reliquias extrudat. Idem 3. 2. doc. 2. capite d. non parum emolumentum ex eo consecuturum adserit, si quis semel in mense inebrietur: quo uidelicet per ebrietatem uomitus excitetur, ut qui maxime ab aegritudinibus chronicis, hoc est, longis ac malis tueri queat. Sed Rabbi Moses Trac. 4. ad Soltanum Babylonie hanc sententiam ceu erroneam ijs conuellit uerbis: Nocet, inquit ens, ebrietas omnis, & maxime assidua. Erro- rauit ergo qui esse putauit utilem ebrietatem semel in mense. Quin eadem etiam à Gauielmo Placentino libro primo capite octauo de curatione morborum, & à Gordomo particul. 2. Lilijs, capite uigesimo primo, & à Valeſco libro primo Philonij capite octauo redarguitur, ut quibus preseruari, quam curari melius esse uideatur. De uomitu plura infra capite 107. Si quis ex nocturna uini potatione, propterea quod bibere illud non consueuerit, obleditur, huic & manè, quo adsuescat, idem propinandum est: sic enim fiet, ut ex uini sumptione minorem lesionem sentiat. Nam à consuetudine, ut est apud Hippocratem lib. 2. apho. 50. minor fit lesio, si uero nocturnam uini potationem

DE CONSERVANDA

manē sitis excipiat, ea mendosa est, & curatur quidem sumptione uini, sed magis tamen aquæ. Cæterum nūmquā ignorandum hoc loco, ab assidua & quotidiana ebrietate summopere omnibus, tam firmum, quā imbecille cerebrum habentibus, ex æquo cauendum esse. Frequens siquidem ebrietas, quæ admodum 3.1. doc. 2. capite 8. Auicenna testatur, sex morborum genera in humanis corporibus excitat. Primò namque iccoris ἐνεξία, hoc est, bonum habitum dissoluit. Vinum enim immoderatus sumptum calorem eius naturalem uel obtundit, uel resoluit, atque debilitat, adeo ut facultatem auertat sanguificam, & aquosas humiditates ὑπόσποα efficientes pro sanguine generet. Vel hepar ipsum unā cum humoribus eius adurit: quam sanè rem magna ex parte sequi solet, uel ἐλεφαστίαισις, quæ est Arabum lepra, uel mania. Deinde assidua fumorum è uino sublatione bonam etiam cerebri constitutionem destruit: Calidum quidem phrenitidi, aut manie, frigidum uerò epilepsie, lethargo, apoplexie, aut caro, Arabibus Subeth appellato, obnoxium reddens. Tertio loco neruorum imbecillitas continuatam uini perpotationem sequitur: atque inde sanè accidit ut bibacibus & frequenter inebriari solitis caput, manus, ac reliqua membra propè omnia tremula efficiantur, idque non tantum in

scmo,

Ebrietas
incommoda.

senio, cuius maximè proprium hoc vitium est, sed in cruda quoque uiridiq; senecta, & quandoque etiam in iuuentute. Quarto, frigida neruis vitia, nempe conuulsionem, ac paralyfin adducit. Vbi enim immoderatus sumitur uinum, ut quod calidam habeat temperaturam, facillimè eos replere solet. Talis siquidem natura promptè omnia subintrat, præsertim quum non admodum crassam substantiam habuerit. Substantiæ igitur copia uinum neruis hæc adfert mala, Galeno comment. 5. libro quinto aphorismor. teste. Vinum etiam frequenter in uentriculo acescit, unde non minimum læduntur nerui. Ex defectu præterea concoctionis uinum sepe conuertitur uel in crudas atque aquosas humiditates, quibus laxati nerui resoluumur, uel in frigidos, crassos, & glutinosos succos, quibus iidem obstructi aut distenduntur, aut contrahuntur. Quinto, Apoplexiam procreat: pituitoso enim, hoc est, frigido, crasso, lenoq; humore, quem temporis tractu generat, addo principalissimos cerebri uentriculos una uice & cumulatum replet, ut subito omnes corporis particule motu simul ac sensu destituantur. Sexto uerò repentinam sepe mortem adfert: locis enim spirationis uini, uel inde generatarum humiditatum multitudine uehementer coarctatis atque impeditis, ebrius stertendo &

DE CONSERVANDA

Dormiendo suffocatur. Hæc omnia Galenus etiam libro 3. de temperamentis, in eum scribens modum confirmat: Vinum inquit, non semper animal calfacit, æquè ut nec oleum flammam accendit, tametsi aptissimum est ignis nutrimentum. Imò si imbecille & exigue flammæ conferas: multum oleum infundas, suffocabis eam, prorsusq; extingues potius, quàm augebis. Sic igitur & uinum, ubi plus bibitur, quàm ut uinci possit, tantum abest ut animal calfaciat, ut etiam frigidiora uitia gignat, quippe apoplexia, & paraplegia, & quæ Greci Caros, & comata uocamus, & neruorum resolutio, & comitiales morbi, & conuulsiones, & tetani immodicum uini potum comitantur: quorum unumquodque frigidum est uitium. Hæc ille. *Quantum uerò à nobis hæctenus dicta mala uino immoderate sumpto accepta ferenda sunt, non parum tamen cōferre existimandū est, si modicè bibatur.* Auisenna loco supra citato quinque eius recenset comoda. Primo namq; calore & subtilitate substantiæ, tum conuenienti quoq; & occultæ proprietate facilem efficit ciborum, quibus permiscetur, in omnia membra distributionem: Vnde elegantissimè ab Hippocrate in libro de alimento οχημα τῆς τροφῆς, hoc est, alimenti uehiculum nuncupatur. Idq; meritò sanè: neque enim ex uentriculo in uenas, quæ sunt in hepate multe

& angustæ, succus facile transmitti posset, nisi a-
 liquis ei tenuis & aquosus humor, tanquam ue-
 hiculum, permisceretur. Deinde eadem etiam
 ratione phlegma incidit atq; resoluit, meatuum
 obstructions aperit, adcoq; naturam ipsam ad
 excretionem incitat. Tertio flauam bilem per u-
 rinam, sudorem, excrementa, & transpiratio-
 nem insensibilem, αὐτὸν ἢ διὰ τὴν ἀπορροήν
 Græci uocant, expellit: idq; intelligendum maxi-
 me de uino tenui, subrubeo, siue albo, per natu-
 ram debili, uel abundè diluto. Potentia enim fla-
 uam bilem augere potius, quàm expellunt: quod
 infita quadam ui in eam facile commutemur, &
 hepatis, ultra quàm satis est, calfacians. Quarto
 atram bilem, quæ crassa & tardi motus est,
 per proprios meatus ab hepate ad splenem, &
 à splene ad os uentriculi nullo negotio deducit,
 eandemq; è corpore tandem una cum fecibus
 exigit. Quinetiam melancholice noxas substan-
 tia, temperamento, & effectibus suis contra-
 rijs reprimit ac tollit. Melancholia siquidem
 tristitiam, timorem, pusillanimitatem, & auari-
 tiam: uinū uerò letitiam, audaciam, magnanimita-
 tem, & liberalitatem parit. Quinto modetur o-
 mnibus modis sex specieb. lassitudinis, nisi multa
 extranea caliditas ipsis cōiuncta fuerit. Spiritus
 enim languidos, tantumq; non exolutos, abundè
 reficit et recreat, facultates corroborat, et humi-

DE CONSERVANDA

ditates musculis, neruis, chordis & iuncturis insidentes aut eximit, aut certè minuit. Adhæc, in arefactiua lassitudine, re ita postulante, uelociter humectat, præsertim si dilutum fuerit. Præstat præterea & alia quàm plurima commoda. Galeno enim teste lib. 3. de temperamen, ca. 3. omnium celerrimè nutrit: nam ut adsimiletur, mutationem desiderat minimam. Calorem & spiritum naturalem corroborat, totum corpus calfacit, cerebrum purgat, intellectum excitat, cor exhilarat, iram mitigat, tristitiam remouet, libidinem incitat, præq; omnibus alijs potibus concoctionem semicrudorum humorum in quauis corporis parte adiuuat, & ut unico uerbo rem totam perstringam, hominem & anima & corpore reddit uiriliorem: unde abstemij, si cetera æquabiliter se habeant, reliquis sunt effœminatiores.

DE MELIORE VINO.

Cap. XVI.

Gignit & humores melius uinum meliores,

Si fuerit nigrum, corpus reddet tibi pigrum.

Vinum sit clarumq; uetus, subtile, maturum,

Ac

Ac bene dilutum, saliens moderamine
sumptum.

Der beste wein dem leib wol nutz/
Der schwarzfarb wein benimpt den lust.
Trincf messig alien subtiln wein/
Gemischt/klar/springend sol er sein.

Hic docetur in primis, ex meliore uino meliores humores procreari: neq; id sanè immeritò. Nam quamò præstantior humorum materia fuerit, tamò ex ea etiam meliores humores gigni, rationi consentaneum est. Subiungitur demòde, corpus nigri uini potu torpidum ac pigrum reddi, & ne hoc quidem citra rationem. Nam cum reliquis sit crassius ac terrene nature magis particeps, spiritus etiam crassiores inde produci necesse est. Similem esse oportet defluxum subiecte substantiæ, ut locis suprà aliquoties citatis Galenus autor est. Iam uerò spiritus crassiores corpus grauant, & ad uoluntarios motus perficiendos pigrum reddunt. Tertio loco septem referuntur præcepta de electione uini.

Primum, ut sit clarum: hoc enim utpote subtile, spiritus etiam claros ac subtiles generat.

Secundum, ut sit uetus: Nouum enim siue mustum (si cætera consensiant) facilius inebriat, al-

Vinum
uetus.

DE CONSERVANDA

quedam adfert incommoda, de quibus infra ca. 26. Neq; ita tamen hoc intelligendum uenit, ut nobis admodum uetus eligendum uideatur. Tale enim iuxta Auicennæ sententiam 3. 1. doc. 2. caps. 8. inter medicamenta potius, quam potus reponendum est. Maior siquidem ei corporis ad caliditatem & siccitatem alterandi, quam alendi facultas inest. Alimentum enim quod ex ipso corpori hominum accedit, exiguum est: eò quòd à se cibis & uiriditate, quibus permistum & confusum fuit, iam repurgatum, seq; ipso calidius quodammodo effectum sit. Vinum nanq;, sicuti lib. 8. ca. 14. de simpl. medicam. facul. à Galeno scribitur, ex secundo est ordine excalfaciendum: sed quod admodum uetus est, ex tertio: sicut mustum, quod uocant ex primo. Caliditati eius proportionè respondet siccitas.

Tertium, ut sit subtile: tale enim spiritus procreat multos atq; subtiles: cùm è diuerso crassum crassos generet.

Quartum, ut sit maturum, non austerum, siue stypticum. Austerum nanq; uinum, quemadmodum comment. 8. lib. 3. de uic. rat. in morb. acu. Galenus attestatur, excretiones omnes cohibet. Quare ledit ea corpora, quibus per urinas expurgari est opus, ledit quoq; superiora omnia. Sed tamen ipsa astrictiõis ratione omnino iuuamentum præstat egritudinibus intestino-
rum,

ram. Verum huiusmodi astringentem labefaciat, exoluitque si aqua temperatum fuerit.

Quintum, ut sit dilutum: Vinum enim cum diluitur, hoc est, aqua temperatur, remittit fumositatem suam, atque ob eam rem minus cum caput grauat, tum inebriat. Sed hoc ipsum de uino subtili potissimum intelligendum uidetur, Nempè crassum diluendo subtilius ac magis fumosum efficitur, atque ob id citius inebriat. De eo igitur Auicennam intellexisse censendum est. 3. 1. doct. 2. cap. 8. dum inquit: Mixtum uelocius inebriat.

Sextum, ut infundendo quasi subsiliat: Et est una de boni uini conditionibus, de quibus ca. 10. dictum est.

Septimum, ut modicè sumatur: Vinum enim modicè sumptum acuit ingenium. Excitat enim uini calor inueniendi uim, quæ torpet nonnunquam in ieiunis. Extat hæc sententia in lib. de disciplina scholarium, qui Seuerino Boethio adscribitur, ca. 2. Vinum, inquit, modicè sumptum intellectui uidetur conferre acumen, non autem modicè sumptum rationem perturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorè infundit, ad ignorantiam perducit. Ex omnibus iam dictis colligitur, pro conseruanda bona ualitudine eligendum esse uinum etate

DE C O N S E R V A N D A

te medium, clarum, rubedine nonnulla partiel-
pans, odoratum, sapore equale, ita ut nō acre sit,
nec acutum, neq; dulce, nec fumosum, neq; cras-
sum, neq; subtile nimis, sed ad subtilitatem incli-
nans, neq; excellenter potens, neq; plus equo im-
becillum, sed medium, natum in colle aperto meri
Vergi. 2. *diem spectante, regione inter caliditatem ac fri-*
Georg. *giditatem temperata. Hæc ferè Auicenna loco cū*
Apertos *tato. Porrò circa uini usum pro ætatis ratione*
Bacchus *tres notande sunt regulæ. Prima, ne pueris de-*
amat col *tur uinum in potu: nam perinde hoc esset, ac si*
les, & c. *ignem igni addas. Quippe quòd haustum & hu-*
mectat nimium, & calfacit corpus, tum caput
balitu replet ijs, qui humido calidoq; tempera-
mento sunt, quale est eiusmodi puerorum. Atqui
nec repleti his caput est utile, nec suprà, quàm
pár est humidos calidosq; fieri: quoniam eò iam
caloris humorisq; peruenerunt, ut si paululum
utramuis qualitatem auxeris, iam modum excess-
serint. Cùm autem sit omnis excessus fugiendus,
maximè hunc fugere expedit, ex quo non cor-
pori modò, uerum etiam animo damnum ac-
cedit. Galenus lib. 1. ca. 15. de sanita. tuenda. Se-
cunda, ut seni detur, quancum citra dispendium
ualetudinis ferre queat, hoc est, quantum appe-
tit genuina ac regulari appetentia. Quæmadmo-
dum enim ocreæ ueteres, aride, & corruga-
te oleo, ita corpora senum uino electo, que-
le

le est Bellouacense, reficiuntur ac reuocantur. Senibus. n. cum exangues & frigidi sint, unū illud maximum commodum ex uino accedit, quòd et a eis frigiditatem ad symmetriam & mediocritatē caloris reducat, tristitiam & melancholiam, quibus abundant, expellat, & soporem, quo ferè destituuntur, reuocet: obstructions itē, quibus ijdem obnoxij sunt, tollat. Sanè uinum sicuti pueris alienissimum, ita senibus aptissimum est. Galenus lib. 5. de sanitate tuenda cap. 7. Tertia, ut iuuenibus non exhibeatur nisi temperatè. Nam, ut Galenus inquit lib. 1. de sanitate tuenda cap. 15. Neq; iam adultis uinum, nisi modicè sumptum, existimandum est utile esse: quòd uidelicet & ad iram & ad libidinem precipites facit, et partem animi rationalem hebetem turbidamq; reddit. Ceterum his ipsis ad bilis excrementa uel mitiganda, uel expellenda, est sanè non inutile: Corpus corroborat, & ingenium ob subtilium et tenuium spirituum copiam exacuit. Plura Plato lib. 2. de legibus, Seneca lib. 1. ca. 20. de ira, & Galenus in libro, quòd animi mores corporis temperaturam sequantur, ca. 10.

Vinum
est lac se
num.

DE CEREVISIA.

Cap. XVII.

Non acidum sapiat ceruisia, sit benè clara,

Ex



Ex granis fit cocta bonis satis, ac ueterata.

**Sas hier sei klar vnd alt von jom/
Nicht saur/gekocht von gutem Korn.**

Hic quinque traduntur notæ eligendæ ceruisiæ.

Prima, ut non sit acida : hæc enim uentriculo inimica est . Acetum namq; , quemadmodum comment. 39. lib. 3. de uictus rat. in morb. acu. Galenus docet, suapte natura neruos offendit, idq; sanè experimētum testatur, & demonstrat ratio. Nempe exangues sunt, & idèò frigidi facileq; ab ijs, quæ refrigerant simul & tenues habent partes, afficiuntur medicamentis. Leduntur præterea & à reliquis perfrigerantibus omnibus : sed substantia aceti, quod tenuium est partium, in eorum mergitur profundum : atque in omnes ita irrumpit p. rtes, ut ne minimum quidem ex

eis illa sum maneat. Sic igitur acetum nervosus offendit partes. Venterculus autem nervosus est. Ergo &c.

Secunda, ut sit clara: turbida enim impinguat quidem, sed urinarum meatus obstruit, atq; ob id calculosis plurimum nocet, status gignit, difficilem atq; breuem spirationem efficit, & pituitam auget.

Tertia, ut sit cocta ex bonis, ac ualidis, & minime corruptis granis, nempe ex optimo hordeo, tritico, uel aueua: quanto enim grana meliora fuerint, tanto & meliorem inde humorem gignit per est.

Quarta, ut sit bene ac perfecte cocta. Hec enim melius concoquitur, & naturae conuenientior existit. Male uero cocta, uentris inflationes, tormina, & colicos cruciatus generat.

Quinta, ut sit uetus, & à sacibus repurgata. Recens enim praeterquam quod iisdem malis, quibus male cocta obnoxia est, stranguriam etiam facit. Plura infra ca. 46.

DE VSV CERVISIAE.

Cap. XVIII.

DE qua potetur, stomachus non inde grauetur.

DE CONSERVANDA

Daß bier dem malz odder farb gebriecht/
 Das saur odder jung ist/trincke nicht/
 Trinckes doch nach not/ vnd füll dein Fragn/
 Nur daß nicht werd beschwert dein magt.

Hic unicum de ceruisie usu præceptum traditur: nempe ut modicè sumatur, neq; ea stomachus prægrauetur, uel ebrietas concilietur. Ebrietas enim ex ceruisia quàm uino deterior est, & diutius perdurat, quòd crassior, concoctusq; difficilior sit, quàm uinum. Fumi namq; crassiores inde ad caput eleuantur, quàm ex uino: quare tardius etiam discutuntur. Ex quo sanè loco sequitur etiam, in principio prandij uel cœnæ potum à ceruisia utilius, quàm à uino inchoari. Venter enim ante cibi sumptionem uacuus & nutrimenti indigus è proximis haud dubiè uisceribus attrahit. Illa uerò, ut copiosè admodum lib. 3. de facul. natu. ca. 13. Galenus docet, nihil præter superfluitates & excrementa retribuisse certum est: quo fit, ut superfluitatibus iam atq; excrementis abundet. Quæ certè potissima causa est, cur in maxima fame Medici cõsulant, ut ante cibi sumptionem uomitus eliciatur: quo nimirum superfluitates illæ à uentriculo attractæ euacuentur prius, minimeq; cum uoluntate misceantur. Si igitur in principio mensæ biberetur uinum, quo natura præcipuè delectatur.

tur, quòdque auidissimè ab ea, quæ uisceribus inest, trahendi uirapitur: superfluitates à uentriculo attractæ unà cum uino in omnia statim corporis membra non sine sanuatis dispendio distraherentur. Atq; ob hoc fortassis Ioannes Mattheus de Gradi. consilio 90. non in principio solum mensæ, sed in maxima quoque siti, & post quamlibet actionem fortem ac uehementem à uino abstinendum censet: quippe quod ita sumptum incoctum adhuc ac crudum ad neruos faciliè penetret, atque inibi in acctum commutetur. Ceruisia uerò utpote crassior, & ad concoctionem pertinacior, non tam auidè rapitur: quare ab ea potus in principio prandij uel cœnæ utilius inchoatur. Ceruisia humores etiam orificio stomachi incidentes abluit, & sitim, quæ ex nimia uini potatione timetur, præterea & quamlibet aliam mendosam, coërcet ac reprimi.

QVAE VICTVS RATIO

quolibet anni tempore

fit utilis. Cap.

XIX.

Temporibus ueris modicum prandere iuberis,
Sed calor æstatis dapibus nocet immo
deratis, M

DE CONSERVANDA

Autumni fructus caueas ne sint tibi lu-
ctus,
De mensa sume, quantum uis tempore
Brumæ.

Im Lenzgen isss mit maßigkeit/
Im Sommer wirt dir schlemmen leid.
Des Herbstes frucht wünsch nicht vñ sust/
Im Winter is nach allem lust.

Hic pro singulis anni temporibus conueniens instituitur uictus ratio: Et primò quidem de Vere agitur. Verno siquidem tempore modicè prandendum est, id est, paulum cibo demendum, adijciendumq; potioni. Cornelio Celso lib. 1. cap. 3. & Auicenna 2. 1. doc. 2. cap. 6. testibus. Hyeme enim, ob tēporis gulositatem, exercitij paruitatē, et resolutionis prohibitionem, humores crudi, maximeq; phlegmatici ex temporis proportione generati in interioribus corporis ob ambiētis aēris frigiditatem, siue ἀντιπερισσῶν, adunantur. Ver autem superueniens illos eliquat, & per totum corpus diffundit: Quare natura per id tempus plurimum circa illorum concoctionem occupata est. Si itaque in uere magna daretur cibi copia, natura impedita à predictorum humorum concoctione diuerteretur: utpote humoribus, & magna ciborum copia plus equo graua-
ta;

ta: unde relictī in corpore humores crudi & incocti facile in membrum aliquod decumbentes egritudinem inducerent. Quare summopere cauendum est, ut id temporis cibo non nihil dematur. Ciborum enim diminutio ab egritudinibus ueris maximè præseruat, Auicenna ibidem teste. Et hoc quidem de adulto & extremo uere intelligendum. Nouum enim hyemā adsimulatur, unde & hyemis ritu per id tempus cibus administrandus est. Intelligendum item de corpore crudis & phlegmaticis humoribus refferto. Corpori nanque in humoribus temperato cibus iuxta caloris innati, atque eius, quæ à corpore fit resolutionis, proportionem exhibendus est: ablata enim causa est diminutionis cibi. Vnde Hippocrates libro 1. apho. 15. Venres hyeme & uere natura calidissimi sunt, & somnolongiissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimentis.

Secundo, de æstate: nempe quòd immoderata cibi sumptio æstate noccat. Siquidem uirtus concoctrix tunc debilis existit: Calor enim innatus, qui omnium operū naturalium causa est, propter extrinsecus circumstantis caloris excessum, ad sibi affinem extrà protèditur, atque ita contingit dissolui ac dissipari eius substantiam: ob hoc igitur debilior redditur, quàm ut multū cibū

Æstatis
cibus.

DE CONSERVANDA

conficere queat, Galen. comment. 15. lib. 1. apho. Vbi minimè tamen silencio prætereundum est, ob maximam humiditatum corporis tam substantia- lium, quàm nutrimentalium, quæ per æstatem fie ri solet, difflationem, plurimum quidem ac cras- sius alimentum exhibendum esse, si uirtus conco- ctioni sufficeret. Verùm eùm uno eodemq; tem- pore multum conficere non sufficiat, parum de eo ac sæpius exhibendum est. Id quod comment. 17. libr. 1. apho. Galenus ijs significauit uerbis: Aestiuo quidem tempore, quantum ad temporis rationem attinet, sæpius pauca danda sunt, quo- niam & pluri egent adiectione, ut qui sunt disso- luti, & uires habeant imbecilles. Idem Cornelius Celsus libro 1. capite 3. sic scribens confirmat: Aestate ut sæpius cibo utendum, sic exiguo est. Quanquam uerò cibo nonnihil per æstatem de- mendum est, potioni tamen adijciendum uide- tur. Maxima siquidem tum fit difflatio & ex- iccatio corporis, & calor humidum longè exu- perat, unde maior etiam sitis exoritur. Elixix itaq; frigidisq; cibis, ac potione tum multa, tum diluta utendum. Vinum uerò purum ac uino- sum, ut quod facile inflammetur, & uiolen- to estu uehementem calorem incendat, uitan- dum.

Tertio, de Autumno: ut scilicet in eo à pomis ac cæteris autumnalibus fructibus, nimis

rum uuis, persicis, ficibus, & similibus abstinatur, uel parcè saltem de ipsis assumatur: ob ebullitionem enim quam in corpore et humoribus faciunt, sanguinem nimis fluidum & putrefactioni accommodum generant, idque maximè in uentriculo impuro & corporibus κακοχόμεis, qualia per autumnum sæpius occurrunt: quæ ob id etiam malis corripimur ægritudinibus, cuiusmodi habentur imprimis uariolæ, morbilli, & pestilentes. Quod palàm etiam Paulus Aegineta libro 1. capite 53. ita scribens attestatur: Poma in autumnno assatim assumere noxium est, ut quæ non copia tantùm ob sint, uerumetiam uitiosos procreent humores & inflationes. Etenim præstantissima, nempè ficus et uuæ, flatus pariunt corrumpunq; cibos, nisi ante alios præsumantur: ita uerò neque inflant neque corrumpunt. Cæterùm quò exactior uictus ratio per autumnum habeatur, unicè hoc omnibus, qui sanitatis tuendæ curam susceperint, cauendum est, quemadmodum libro 4. ad Alman. capite 26. Rhazes præcipit, ne famem uel sitim patiantur, uel cibo una hora repleantur, uel aqua. Vinum autem bibendum est paulò liberius, nō tamen immodicè, ceu in æstate, dilutū: nempè ut corpus humectet, et calorem reprimat. Quod enim aqua immodicè temperatum est, calorem obtundit, inflationes ac inde colicos cruciatus

DE CONSERVANDA

procreat. Minus etiam eius quam per *estatem* sumendum est. Siquidem natura tunc imbecillior existit, quam ut magnam uini copiam concoquere queat. Sunt apud Galenū in libro de cibis boni & mali succi, ca. 3. pulcherrima quedam ac utilissima de horaei fructibus precepta, quem sanè locum, quia ualde eruditus est, hic integram subiungere placuit. Pater meus, inquit, geometriæ, architectonæ, astronomæ, arithmetiæ, logistici studijs plurimum ualuit. maximeque omnibus, quibus erat notus, ob ipsius iustitiam, modestiam, bonitatem, ut quiuis ex philosophis, admirationi fuit. Is cum puer ipse adhuc essem, eam mihi uictus rationem instituit, ut nullis per id tempus obnoxius morbis uixerim. Vbi uerò adolescenciam sum ingressus, ille in agrum rei rusticæ studiosus concessit, ego uerò doctrine studijs ardentius quam ceteri condiscipuli die noctuq; operam dabā. Sed cum per totum id tempus, quod ὀτῶρα uocant, horaeis, hoc est, temporarijs uel fugacibus fructibus unā cum equalibus meis uberius usus essem, adueniente autumno, acuto morbo correptus sum, uenāque incidere opus fuit. Cumq; ergo in urbem pater reuerteretur, ad me obiurgandum se conuertit, eiusq; generis uictus admonuit, quo eodem suadente, usus antea fueram, utque ab illo in posterum minime discederem, uitamque

sodalium

Sodalium incontinentium consuetudinem præcepit. Tum sequenti etiam anno operam curamq; adhibuit, ut sobriè uiucrem, atq; horæos fructus cum moderatione gustarem. Atq; ita in eo anno qui erat ætatis meæ undeuicesimus, incolumis uixi. Sed cum altero deinde anno pater excessisset è uita, ipseq; unà cum eiusdem ætatis amicis oporæ fructus ad satietatem sumerem, in ægritudinem superiori consimilem incidi, ut tunc quoq; sanguinis missione opus esset. Deinde uerò uel singulis annis, uel alternis nonnunquam, ad octauū usq; & uicesimum annum morbo aliquo laborabam. Cumq; tunc temporis periculum esset, ne ea pars mihi, quæ tecur septo transuerso annexū est, abcessu corriperetur, ab esu horæorum omnium mihi penitus abstimendum proposui, exceptis ficibus uuisq; omnino maturis, quas neq; intemperanter ut anca, sed cum moderatione sumebā. Quā sanè uictus rationem, cum quidam ex sodalib. natu me duobus annis maior comprobaret, curam ambo adhibuimus, ut exerceceremur, cruditatesq; omnino uitaremus, ob idq; ad hanc usq; diem multos iam annos incolumes uiximus. Reliqui quoq; ex amicis, qui me hortante exercitatione usi sunt moderateq; cibum sumpserunt, rectè omnes semper ualuerunt, sed alij quidem à quimo iam & uicesimo, alij ab aliquanto paucioribus annis, ut cuique scilicet persuasum fuit, horæos fructus,

DE CONSERVANDA

Hyemis
tibi par-
61.
 cibosq; alios mali succi vitari oportere. Hæc ille,
 Quarto, de hyeme: Hyberno siquidem tempo-
 re, Avicenna 2. 1. doc. 2. ca. 6. teste, quantum vo-
 lumus, hoc est, plus quam cæteris temporib. eden-
 dum est. Quod Galeni etiã testimonio confirma-
 tur, qui com. 17. lib. 1. apho, in eum scribit mo-
 dum: Hyberno tempore multa quidem danda
 sunt propter robur uirium, sed raro, quia non
 valde multa indigent adiectione laborantes, ut
 quibus nõ multa fiat euacuatio. Et ratio quidem
 est, quia calor innatus hyeme intensior est, tum
 quia unctus, tum quia corroboratus $\delta\iota\alpha\ \tau\acute{\omega}\ \alpha\nu\tau\iota\ \pi\epsilon\rho\acute{\iota}\varsigma\ \alpha\sigma\iota\upsilon$, id est, iuxta positionem sui contra-
 rii, nempe aëris frigidi corpora ambiens. De
 qua plura Aristoteles lib. 1. ca. 12. $\mu\epsilon\tau\epsilon\omega\rho\omicron\lambda\omicron\gamma\epsilon\ \kappa\omicron\mu$. Sed hoc ueritatem habet in robustis &
 corpulentis, non autem in raris & debilibus. In
 his enim intensum hyemis frigus non modò nõ cor-
 roborat calorem innatum, sed magis debilitat.
 Quòd uerò hyberno tempore calor plurimus sit,
 innuit Hippo. apho. 15. lib. 1. Ventres hyeme &
 uere natura calidissimi sunt, et somni longissimi:
 quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt
 exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus
 est, unde & plurib. egent alimentis. Quæ quidem
 et crassiora & concoctu difficiliora exhibere li-
 cet, eò q; calor intensior sit. Vino aut utendū est
 tū meraciore, tū rubicundiore. Quamquam uerò

in hyeme ob robur caloris innati et fortitudinem uirtutis cōcoctricis, cibi crassiores ac densiores cōueniunt, quia tamē tunc temporis ob phlegmatis abundantiam corpora facili mē replentur & obstruuntur, & parua fit à cominente resolutio: tutius est uti cibi inter solidum & rarum medijs: qualis est caro hœdina, uitulina, ueruecina, luciorum, percarum & cancrorum: Crassioribus uerò, ut bouina, ceruina, porcina, concharum, ostreorum, carpionum, & simulium, abstinendum, aut certè cum moderatione utendum: adhibitis semper rebus apertiujs & diureticis, nimirum petroselino, nasturtio, apio, & exercitio forti. Caterum circa uictus rationem pro singulis anni temporibus conuenientem hoc etiam notandum uenit: Quòd autumno quidem melancholicis cibis ac siccantibus abstinere oporteat, hyeme uerò eis uti, quemadmodum sanè estate humectantibus & refrigerantibus: Vere autem, quòd medijs sit temperamenti, mediæ facultatis cibos edere, quemadmodum libro 1. capite 25. de alimēto. faculta. Galenus attestatur.

DE PRAVO POTV COR.

rigendo. Cap. .XX.

SAluia cum ruta faciunt tibi pocula
tuta,

DE CONSERVANDA

Adde rosæ florem, minuuntq; potenter amorem.

Salb vnd rautten/macht sichern tranck/
Die roß darbei die lieb bezwanck.

Duo traduntur hoc loco prauis potus remedia.

Salvia

Primum, Salvia: cuius folia potibus immerfa vitia eorum proprietate quadam tollunt. Peculiarem præterea habent gratiam roborandi cerebrum ac nervos: ijs uerò roboratis, malis fumis ex prauo potu procedentibus melius resistitur.

Ruta.

Secundum, Ruta: Huius namq; folia integra ac citra contritionem ullam potioni imposta, auxiliarem uim contra perniciem eius præstant. Etenim caliditate proprietate sua potus uitia emendant. De ruta, quomodo aduersus uenena conferat, satis dictum est supra ca. 13. Ad dicitur in posteriore uersu, quòd flos rosæ superioribus adiunctus, non modo dictam earum uim auget, sed Veneris insuper appetitum cohibeat atque tollat. Quod sanè de rosis potissimum intelligendum est, quæ puniceo colore rubent: hæ namque fragrantia ac styptico suo sapore potus nocuum remouent.

DE

NAusea non poterit hæc quem ue-
xare, marinam
Vndam cum uino mixtam qui sumpse-
rit antè.

Das Meer dir keinen grauen bringt/
Eo dus vor trinckst mit wein gemengt.

Cum plerisq; necessitas incidat nauigio per mare proficiscendi, hic etiam remedia quedam aduersus nauseas & uomitiones, quibus premi solent, qui nauium insueti primùm iam nauigare incipiunt, enumerare placuit: Nempe si diuites illi fuerint, ut per dies aliquot, antequam nauem conscendant, unum suum aqua marina temperent: si pauperes, aquam marinam absq; mistione bibant. Sic enim fiet, ut nauseas circa ul- lum negotium euitent. Nam uinum & præcipuè aquosum, quod Paulo Aegnete οὐράροϋ Græcè dicitur, stomacho uomitionibus turbato maximè conuenit. Aqua uerò marina salsa & astricto- ria sua ui os uentriculi claudens uomitiones præcidit atq; impedit. Porrò uomitionibus primùm iam oboriscibus, nec facilè, nec utiliter resistitur: ut quæ omnino magna ex parte presidio esse solent cōtra magnas et uehementes ægri- tudines,

numurum

DE CONSERVANDA

nimirum elephantiasin, aquam inter cutem, apoplexiam, & stomachi tum frigiditatem, tum inflationem. Siquidem ab his non solum praeservant, sed easdem etiam iam obortas uel curant, uel certe leuant. At si diutius crebriusque urgeant, adeo ut nauigantes uehementer debilitentur, comestione stypticorum & acidorum fructuum, cuiusmodi sunt mala cydonia, mala Matiana (hoc est, ut interpretatur Iacobus Syluius, poma syluestria, ut uero Ianus Cornarius, poma Arantia) & nostra orbicularia poma, quae Epiroticis malis respondere putantur, uulgo Capenduta, siue pommes de Capendus Gallicè uocatur, & punica siue granata acida, restringenda sunt. Haec enim os uentriculi corroborant, et humorem sursum repente deorsum reuellunt, ac infernè per uentrem euacuant, fluentemque stomachum sistunt. Quin et ipse stomachus ab hisce roboratus fructibus humores ad se undarum exagitatione confluentes reprimat. Apij quoque semen torrefactum ac in uino potum, confert. Absinthium quoque tam in cibo, quam in potu sumptum nauasas tollit. Panis item assatus, si ex uino aquoso & odore maceratus ingeratur, prodest. In summa, tota uictus ratio tum ex acidis & uentriculum roborantibus, tum uapores etiam siue fumos ad caput ascendere prohibentibus, constituenda est: in quorum numero & lenticule cum prunis in aceto,

Vapores stomachi prohibentia.

aceto, uel succo uue acerbæ incoctæ, reponenda
sunt. Plura Paulus Aegineta lib. 1. ca. 56. & An-
cenna 3. 1. doc. 5. ca. 8.

DE GENERALI CON-
dimento. Cap. XXII.

Salvia, sal, uinum, piper, allia, petro-
selinum,
Ex his fac salsam, ne sit commixtio fal-
sa.

Pfeffer/Enoblauch/salbey vnd salz/
Wein/Petersilgemachn ein salß.

Communes recensentur hoc loco materie,
ex quibus in mensa ἐμβέλιματα, hoc est, in-
tinctus, condimenta, siue salsamenta ex tempo-
re parari possint, si specialia defuerint. Sunt au-
tem eæ numero sex. Et prima quidem salvia est:
Ex hac enim fit condimentum in assatione siue co Salsamē-
ctura anserum & porcellorum. Hi nanq; salvia ta uaria,
per sepe sarciri solent antequam assentur: ut ni-
mirum superfluis ac glutinosis ipsorum humidi-
tatibus resolutis atq; dissipatis, salviæ penitus si-
bi cum odorem, tum saporem induant. Salvia ta-
men post assationē reijcienda & non comedenda
est; Quinetiam rusticola & plebei homines con-
dimentum

DE CONSERVANDA

dimentum ex salvia conficiunt, quo in anserum esu utuntur. Allium enim cum salvia contundunt, ut acrimoniam deponat, & uino commiscem. Secunda, Sal: de quo infra ca. 52. Tertia, uinum:

Sal cum uino.

Quod sanè extemporale diuinitum, uel nobilium condimentum est. Nam in sinapij, aut ueriuti defectu, uinum cum sale temperatum pro salsamento ingerunt. Porro ueritutum (ut hoc obiter etiam hic explicetur) Gallicum uocabulum est, idem significans quod ὑμφοκιστορ, quod est succus acerbae uuae, nondum maturescens. Italicè Agresto, Officinis Agresta, Gallicè Veriust, et hinc facta Latina nominis terminatione, Veriutū.

Piper.

Quarta, piper: Estq; rusticorum & agrestium hominum salsamentum: quippe quibus fabae atq; pisa pipere condita in quotidiano sint usu. Quinctiam ex pane tosto cum ceruisia, siue uino, ius nigrum pipere conditum pultis instar conficitur, quod ob id uulgato iam ferè ubiq; nomine piper etiam appellatur. Hoc super carnes aut pisces

Allium.

effusum in delicijs habetur. Quinta, allium: hinc quoq; salsamentum rustici conficiunt, quod cum omnibus propè cibis suis, siue aſi illi fuerint, siue elixi, siue dulces, siue salsi, imò uerò & cum induratis ouis esitant. Allium nanq; tritum cum molli caseo ac lacte commiscem, atq; epulis deinde apponunt. Sexta, petroselinum: Siquidem

Petroselinum.

ex folijs eius contusis, cumq; ueriuoto uel uino

albo

albo commistis, fit salsa uiridis, quæ cum asis
 ferè manditur. Ceterum silencio minime prætere-
 undum hoc loco, quòd pro ratione temporum
 sibi inuicem succedentium, tum cibariorum eti-
 am, quibus cum apponuntur, salsamenta varia-
 ri conueniat. Calidis siquidem temporibus fri-
 gida, aut minima certè caliditate participantia;
 e contrario uerò frigidis calida conferunt. Sal-
 samentorum igitur statuenda materia est, in æ-
 state omphacium, turiones uitis, acetum, succus
 malorum limoniorum, uel citrangularum, uel
 punicorum, siue granatorum, cum saccharo, stil-
 latitio rosarum liquore, qui ποδιόσαγμα Græ-
 cè dicitur, & amygdalis. Quibus tamen inter-
 dum serpylli nonnihil ac petroselini ad frigidita-
 tis commoderationem addi potest. Temporibus
 frigidis aptissima constituetur salsamentorum
 materia, sinapi, eruca, zingiber, piper, cinnamo-
 mum, caryophyllon, allium, saluia, serpyllum,
 mentha, petroselinum, iuscula carnum, uinum,
 & acetum, idq; non acre nimis, sed uini nature
 propinquum. Temperatis autem temporibus in-
 ter caliditatem & frigiditatem media magis con-
 gruet. Porrò quod ad cibaria ipsa attinet, alia
 alijs, quemadmodum sanè coqui non ignorant,
 egent condimentis. Carni nanq; ueruecine simili-
 ter & uituline, atq; capreoline, salsa uiridis ap-
 poni solet, in æstate quidè ex aceto, et omphacio,

DE CONSERVANDA

cum paucis speciebus, nempe cum petroselino,
 zingibere alba, omphacio, & pane tosto, eoq; in
 aceto uel agresta macerato, sine allij admistione:
 In hyeme uerò eadem, sed cum largiore specie-
 rum copia, pauco allio, optimo uino, & pauca a-
 gresta, apponitur. Nonnunquam uerò sinapium
 & eruca sufficiunt. Carnibus bouinis elixatis
 perquam utile pro condimento est, dumtaxat ad
 usus eorum qui rectè ualent, iusculū nigrum ex
 pane tosto, cumq; iure carniū, pauco ompha-
 cio, & pipere coctum, quod piperis etiam nomi-
 ne appellari diximus. Hoc idem et pro suillis non
 inutile hyberno tempore fuerit. Nihil porrò ue-
 tat in principio refectionis per æstatem carnes
 suillas etiam frigidæ cum aceto ac petroselino
 mandi. Quòd si tamen eadem carnes, nempe bo-
 uina atq; suilla, pastillatæ fuerint, hyeme quidem
 cepæ atq; allium cum exiguo specierum dulcium
 pondere: æstate uerò ὀμφάκιον sine cepis, aut
 paruulas cepas, sed minuta planè copia, assume-
 re alienum non est. Sin uerò ex carnibus subti-
 lioribus pastillaturæ constitierit, repudiato per
 æstatem ceparum usu, lac amygdalarum cum om-
 phacio & exiguo specierum dulcium puluere
 apponendum est. Ouum etiam conuassatū cum
 omphacio in fine conceditur. Hyeme uerò uinum
 in omphacij locum sufficere, adeoq; species auge-
 re operæ precium erit. Cuniculorum & pullo-
rum

rum affaturæ conuenit condimentum ex cinna-
 mome et mica panis, æstate quidē cum omphacio,
 sed hyeme cum uino. Si illæ carni affaturæ per hye-
 mem conueniet liquor, qui inde affando destilla-
 uerit, cum capis contusis & optimo uino tempe-
 ratus: per æstatem uerò salsa uiridis, cuius su-
 præ mentionem fecimus, ex usu magis erit. Pha-
 sianorum, perdicum, & turturum affaturæ præ-
 ter sale aliud non requirunt condimentum.
 Caponibus uerò & gallinis elixatis non inuti-
 le condimentum est per hyemem proprium deco-
 ctionis earundem ius cum paucis specierum dulci-
 um pulcre, & maximè quidem si saluia, hyssop-
 us ac petroselinum iuri simul incocta fuerint:
 æstate ius ipsum per se cum momento croci &
 succo turionum uitis sufficit. Ceterum pro ca-
 ponum & gallinarum pinguium pastillarum
 condimento, præter exiguam specierum dulci-
 um copiã nihil penitus apponendum est, idq; in sa-
 letariis, per æstatem quidem cum omphacio,
 per hyemem uerò cum optimo uino. Pisces ue-
 rò tamò calidioribus atque acrioribus opus ha-
 bent condimentis, quamò crassiore magisq; ex-
 cremuitia carne & humidore natura consti-
 terint, concoctiq; pertinaciores fuerint. Eadem
 in carnibus quoque habenda est ratio. Plura
 Magnus de conseruanda sanitate, parti. 3. ca-
 pite 20. & 21.

Piscium
 salsa.

DE CONSERVANDA
DE UTILITATE LOTIONIS
Manuum. Cap. XXIII.

Lotio post mensam tibi confert mu-
nera bina,
Mundificat palmas, & lumina reddit
acuta.
Si fore uis sanus, abluere saepe ma-
nus.

Wasch dein hend / vnderlaß es nicht /
Du reinigst dich / vnd scherpffst dein glicht!

*Due hic referuntur commoditates ex lotionem
manuum à sumpto cibo. Primò namq; manus i-
psas puras atq; mundas efficit: Deinde uerò lu-
mina etiam reddit acuta, id est, uisus aciem exci-
tat. Et hoc quidem non per se, sed ex accidenti.
Manus enim instrumenta sunt, quibus purgamur
oculi. Quare puras eas atq; mundas esse conue-
nit. Sed de hoc abundè supra cap. 2.*

DE PANE. CAP. XXIIII.

Panis non calidus, nec sit nimis in-
ueteratus,
Sed fermentatusq; , oculatus, sit benè
coctus,
Et falsus modicè, ex granis ualidis ele-
ctus. Ne



Ne comedas crustam, choleram quia gignit adustam.

Et panis salsus, fermentatus, benè coctus.

Purus sit sanus, non talis sit tibi uanus.

Dein brod sei weder warm noch alt/
 Geseurt vnd leicht/nicht one saltz/
 Von gutem gtreyd gebachen wol/
 Die rind macht dich schwarzts gblutes vol.

Duo circa panis electionem cauenda esse, hoc loco præcipitur. Primum, ne actu calidus ingratatur: talis aut maximè existit recentior et primùm Panis ca- iam è furno extractus. Nã cum leniorem quendã lidus no- adhuc retineat, uehementer inflat, uisceraq; ob- ciuus. struat, necesse est: coq; ad sanitatem inutilis habe- sur. Quod 2. Cano. tit. 2. ca. 572. in eum propè

DE CONSERVANDA

modum scribens Auicenna innuere etiam uoluit. Non comedatur calidus sicut est, quando uidelicet è furno extrahitur: huius enim, quemadmodum & reliquorum similium usus, propterea quòd inflat, & immodicè uiscera obsepiat atque obstruat, naturæ aduersus insensusq; est. Hic idem, ut libro 2. de uic. rat. in morbis acut. apho. 34. Hippocrates scriptum reliquit, & loco citato Auicenna confirmat, manifesta caliditate & recenti fuligine sitim facit, celeriterq; uaporosa humiditate faciat, sed suprà suspenditur, & tardè descendit. Vetere tamen (reliquis accidentibus circumsis) facilius concoquitur: est enim humidior: Idiq; duobus potissimum modis cognoscitur. Primum ex pueris, ferè enim ij maxime eo delectantur, utpote simili. Alterum testimonium ab ætate sumitur. Nam si uetus est siccißimus, qui recentissimus est, eum humidissimum esse oportet. Qui quidem & si uictus salubris rationi ut alimentum minus congruit, odoratu tamen præstantissimus habetur. Valeni nanq; ac suaucolenti uino imbutus & naribus admotus, cor ipsum mirum in modum recreat ac roborat, atq; hac sanè ratione syncope correptis utilissimè adhibetur. Imò uerò & solo eius obfactu uitam prorogari nonnulli memoriæ prodiderunt. Quod proinde à Democrito factum esse, Diogenes Laërtius libro 9. in eius uita ijs testatur uerbis:

Panis odor.

CUM

Cum iam ex senio deficeret, & propinquus uide-
retur morti, mœrcnem sororem, quòd ille in ce-
lebritate Cereris moriturus, ipsa dea uota exol-
uere nequiret, bono animo esse iussit, panesq; ca-
lidos sibi quotidie afferre, eos igitur naribus
cum admouisset, uiuum se, dum ea celebritas
trāsiret, seruaui. Vbi uerò dies illi transierunt,
tres autem erant, quietissimè ac minimo dolo-
re conclusit uitam 109. ætatis anno. Extat super
hac re Græcū eiusdem Lærtij epigramma tale:
Καὶ τίς ἐφυ σοφὸς ὧδ', τίς ἐργον ἔρξε το-
σοῦτον,

ὅσοτον ὁ παντοδραῆς μῆνυσε Δημόκριτος;
ὅς θάνατον παρέοντα, τρὶ' ἡμέτα δ' ὠμασπρ
ἔσχευ

καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄδμασπρ ἔξενισερ. Id est:
Quisnam tam sapiens uisus, qui tale patrârit
Vnquam, quale sciens omnia Democritus?
Qui per tres tenuit præsentia fâta dies, &
illa recens cocti panis odore aluit.

Plura hac de re Conciliator differencia 155.
et Manardus li. 18. epist. 6. Secundum, ne uetusta
te induratus, siue mucidus edatur. Naturæ enim
humane, propterea quòd nimium exiccet, melano-
cholicūq; succū generet, pro alimēto nō conuenit.

Secundo loco quinque enumeramur panis e-
lecti conditiones. Prima, ut sit bene fermētatus: Panis e-
lectio.
Siquidem concoctu inter panes, ut lib. 1. de alim.

DE CONSERVANDA

*facul. capite 9. Galenus attestatur, sunt facillimi, qui plurimum sunt fermentati & pulcherrimè subacti, quiq; in clibano igne moderato fuerunt assati. Porro qui fermento omnino caret, nemine profusus est accommodus. Qui uerò parum habet fermenti, hic, iuxta Auicennæ sententiam, uertim quidem nutrit, sed nisi multo exercitio ac labore fatigetur, qui eo utitur, promptè leditur. Iecoris enim meatus, per quos fertur alimentum, obstruit, lienis imbecillitatem auget, calculos denique in renibus gignit. Secunda, ut sit oculatus, id est, rarus, porosus, & minimum ponderis magna mole nobis præstans: Hinc enim uiscositatem omnem sublata esse perspicuum est. Parum tamen, si Auicennæ credimus, alit, uentrem excrementis implet, & facile per intestina descendit, quemadmodum ille quoq; qui, quòd ex farina à furfure non separata, et furfure à pura farina non separato fiat, αὐτὸ ὄρυπος siue οὐρυκμισὸς à Græcis, à Galeno uerò τριτύριος, id est, furfuraceus, & à Cicerone cibarius appellatur. Furfur enim cum nonnihil facultatis habeat absterforiæ, meritò intestinis irritatis uelox sit eius delectio. Iis autem contrarij quidem sunt panes purissimi, plurimum ponderis exigua mole habentes, omnium uerò panum tardissimè deijciuntur. Tertia, ut plurimum ab artifice sit subactus, & in clibano mediocri-
ter*

eey calido bellè percoctus : malè nanque coctus
 cum agrè conficitur , tum uentriculum etiam
 grauat. Quod Auicennæ etiam testimonio con-
 firmatur , qui loco citato ita serè inquit : Panis
 qui non probè percoquitur , plurimum quidem
 nutrit , sed si quis priuatus , & ab exercitatio-
 ne alienus , eo uti uoluerit , celerrimè in obstru-
 ctionis periculum incurret . Huius etiam gene-
 ris est in patellâ coctus . Nam partes ipsius in-
 timæ minus bellè elaborantur . Sed de hac con-
 ditione abundè suprâ capite 9. in tritico di-
 ctum est . Quarta , ut mediocri sit sale condi-
 tus : dulcior enim obstruit , salior exiccat , qui
 uerò in utriusq; excessus medio consistit , si ipsi
 cetera omnia antè pariter adfuerint , optimum
 præbet alimentum . Modus uerò salis gustu iudi-
 candus est : qui nanq; in longiori huius mistura
 offenderit , prauus existit . Quatenus igitur gu-
 stus nullū adhuc sensum tristè ex ea mistura perci-
 pit , eatenus ipsius copiâ augere præstiterit . Quin-
 ta , ut ex optimis granis , laudatissimo nimirum
 tritico sit confectus : de quo satis superq; dictū est
 ca. 9. Tertio demū loco præcipitur , ut ab esu cru-
 stæ panis , propterea quòd cholera adustâ atq;
 succos melancholicos generet , abstinemus : quæ
 nus. n. ipsa adusta & sicca est , succū etiam inde
 genitū adustū et siccū esse oportet . Quod Galeni
 testimonio cõfirmatur , qui in 4. Hip. li. de ui. r. 4.

DE CONSERVANDA

*Crusta
panis.*

*in morb. acut. com. 103. ita scriptum reliquit: Ob
 afflationem imbuta, tum ad succi bonitatem, tum
 ad concoctionem sunt inhabilia, cholera m̄q; p̄o
 rium propter eam, quæ his accidit, acrimoniam.
 Meritò igitur nobiles, qui natura biliosi sunt, u
 trant; sibi crustam, tam superiorem, quàm infe
 riorē auferri à pane curam: quos præcullen
 tes Ecclesiarum proceres, atq; delicatiores obso
 natricis speculationis magistri imitantur. Deli
 genda itaq; è pane medulla est: quippe quæ melio
 us, firmius, atq; uelocius, quàm crusta, præstet a
 limentum. His tamen qui sani adhuc sunt, sed uen
 tricula: habet humidiorē, quiq; extenuari cu
 piunt, crusta nonnunquam post alios cibos uesci
 conceditur: ut quæ præsumptos cibos deorsum
 subducatur, & os uentriculi roboret. Ultimi duo
 uersus optimi ac saluberrimi panis quinque notas
 continent: nempe ut sit probè salitus & fermenta
 tus, ut bene percoctus, ut purus ac sanus, id est,
 confectus ex granis mundis, & ualidis, ac bona
 m̄sse collectis, quæ imbrium multitudine uitia
 ta non sint. Quod Auicenna loco citato ijs ferè
 uerbis innuere etiam uoluit: Oportet, inquit,
 ut panis sit mundus, salitus, belle subactus, fermen
 tatus, probè coctus, & hesternus, hoc est, post bi
 dum non repositus. Minimè præterea silentio
 præmittendum, quòd maior panis portio ex
 comparatione semper famenda sit ad pisces, her
 bas,*

bas, & fructus humidiores, quàm ad carnes & oua: rursus ad carnes maior, quàm ad oua, & ad mollia oua copiosior, quàm ad dura. Additio Tritum in scholis Medicorum est dictum, Differentionem utiq; omnem esse incommodam. Verùm quæ ex pane fiat, pessimam. Quod sanè desumptum est ex 1. 1. doc. 2. ca. 7. Aulcennæ, ubi inter reliqua sic fermè scribit: Panis impedimentum, ubi non percoquat uenter, maximum censerì debet. Carnis uerò non ita. In stomacho quippe residet diu, onere imprimis molesto, quòd si non concoctus satis, deniq; dilapsus fuerit, hepar præfaret, ac meseraicas. Caro autè maiorem ducit cum humano corpore similitudinem, proinde ex ea minus prouenit nocumentum, & hepatis, aut meseraicarum præfartio leuior, ac curationi minus minusq; obstitens, imbibensibus membris longè procliuus ob cognationem quandam carnis succum, quàm panis. Hæc Cælius Rhodiginus lib. 5. cap. 36. lectio. antiqua. Sciendum præterea, quòd panis ex farina cribro succereta, & à fursure repurgata, maius ac purius præstet alimentum: fursuraceus uerò, id est, cui fursuris nonnihil commistum est, minimum quidem omnium nutriat, sed facilius, ceu antea etiam diximus, per aluum subeat. De Pane plura Galenus libro primo capite 9. & 10. de alimen. facul. & lib. 5. ca. 8. de sanitate tuenda.

DE CONSERVANDA
DE CARNE PORCINA.
Cap. XXV.



Est porcina caro sine uino peior o-
uina,
Si tribuas uinum, fuerit cibus ac medi-
cina.

Ein guter Schweinen brat mit wein/
Wird die ein Edslich artzney sein.
Damit das Schwein den schdöpf überwind/
Schweinen gekröß die besten sind.

Priore uersu carnis porcinae instituitur cum ouilla comparatio: nempe quod porcina absq; uino sumpta, quam ouilla peior habeatur. Porro quod praua sit ouilla, Galenus lib. 3. de alimen. facul. ca. 1. ijs confirmat uerbis: Agni carnem habens humidissimã ac pituitosam: Ouium uerò excrementosior est, ac succi deterioris. Hac ipsa ta men suilla, quæ bonũ alioqui succum generat, peior

ior esse, si absq; uino edatur, hoc loco asseritur. Idq; non aliam certè ob causam, nisi quòd & ipsa pituitosam habeat substantiam, quæ quidem uino corrigitur, & ad *συμμεψία* perducitur. Altero deinde uersu inuitur, eandem cum uino sumptâ, supra quàm quòd ualentiissimè nutrit, facultatem etiam habere ceu medicamenti, ut quæ humectando corpus inalteret. Id quod de porcellis asis potissimum atq; apris pulcherrimè apparatus intelligendum est. Cæterùm carnes porcine, quæ sale cõdiuntur, ac sole deinde uel fumo exiccantur (quemadmodum apud nos in annum repone, & rusticis ac plebeis hominibus apparantur) ouillis nihilo meliores censendæ sunt, siue cū uino, siue absq; uino mandantur. Quare de assatis porcellorum carnibus, siue aprugnis hoc ipsum quod hic traditur, eo uidelicet quo diximus, modo accipiendum est.

Ilia porcorum bona sunt, mala sunt reliquorum.

Ilia siue omasa, id est, pinguiora porcorum intestina cum reliquorum animalium intestinis hoc uersiculo conferuntur: quantumq; ad uictus salubris rationem attinet, aliorum animalium intestinis natura multò cūm præstantiora, tum suauiora sunt, ut testis est ca. 11. li. 3. de ali. fac. Gal. Neq; ullius etiã animalis intestinis libentius quàm eorū
 quæ

DE CONSERVANDA

que sanguine referta, uel pinguis admodum sunt, uescimur. Eiusmodi autem porci cum primis habentur. Iam uerò & sanguis suillus humidus est, & minus calidus, humano maximè temperie similis: siquidem & carnes suillæ humanis sunt similes. Cum itaq; porcorū intestina sanguine plena sint, neq; aliud animal ex brutis facilius tum saginetur, tum pinguescat, non abs re intestinis eius libentius uescimur. De carne suilla abundè suprà ca. 7.

DE MUSTO. Cap. XXVI.



IMpedit urinam mustum, soluit citò uentrem,
Hepatis $\epsilon\mu\phi\rho\alpha\xi\iota\upsilon$, Splenis generat lapidem $\epsilon\mu\varsigma$.

Der most den harn verhindert seh:/
Den maßdarm machet er loß vnd leh:

Erhöhet dem milz vnd leber schaden/
Darzu dich mit dem stein beladen.

*Quinq; referuntur hoc loco incommoda, que
nisi recentis siue musti potum sæpius excipio-
unt.*

Primum quidem reddendæ urinae impedi-
mentum est, quod dupliciter sanè intelligendum Musti no-
civitate
est. Vel enim crassitudine, quam ex multa terre-
næ facis admixtione obtinuit, usque cò hepar a-
deoq; renes ipsos obsepit atq; obstruit, ut urina
penitus supprimatur: uel certè consuetum eius
reddendæ morem ac ordinem immutat: Id quod
de mustis nonnullis Rhenensibus ac alijs quibus-
dam subtilioribus nemini dubium est. Siquidem
feces eorum terrena & nitrosa qualitate prædi-
te sunt, atq; eam ob rem, ubi in uesicam descen-
derint, ipsam mordicant, urinamq; inordinate
ac præter morem consuetum profundere co-
gunt.

Secundum, facilis ac cita uentris solutio: ui-
scera enim nitrosa siue salsa facis suæ qualitate
abstergens ad deiectionem incitat: idq; præstat,
primò quidem facis acrimonia, deinde flatuum eo-
tiam, quos progignit, multitudine, tertio uerò
propterea, quòd ad coquendum sit difficile, ac sto-
machum grauet: citò deorsum subit, inferioremq;
membricula

DE CONSERVANDA

mentriculi meatum, qui Græcis πυλωρός, nobis autem Ianitor, & inferius os uentriculi, Barbaris portonarius appellatur, compressum, arctissimeq; coactum & contractum aperit. Quæ causa etiam, cur promptius alium subducatur, posterior tamen ea est, quòd nitrosum quippiam ipsè insit, ac tergendæ facultas.

Tertium, bonæ hepatis temperaturæ noxia: Hepar enim quemadmodum 3. 1. doct. 2. cap. 8. Auicenna confirmat, plurima fecis cōmüstione obstruit, flatuum multitudine debilitat, & dysenteriam hepaticam inducit. Pari modo & καχεξία, ac reliquas prauas hepatis ægrotudines, diuersas nimirum hydropis species generat.

Quartum, Splenis ac constitutionis eiusdem offensio: siquidem hoc uiscus æquè obstruitur musto atq; hepar, imò uero & duro insuper tumore, quem ακίρροϋ Græci dicunt, haud raro corripitur.

Quintum, calculi generatio, & potissimum in renibus: qui colore ruber est, et friabilis. Hunc eam maximè ob causam mustum generare dicitur, quòd substantia constet crassiore, adeoque crassitudine renes offerciat. Et hoc uerè quidem de musto dulcioris uini, cui nitrosæ ac mordicantes feces admixtæ non sunt, intelligitur. Nam cui eæ admixtæ sunt, tantum abest à generatione calculi, ut nihil ei magis possit esse contra-

rium: quippe quòd urinam uehementer moueat, ac prouocet. Eiusmodi uerò nonnulla ex Rhenensibus inuenias, quæ non modò arenulas secum per urinam agant, sed meiere etiam frequenius cogant. Frequens porrò mictio arenulas iam adherentes motu suo absterget & auferet. Quare &c. Plura infrà capite quadragesimoquinto.

DE AQVAE POTV.

Cap. XXVII.



Potus aquæ sumptus comedenti incommoda præstat,
Hinc friget stomachus, crudus & inde cibus.

Trinckstu wasser in dein Fragen
Ober risch/ es felt dein imagen.

Duplex

DE CONSERVANDA

Aque potum noxium. Duplex noxæ genus inter edendum aque potum consequi, hoc loco asseritur. Primò namq; uentericulum infrigidat, & relaxat, maximeq; omnium cibi appetentiam deijcit. Deinde concoctionem interrumpens cruditatem generat. Pendens autem ea potissimum, ut testis est lib. 7. metho. meden. ca. 6. Galenus, ex frigiditate eius omnia, cuius culpa & in præcordijs diutissimè moratur, & fluctuationes excitat. & in flatum mutatur, & corrumpitur, & ita uentriculi resouit robur, sic ut deterius ob id concoquat. Proinde eodem in loco Galenus etiam præcipit, ne illico post cibum largius bibatur, uidelicet antequam cibus fuerit concoctus. Siquidem innatant cibi si bibatur, ita ut eos uentriculi corpus propter interpositum humorem non comingat. Quod inuere etiam 3. 1. doc. 2. cap. 7. his serè uerbis Auicenna uoluit: Neq; post cibum multa bibenda est aqua, quæ inter ipsum, uidelicet cibum, & uentriculi corpus, separationem faciat, & fluctuationis sensum inuehat. Hoc idem sequente etiam capite, nempe octauo, in hunc propè modum scribens attestatur: Cum à comestione natura concoctioni studet, si tantum aquæ exhaustum prius fuerit, quantum commode ciborum permissioni sufficit, tum ea quæ succedit aquæ potio, inchoatam concoctionem turbat atq; impedit. Idem in Canonis sectio. 2. apho. 29. &

30. *Aque potu in mensa utendum non est, nisi ratione adhaerentiae et tardioris descensus buccelle.* Aqua enim cum cibo sumenda non est. Quem locum Auerrhoes exponens inquit: Causa quidem huius est, quoniam aqua, quae statim a comestione bibitur, antequam ingestus cibus à uentriculo incalescat, infrigidat, incoctionem impedit, & cruditatem parit. Eadem etiam causa est, cur ingestus cibus uentriculo innatet, neque eidem adhaereat, nec uniat, ut ipsum, sicuti par est, conterat. Actio namque uentriculi in sumptum cibum fit coterendo simul & coquendo. Unde simile quiddam succedit, quale solet cum multum aquae in lebetem feruentem infundimus: nam tum caloris uis in elixando hebetatur. Ita & in uentriculo contingit. Nam & cibi in corpore concoctio elixationi similis est, ut disertè admodum docet Aristoteles libro 4. meteorolo. capite 3. & post eum Galenus libro 3. de facul. natura. capite 7. Exigua tamen aquae potio, quae paulatim & quasi sugenda sumitur, ante cibi descensum concedi potest, nempe ut per eam cibi promptius uentrem permeent, & ad inferiora descendant, idque magis adhuc si sitis etiam molestantis ad bibendum urgeat. Exigua enim frigida potio eo, quo diximus, modo sumpta uentriculum alleuat & colligit. Alleuat quidem, quia sitim extinguit, & sibi descensum promouet. Colligit uero quia par

DE CONSERVANDA

**Aqua si-
tis extin-
guenda.**

tes eum in unum cogit. Et hoc ex locis Auicenne iam citatis satis liquet. Ceterum notandum, quòd quamuis in depulsione sitis aquæ quàm uini potus magis conueniat, omnibus tamen quæ ualeitudini tuendæ sunt consideratis, uinum haud dubiè præferendum est. Nam dato ac concesso, quòd in sitis extinctione (quæ, ex Aristotelis & Galeni sententia, est appetitus frigidi simul & humidus, aut alterutrius) aqua in uniuersum sit melior, quia frigida & humida, naturaliter tamen in cibi permissione, & eiusdem ad omnes corporis partes delatione, uinum præstantius habetur. Siquidem facilius cum propter substantiæ tenuitatem, tum actionis celeritatem cibi permiscetur. Quinetiam natura eo magis delectatur, adeoque citius attrahit & alijs cibi permiscet: idque eò excellentius etiam, quòd hæc mustio per modum quendam fiat ebullitionis, quam uinum utique, cum sit potestate calidum, adiuuat: aqua uerò ob innatam frigiditatem turbat atque impedit. Et sic omnibus perspicuum fit, uinum in ciborum tum permissione, tum delatione aquæ præferendum esse: quippe substantiæ tenuitate et genuina caliditate promptè permeat & penetrat. Nam quæ calida simul et tenuia sunt, faciliè penetrant: quo fit, ut uinum etiam, quàm aqua, magis ad omnes corporis partes deducat. Aquæ nihil inest potestate

state

state calidi, nihil substantiæ aëreæ, nihil igneæ: unde tardiuscula sit, & plurimum temporis moreretur, adeoq; omnem cursum impediatur necesse est. Adsignatur præterea et alia ratio, cur aqua uino in potu sit postponenda: nempe hæc, quod aqua cum per se neq; concoquat, neq; nutriat, alimmenti tamen nutritionem uel maximè impedit. Atq; inde sanè cibi omnes, quamò aqueæ naturæ magis participes sunt, tamò minus nutriunt. Vinum igitur commodius cum cibo bibitur, quippe quòd non solum non impediatur nutritionem, sed multum etiam iuuet: Maximè enim celerrimèq; eum nutrit tum instaurat, quemadmodum supra ca 8. & 11. abundè ostendimus. Insuper & hoc notandum, quòd Aquæ potio, Auicenna 3. 1. doc. 2. ca 8 teste, non inter edendum modò, sed in alijs quoque certis quibusdam uitæ studijs noxia existit. Et primò quidem, si ieiuno stomacho sumatur: tunc enim liberè ceu nullo retinaculo præpedita ad principaliora membra penetrans insita sua frigiditate calorem innatum aut extinguit, aut certè debilitat. Et hoc potissimum in homine uerè ieiuns. Nam ebrio maximum quandoque leuamen adfert, neq; ipse quicquam inde lesionis percipit, si ieiunus aquam bibit. Idèq; causa maximè ob re, quòd ieiunus ebrius non sit omnino ieiunus, aut stomacho uacuo, sed nonnullas etiã tunc retinet hesternæ crapulæ reliquias: eas igitur, cum

Aqua
crapulæ
confert.

nitrosa qualitate præditæ, ac ob id perquam molestæ sint, aqua conemperans stomacho absterget: quæ etiam uapores ad caput tendentes deorsum reuellit, ac totum uentriculi habitum in pristinam quodammodo statum reponit, corroboratq; , ita ut alimenium rursus appetat, consineat, & concoquat. Secundò, si ab exercitatione uehementiore, aut statim à coitu sumatur: tunc enim pori corporis aperti, ac robur nonnihil dissolutum est: aqua igitur in profundum penetrans calorem innatum aut extinguit, aut certè deteriorem reddit. Tertiò, si mox à balneo sumatur: idq; eis potissimum qui uasuo uentre loti fuerint. Siquidem cutis ipsorum laxata tam, & meatus immodicè aperti sunt: quare aqua, ut dictum est, liberè ac citra ullum obstaculum penetrans in summum uitæ discrimen perducit. Hinc est quod Auisenna 6. 4. trac. 1. Sum. 1. ca. 11. ita serè scriptum reliquit: Ex aqua frigida, quæ ieiuno stomacho, aut illico post balneum, siue coitum bibitur, bonæ temperaturæ corruptio & viciosa timenda est. Quartò, si deprauata sitis, quæ ebrijs sæpe, ac alijs quibusdam ueniri ac gula seruiemibus media nocte aut summo mane oboritur, depellendæ gratia sumatur. Frigidæ enim potu tum cõcoctio impeditur tũ resolutio ac dissipatio uini potëtis, uel salsi aut bilio si humoris in ore uentriculi contenti, prohibetur.

Quo fit, ut sitis aque uehemens statim urgeat, & tēporis spacio magis augetur. Proinde hæc sitis somno tutius placabitur: per hunc enim humores prædicti sitim excitantes cōcoquuntur et descendunt, ideòque ut subindè cesset sitis necesse est.

Quòd si uerò sitis uehememior fuerit, quàm ut frigida æris inspiratu, aut oris collutione sedari possit, aque frigida potu restinguenda est: nam melius est concoctionem aliquantisper impediri, quàm multa siti uentriculum accendi, præsertim ex meraciore uino. Aqua igitur frigida ex uase stricti orificij, siue gracilis colli bibenda est, ut plurimum temporis moretur in orificio stomachi, ualentiusq; sitim mitiget: ac de ea sæpius etiam, sed paululum sumendum est, ne concoctio penitus excludatur. Quintò, generaliter ac commun ratione sanis obest, si multum aque frigida bibant: Calorem enim innatum extinguit, pectus offendit, ciborum appetentiam deijcit, & neruosis omnibus aduersatur partibus, ut testis est lib. 5. apho 18. & 24. Hippocrates. Prudentissimè igitur monuisse uidetur, quisquis ille fuerit, qui ita cecinit:

Vina bibant homines, animantia cætera fontes,

Absit ab humano pectore potus aque.

Veruntamen aqua temperatè frigida appetentiam amissam reuocat nonnunquam, non per se quidem, sed ex accidente. Ventriculum namq;

DE CONSERVANDA

ac unà uillos eius in unum cogendo firmat ac roborat.

DE CARNE VITVLINA.

Cap. XXVIII.

SVNT nutritiua multum carnes uitulinae.

Ralbfleisch thut füttern wol den Leib/
Dazzu die folgenden vögel schreib.

Laudibus hic efferruntur carnes uitulinae, eò quòd alimentum corpori suggerant non medioere: Et hoc satis ex Auicenna constat. Nam 3. 1. doc. 2. ca. 7. inter cætera præcipit, ut cibus Sanitatis tutelæ conueniens sit talis, quales sunt carnes, & propriè hædorum, & uitulorum lactentium paruorum, et agnorum anniculorū: ut quæ consimilis ferè sint naturæ, et faciliè in sanguinem commutentur. Galenus quoq; lib. 3. cap. 1. de alimente. facul. Carnes uituli lactentis, sex uel octo hebdomadarum, assatas, ut opt. mas tum ad coquendum, tum ad succum bonum generandum, tum ad nutriendum, commendat. Sed de his abundè dictum est supra capite 7. Ideo non est cur hiæ plura referantur.

DE AVIBVS ESVI APTIS.

Cap. XXIX.

Sunt



SVnt bona gallina, & capo, turtur,
sturna, columba.

Quiscalus, phasiades, merula, simul or-
tygometra,

Perdix, frigellusq; , & tuis, tremulusq; , a-
marellus.

Agitur hoc loco de præstantia alimenti, quod
ab avium genere sumitur: enumerantur autem
quatuordecim, sed ita quidem, ut inde & reliqua-
rum iudicia facile colligas.

Prima, gallina est, quo nomine non solum gal Gallina.
lina iuvenes mediocriter pingues, sed galli etiam
gallinacci hoc loco intelligendi veniunt. Siqui-
dem horum omnium caro (ut copiose admodum
differentia 68. Conciliator ex Haly, Auenzoari,
Auerrhois, & Mesue sententia probat) alimenti
est inter aves optimi: quia facile in sanguinem
vertitur, & parum excrementosa est. Caro aut
gallarum est melior quam gallorum, nisi sint ca-
strati. Nigrarum quoque, et que nondum pepererunt,
est melior & leuior, ut gallorum, qui nondum coite

DE CONSERVANDA

rum. Miram in corpore obtinet cum ipsius temperamenti, tum humorum equandorum facultatem. is maximè conuenit, qui uitam in ocio ac quiete degūt, quiq; leuiori ingenio ac mente sunt. Colorem uiuidum comparat, uocem clarificat, genitali semini adijcit, & cerebri substantiam auget, Iusculum eorum optima leprosis medicina est, Ad hæc gallorum cum gallinis nondum coëuncium testes, deperditas in morbis uires mirificè restituum; quam ob causam hecticis, & marasmo laborantibus, morborumq; diuturnitate macrefactis utiliter exhibentur. Insuper et semen prolificum suppeditant, & Venereæ roborem uires, Decrepitorum autem præcipuè gallorum caro nitrosa & salsa, cibo inepta, medicamentosa est iure suo maximè: potissimum uerò gallorum ruforum, qui ad motum sint alacres, ad coitum ardentes, ad dimicandum fortes, obesorum & macrorum medij, quoq; uetustiores, eò magis sunt medicamentosi. Plura Mesues lib. 2. de medicam. simplic. purgan. distinc. 1. cap. 23. Simeon Sethi in Synagma. et Auisenna 2. Cano. ca. 296.

Capus. Secunda, Capo siue capus: hoc nomine semimarem gallum uocant, cum fuerit castratus. sicuti à M. Varrone lib. 3. ca. 9. & Columella lib. 8. cap. 2. de re rustica traditur, Hic enim in cibis gratior est, utpote remoto Venereis usu pinguior atq;

atq; salubrioris alimenti redditus . Quare cum uoluptate assumitur à uentriculo, ac facilius consoquitur.

Tertia, Turtur : huius quoq; caro cibus an- Turtur.
numeranda est nulla omnino ex parte damnan-
dis, qui neq; tenues, neq; crassi sunt, sed ueluti in
συμμετροίq;, omnisq; excessus mediocritate con-
sistunt. De ea Galenus ca. 7. libri de attenuante
dieta, in hunc scribit modum : Qui non exerce-
tur, mandanda ei erunt modicè non modò galli-
næ, sed columbæ etiam, ac turtures, tametsi tur-
tur temperamento est sicca, & potissimum que
in montibus degit, itaq; uesci quis poterit eis in-
noxie: recens tamen nò turtur modò non est man-
danda, sed nec perdix, nec alia omnia, que car-
nem habent moderatè siccam, sed ubi unum diem
ad minus suspendis, ita demùm mandas licet.
Porrò p slumbes, præterquàm quòd carnem hab-
ent columbis, & perdicibus, & turturibus du-
riorem, difficilem etiam ad coquendum & ex-
cremationem habent. Perdices uerò, ac turtu-
res, neq; durissimas habent carnes, neq; concoctis
difficiles, neq; prauo succo uitiosas, sed & ipsa-
rum durities, si mortuæ uno die asseruentur, fa-
cilè uincitur, si umq; friabiles omnino atq; incul-
pata. Alimentum enim corpori dant laudabile,
sanguinemq; minimè uiscosum generant, & cras-
si ac tenuis medium. Proinde quibus salubris ci-

DE CONSERVANDA

Buscure est, eos, ut arbitror, his uti conueniet.
 Hec ille. Plura Galenus in libro de cibis boni &
 mali succi ca. 5. & Rhazes aphorismo. lib. 3. a-
 phor. 17.

Sturnus. Quarta, quorundam opinione sturnus est,
 quem $\Psi\epsilon\gamma\omicron\upsilon$ Græci uocant: auis nigra, albis ma-
 culis distincta, magnitudine merule. Eius generi
 proprium cateruatim uolare, & quodam pile
 orbe circumagi, omnibus in medium agmen ten-
 demibus, sicuti ab Aristotele lib. 9. ca. 26. de hi-
 storia animalium, & à Plinio lib. 10. ca. 14. tra-
 ditur, Germanicè ein Spræ oder Staar. Ga-
 lenus lib. 6. cap. 16. de sanitate tuenda, inter per-
 dices, attagenas, merulas, & turdos, quæ quidem
 boni succi esse ab omnibus existimantur, sturnos
 etiam commemorat: cum tamen à multis illauda-
 bilis esse alimenti iudicetur: quippe qui melan-
 cholicum atq; uitiosum generent succu, & cicu-
 ta, quæ uenenu esse ab omnibus statuitur, uescan-
 tur, ut est apud Galenum li. 1. ca. 2. et li. 3. ca. 17.
 de simp. medi fac. Huic obiectioni Aloisius Mun-
 della sic occurrendum putat: Nempe Galenum in
 6. de sanita. tuen. in calculi renum uitio sturnos
 tanquam tenuis alimenti approbasse, itemq; pa-
 lumbes & p. sserculos, qui in turribus nidificat,
 $\omega\upsilon\pi\gamma\iota\tau\alpha\varsigma$ Græci uocant: Vel sturnos non ita
 fortasse improbi succi esse, præsertim iuuen-
 los, ut uulgus putat: quedam nanq; sunt anima-
 lia,

lis, que adhuc in tenella etate existens, boni sunt succi, ut vituli & hœdi: si uerò annosa fiât, pr. uii. Hęc enim, ut ait Galenus lib. 3. de alimen. ficul. ca. 1. & concoctionis, & boni succi, & nutritionis laude carent. Multo autem magis Galeno credendum est, quàm uulgo ita inconsultè aliquam generalem proferenti sententiam. Neq; etiã quod ueneno pascamur ab horum esu abstinendum est. Nonnulla enim animalia sum, que licet uenens quandoque nutriantur, boni tamen sunt succi, quemadmodum de sturnis iam commemoratis constat. His enim cicuta nutrimentum est, homini medicamentum. Siquidem sturnorum natura cicutam in substantiam suam uertere potest, quod hominum non potest. Sunt tamen quibus Starna hoc loco magis arrideat, ut per eam Starna auis accipiatur grandiuscula, magnitudine anseris, colore cinereo, cuius caro succi sit laudabilis, præsertim iuuenulæ. Atq; ita sanè Rhazes lib. 3. ad Almanforem ca. 10. intellexisse uideatur, ubi hanc reliquo auium generi præferens incum propè modum scriptum reliquit: Starnæ caro inter aues l:uissima, atque his, qui attenuant uictus ratione delectantur, conuenientissima inuenitur. Vel per Starnam auis formæ & magnitudine pusillæ perdicis intelligenda est. Sic Rabbi Moses accepisse uidetur, ita ad Iudeos inquit: Pari modo nec starnæ domino nostro

DE CONSERVANDA

conuenire putandæ sunt: quia uentrem constringunt. Sed hanc proprietatem alij perdices adscribunt. Nam carnes earum, sicuti à Simeone Sethi & Rhaze loco paulò antè citato, ascribitur, uentrem sistunt. Quinetiam Baldachus quidam non contemnendus autor starnas mirificè commendans tabula 15. de rebus non naturalibus, ita ferè scribit: Starnæ, phasianorum, ac perdicum nature propinque sunt, & secundum ordinem sese in temperamento & subtilitate habent. Præstantissime enim sunt starnæ, mox phasianæ, deinde perdices, ut quæ reliquis excellentius desiccent. Docet præterea Ioannes Michaël Saonarola, ab harum trium esu abstinendum esse tum ijs, qui quamlibet actionem fortem ac uchementem obeunt, tum sanis etiam: ut si quando morbus aliquis inciderit, habeant quod ultra cōsuetudinem ad edendum inuitet.

Columba

Quinta, columba: auis uulgo nota, quæ cum biliosam admodum habeat carnem, sanguinem moderato crassiorē & calidiorē necessario gignit: atq; ob id febres nonnunquàm facit. Quare in pastillis potius cum aceto, aut omphacio, & coriandro præparata, quàm assa mandenda est: ita nanque exuperantia caliditatis eius ad συμμετρίαν commodationemq; reducitur. Renes frigiditate dolentes iuuat, semini genitali & sanguini adiicit: sed caput atq; oculos lædit.

Quine-

Quinetiam lepram, si frequenter usurpetur, generare fertur. Non minimum uerò reliquis pulli eius uolucres tum succi probitate, tum concoctionis facilitate præstant. Inuolucres enim calidam ac humidam habent carnem atque excrementitiam, & maximè domestici. Ex columbis enim, ut Oribasius tradit libro 4. ad Eustathium cap. 1. agrestes domesticis præstantiores sunt: & omnino agrestia domesticis præcellunt. Electiores quoque pulli sunt per Ver & Autumnum, quàm per Aestatem atq; Hyemem exclusi fotiq;. Porro amiquæ & annosæ non solum columbæ, uerùm & turtures, tum ob caliditatis & siccitatis excessum, tum uerò & concoctionis difficultatem uitandæ sunt. Plura Simeon Sethi in Synag. Rhazes lib. 3. cap. 10. ad Alman. Auicenna lib. 2. Cano. ca. 133. & Auerrhoës lib. 5. collectaneor. ca. 32.

Sexta, Quiscula: uulgare nomen à sono factum. neoterici Qualeam uocant: Latinis (ut Festus ait) dicta est Coturnix itidem à uoce, à qua multis auibus nomina indita sunt, ὄρνις à Grecis appellatur, Germanicè ein Wachtel. Caro eius, iuxta Auerrhoës sententiam, temperata est, ad caliditatem tamen paulò propensior, ac tenuis substantiæ, optimiq; succi; quare sanis, ac ijs qui conualescunt, alimentum est ad bonam ualitudinem accommodatissimum. Verùm Psello, Isaac,

Quiscula, Coturnix.

DE CONSERVANDA

Isaac, atq; alijs quibusdam non aspernandis Me-
 dicinæ scriptoribus Coturnix avis est, tum ad
 concoctionem, tum ad succi bonitatem inhabilis:
 ut quæ & ucratrum comedat, & morbo Comi-
 tiali corripiatur: unde Auicenna 2. Cano. cap.
 154. ab eius usu suadet abstinentium: ueluti à te-
 tanum & spasmus inducens. Vbi notandum ta-
 men, Auicennam non ob id solum coturnicis cibum
 improbare, quod elleboro nutriatur, sed etiam
 quod talis facultas spasmus ac tetanum genera-
 di, illius insit substantiæ. Hac ratione igitur Gal-
 li coturnices cum molli ac pingui caseo pastilla-
 tas edere consueverunt. Potest etiam per cotur-
 nicem intelligi alia quedam avis per dice aliquan-
 tulum mai r, genis, rostro, & pedibus rubeni co-
 lore, reliqua uerò pennarum facie ad leucophæ-
 um uergente, quæ Italarum uulgo Coturnix ap-
 pellatur: estq; de Alpinarum uolucrum genere,
 & in syluestribus, & frigidis locis, moribusq;
 uersatur & degit, neq; ab Italicis regionibus un-
 quam recedit. Cuius auium speciei apud ueteres
 fuerit, nondum satis compertum habetur: sed ex
 gustu, & odoratu, & loci natura, in quo contie-
 nue commoratur, & ex ijs quibus pascitur (nam
 illa grati admodum sunt odoris) boni & laudabi-
 lis esse alimēti iudicāda est, et propterea in cibis
 meritò expetenda. Quo sanè modo Rhazes etiā
 lib. 3, ca. 10, ad Al, coturnicē accepisse uidetur,

cum ei secundum post starnam bonitatis locum tribuit. De utraq; coturnice cum plurima, tunc cognitu pulcherrima habet Aloisius Mundella epist. 6.

Septima, Phasianus: quem à Phaside amne Phasia apud Colchos, ubi primum cognitus est, ita nunc cuparum. Hæc est decantata omnium libris avis, quæ primam ferè in mensis esse iudicam propter carnis bonitatem, à qua medicine professores veluti à scopo de temperamenti ciborum iudicia auferantur: succi enim probitate et iucunditate longè cæteris antecellit, neque solum ad victus salubris rationem, verum ad robur quoque conciliandum accommodatissima est. Caro enim iuueni ac pinguis conualescentibus et morborum diuturnitate macrefactis optimus cibus est. Sed ob nimium atque immensum precium principum dumtaxat mensis atq; magnatum dicata est. Meminit Phasiani Galenus li. 3. de alim. facul. ca. 18. sic inquit: Caro Phasianorum, quod ad concoctionem, et nutrimentum attinet, gallinis est similis, uoluptate tamen in edendo superat: et sicciore constat temperamento, ut qui in sicciore degat aere, et magis exerceatur. Lege plura de hoc apud Simeonem Sethi, et Rhazen aph. li. 3. aph. 13.

Octaua, Merula: quæ quidem avis Merula est nigro pennarum colore, rostro rutilo, et sturni magnitudine. Κόρυπος à Græcis dicitur, Germanicè eis Amstel / odde Merle.

DE CONSERVANDA

Merle. Quanquam uerò hæc à Galeno, Oribasio atq; Aegineta inter optimi succi alimenta connumeratur, carnem tamen, quàm perdiciæ & atagenis est, duriores obtinet. Quare & ipsa iuuenula ac pinguis mandenda est. Turdi quoq; & reliquæ id genus auculæ montanæ omnes in hanc classem referendæ sunt.

Ortygometra.

Nona, ὄρτυγομήτρα: ea auis est turturis magnitudine, pennarum colore nec quicquam à coturnice differens, rostrum longius est & acutius, crura pedesq; satis etiam præ corporis spacio longos obtinet, quin etiam frugivora est, & aduena: antequàm coturnices haud uspiam audias, neq; coturnices te amplius uisurum speres, ubi hæc audiri desijt. Vox mirifica est, coaxantium ranarum clamori non absimilis, nisi quòd subtilior multò & acutior sit. Caro eius optimum gignit succum, ubi per diem suspenderis. Gylteftus Longolius in eruditissimo suo de auibus Dialogo eandem esse putat cum cynchram, quem Screecum Germanicè, id est, ein Schmerze oder Grecede nuncupamus. ὄρτυγομήτρα autem Græcis dicta est, quòd coturnicibus per maria terrasq; aduolantibus dux & rex iuuenis esse soleat, ab ὄρτυξ, id est, coturnix, & μήτρα id est, matrix. Plura Aristoteles lib. 8. ca. 12. de historia animal. Plinius lib. 10. ca. 23. natural. histo. Solinus ca. 18. & Athenæus lib. 9. de ipnosoph.

Deci-

Decima, Perdix: huius quoq; caro medijse- **Perdix.**
 rè temperamenti est, et concoctu facilis, probūq;
 succum gignit, præsertim si non illico post occi-
 sionem, sed unum ad minus diem suspensa come-
 datur. Sic enim quod durū in se cōtinet, abijcit,
 & frabilis redditur, quemadmodum ex Galeno
 paulò antè ostensum est. Sanguinem copiosum ac
 tenuem generat, adcoq; crassiorem, si fortè in
 corpore inuenerit, extenuat: idq; alæ potissi-
 mum præstam: quæ ut in reliquo auium genere,
 ita in hoc quoque facilius concoquuntur. Et u-
 no uerbo, optimæ quidem alæ sunt auium iuue-
 num saginatarum, pessimæ uerò macilentarum
 & antiquarum. Alimentum autem perdicum o-
 ptimum est ijs, qui se non exercent, & qui uitam
 degunt ociosam, quiq; imbecilliores et inualidi
 sunt, tum etiam attenuante uictus ratione assue-
 tis, et hydropicis, quiq; humido sunt uentriculo:
 uitiosos enim et corruptos ipsius humores con-
 sumit atq; absterget. Memoriam assidue mansa cor-
 roborat, impingat, semen auget, & uenerem sti-
 mulat, sed uentrem cohibet: unde accommodatissi-
 mū diarrhœa laborantibus fit eduliū, si assa cum
 aceto ingeratur. Medulla cum uino præsumpta
 ictericos sanat. Iecur comitali morbo correptis
 auxilio est. Fel quoq; suffusionibus oculorū à prin-
 cipio mirificè prodest: facit et ad ipsorū hebetudi-
 nem. Si tempora singulis mensibus eodē felle per-

DE CONSERVANDA

ungantur, memorie confert. Plura Galenus libro 3. cap. 18. de aliment. facul. & lib. 8. ca. 2. metho. meden. & Simeon Sethi in Syntag.

Frigellus Undecima, frigellus: Ea ex turdorum genere avis est: cuius Aristoteles libro 9. cap. 20. de historia animalium tres constituit species. Una uisciuora, que nisi uisco & resina non uescitur, & magnitudine paulò minor quam pica est: Germanicè ein Krammetvogel. Altera pilaris, que sonum edit acutum, et magnitudine merule est. Vulgo ein Drossel. Tertia, quam iliacam uocant nonnulli, minima inter has, minuscule maculis distincta, à Germanis ein Weindrossel nuncupatur: de quo sanè turdo intelligenda sunt, que de frigello hoc loco dicuntur. Hic utrinque iuxta oculos, & in pectore & in ipso alæ flexu, intus & foris maculas habet latiusculas, rubras. Primum genus non nisi hyeme apud nos cernitur, aut si uideatur, rarum est. Secundum per totum annum apparet maculoso ualde pectore, & canus sui gratia à multis in caueis alitur. Tertium per æstatem apud nos nusquam uidetur, sed uindemiæ tempore atque instante hyeme primum cernitur, adeoque ob id frigellus, nempè quòd aduentu suo frigus instare prænunciet, nominatur. In uineis potissimum reperitur, ac dulcium uuarum esu sæpius inebriantur, uelociter uolant, & optimi sunt succi, præsertim circa festum omnium

mnium Sanctorum. Lege Guilielmum Turnerum
in libello de auibus.

Duodecima, Otis: quæ & ipsa in cibis gra-
tissima atq; optimi succi est, nempe ex syluestriū Otis.
gallarum genere: Gybertus Lon. eam esse adse-
rit, quam bonosam uulgo, Germa. ein haselhün
nuncupamus. De qua Galen. li. 3. de alim. fac. ca.
19. et Athenæus li. 9. de ipnos. Sunt tamen quibus
orex hoc loco magis placeat, ut gallina phasiani
per eam accipiatur. Alij uero gallinam aquaticã
interpretantur. Siue igitur gallina sit aquatica,
siue phasianu, caro eius bonum gignit succum.

Decimatertia, Tremulus: quæ quidem auis
est fusco pennarū colore, magnitudine quàm galli
na minor, uelocissimi uolatus, altè uociferans ac Tremu-
lus.
clamosa, in cuius capite crista plumea, ex earū a-
uū genere, quas οειστωυιδας Græci uocant:
caudã enim cum pedib. incedit assidue quatit, et
ob id tremulus uocatur. Semper ferè iuxta maris
uersatur: ne quis paruã illã auiculã longæ cau-
dæ, quæ codatremula uulgo, siue motacilla, et
Germa. ein Bach oder wasser Stelz dicitur,
per tremulū hoc loco intelligendam putet. Huc e-
tiã referri posset (si non eadẽ est) auis quedã cor-
nuce minor, plumis ferè uiridibus et nigris per to-
tum dorsum, caput, & collum: uentre albo, lon-
ga & semper erecta in capite crista plumea, alis
obtusioribus, et inter uolandū magnum strepitū

DE CONSERVANDA

edentibus, unde & uannellus à barbaris dicitur
clamosa admodum & querula: quæ aquis uer-
mium gratia, quibus solis uiscitat, appropin-
quat, sed ipsas non ingreditur, in planis et locis
erica consitis plurimum degit. Theutonicè em
Rymiz.

Amarcl-
lus.

Decima quarta, Amarellus: auis aquatica,
forma perinde ac anas, sed minor: ab Aristotele
lib. 8. ca. 3. de histo. anima. Bosca appellatur, Ger-
manicè em Schmehlente. Illud porrò nosse in
uniuersum expedit, quòd præstantius alimentum
ab ijs sumatur auibus, quæ uolatu magis nutun-
tur, celeriusq; uolant. Et quemadmodum præ-
dictarum auium caro concoctu facilis, & ad
bonam ualetudinem accommodatissima, sic è
diuerso quarundam excrementitia est ac mali
succu, multoq; ad coquendum difficilior, atque
inæqualis temperamenti: cuiusmodi imprimis
existit pauonum, anserum, gruum, malardo-
rum, & quotquot oblongum habent collum,
ac rostrum, inque paludibus nutriuntur. Huc,
quod ad succi prauitatem attinet, passeris e-
tiam referendi sunt, qui in turribus nidificant,
pyrgite appellati: nam & calidissimi sunt, &
longus à temperamento recedunt, ac durius a-
limentum dant, ueneremq; impensius stimulant.
Circa electionem uerò alimenti, quod ab auium
genere sumitur, sciendum est, iuxta diuersas
præstan-

præstantioris alimenti proprietates (si eius quod nutritur, sanitatem uel robur spectes) carnesuariè laudari. Sic Galenus ad facilem concoctionem & subtilitatem respiciens, bonitatis palmam perdibus attribuit: Rhazes & Isaacus ob leuitatem & subtilitatem starnam prætulerunt: Idem quoque Isaacus diuersa ductus ratione diuersarum auium carnes laudauit. Auicenna turturis carnem, quòd memis aciem atque intellectum roboret, mirificè commendat. Auium porrò omnium uolucrum genus paucissimum præstat alimentum, si ad genus gressilium confratur, potissimum si ad suillam, qua non aliud inuenias, quod copiosi oris sit nutrimenti: uolucrum tamen caro ad coquendum est faciliior: quare ijs, qui neglecto corporis exercitio, consilijs potissimum, & studijs, ac contemplationi uacant, conuenientissimis est, præcipuè perdicis, attagenis, columbæ, galli gallinacci, & gallinæ, quemadmodum libro tertio de aliment. facul. capite 18. Galenus testatur. Sanguinem enim procreat clarum, atque mundum, & spirituum generationi, ac mentis exercitijs, & intellectui aptissimum. Siccius nanque alimentum, quale dictarū auium est, studio contemplationiq; intentis conuenit. Siccitas enim prudentiæ familiaris est, sicuti luculenter & perspicuè docuit Galenus in libro, cui titulus: Quòd animi mores

DE CONSERVANDA

corporis temperaturam sequantur, capite 5.
 Lege plura apud eundem libr. 8. capite 2. metho.
 medendi, & in libro de attenuante diata ca.
 6. De Attagne, quem ein Bixthün Germanicè
 uocamus, pulcherrima quedam & scitu dignissi-
 ma, Gybertus Lon. in dialogo de auib. prodidit.

DE PISCIBVS. CAP. XXX.



Si pisces molles sunt magno corpore
 rolles.

Si pisces duri, parui sunt plus ualitu-
 ri.

Groß vnd weiche fisch veracht/
 Ob harten vnd Klein der schlemmer lacht.

Hic dua traduntur laudabilium piscium no

te. Pisces enim aut dura carne suapte natura sunt, aut molli. Ex his igitur qui molles sunt, uetuli iunioribus præstant. Carnis namq; mollities pro modo humiditatis respondet, quæ crudior in nouello pisce, in uetulo uerò concoctior existit. Quare nouelli pisces lento ac pituitoso succo magis quàm uetuli abundāt. Atq; hac certè ratione nonnulli anguillam etiam uetulam iuniorè præferunt. Ex ijs uerò, qui dura carne præditi sunt, iuniores longè præstantiores & concocti faciliores habentur: eiusmodi porrò lucij cum primis sunt & perca. Carnis enim durities concoctioni resistit. Quæ sanè sementia ex 2. Cano. capite 555. Auicennæ desumpta est, ubi sic fermè scriptum reliquit: Ex piscibus dura carne præditis eligendi sunt minores, ex molli uerò maiores ad terminum aliquem. Plura Galenus lib. 3. de alimen. facul. ca. 29. & 30.

Lucius & perca, & saxatilis, albica,
tencha,
Gornus, plagitia, & cum carpa, gal-
bio, truta.

Die gnanten fische seind gesunde/
Güt der natur vnd auch dem munde.

Hic decem recensentur pisces, quorū alimen-

DE CONSERVANDA

Quum hominum corporibus saluberrimum esse putatur.

Lucius.

Primus, Lucius est: piscis uulgo notus, qui quòd non modò in alterius, sed suæ etiam speciei pisces grassetur, tyranni appellationem uulgato uersiculo sortitus est.

Lucius est piscis rex atq; tyrannus aquarum.

Natatu uelox ac duræ carnis est, sed omnium Medicorum iudicio ὕπερῃς, atq; optimi succi, Germanicè ein Hecht.

Perca.

Secundus, Perca: qui branchijs subrufus est, dorso spinis armatus: unde ἀκανθόσειφῆ ἐὶν κῶν ποικιλόρροα Aristoteles scribit. Duræ quoq; carnis est, et uulgo cognitus, Germanicè ein Bersig. Porrò alimentum, quod ex eo sumitur, non modò ad coquendum est facile, sed gustui etiam gratum est, atq; hominum corporibus saluberrimum, ut quod sanguinem medium consistentiã generet. Medium autem uoco (inquit Galenus lib. 3. de aliment. facult. ca. 27.) qui neq; admodum tenuis est, neq; aquosus, neq; uehementer crassus. Vnde maximo in precio hic piscis semper est habitus. Ausonius in Mosella sic de eo canit:

Nec te delicias mensarum perca filebo,
Amrugenos inter pisces dignande maris
nis.

Quamquam

Quamquam certè τὸ περιχῆ ἀμικισσῖμῖς etiam Græcorum usitatum sit, reperiuntur tamen quibus περ ἀντίφρασις, quòd nulli piscium parcat, à parcendo sic dictus esse uideatur: ut qui iratus alios pisces pinnis suis, quas supra dorsum habet, uulneret. Quia ratione à Lucio quoq; immunis est. Imò, ut Albertus refert, naturalis quædam lucio cum perca amicitia est. Læsus enim lucius non tam facile à quouis alio piscium sanatur, quàm à perca.

Solum igitur liquidis percam laceratus in undis

Vestigat lustrans, solum hunc medicamina poscit.

Qui sic inuenius uulnera eius tangendo lenit atque sanat.

Tertius, Saxatilis: quo quidem nomine pi- Saxatilis
 seis à nonnullis hoc loco accipitur ex eorum numero, qui parui perpetuò manent, Latine etiam fundulus, & Germanicè ein Schmerle odder Grundel nuncupatur: Cuius alimentum (licet squamis careat) ad uoluptatem, coctionem, simul ac distributionem, & succi bonitatem, præstantissimum est. Multos tamen inuenias, quibus Saxaulus potius, siue saxaulis hinc legendum esse uideatur, ut hoc nomine ex planorum piscium genere eum intelligamus, qui βῆγλωψ & βῆγλωψ à Græcis dictus, hodie γλωψα nun-

DE CONSERVANDA

cupatur. A Varrone & Plauto lingua, à lingua figura, quæ Græcis est γλωττα, cui βσ particula addita est, ut magnitudinem potius quàm bubulæ lingue figuram significet. A Plinio Solea. Item ab Ouidio:

Fulgenes soleæ candore, et cōcolor illis Passer.

A figura soleæ, quæ solo pedis subijcitur, Germanicè eiu ðunge. Qui & ipse inter marinos pisces alimeni est haudquaquam contemnendi. Galenus lib. 3. de alimen. facul. cap. 29. similes quodammodò inter se esse passerem & soleam scribit, non tamen omnino eiu, dem esse speciet: Soleam enim molliorem esse, ciboq; suaviorem, ac in totum passere præstantiorem. Suauitate quidem, alimeni copia, succi bonitate solea præstantior est, at carne duriore, solidioreq; esse experienti sensusq; conuincunt. Plura Gulielmus Rondeletius li. 11. ca. 11. de piscibus marinis.

Albica.

Quartus, Albica: qui & ipse marinus, reponendus in numerum sale conditorum, & in fumo deinde, uel in aëre exiccatorum, qui à baculo, quo ante cocturam cõtunduntur, Stockfisch Germanorum lingua appellantur. Albica autem ex eo dictus uidetur, quòd molli, humida, atq; candida admodum sit carne: unde Germanicè quoq; ein weißling / & Saxonice ein weittig oder weiling nominatur, & pro bono gratoq; cibo habetur.

Quintus

Quintus, *Tinca*, uel *tencha*: piscis aquæ Tencha.
dulcis notus, pelle lubrica, muccosa, ad nigredi- Tinca.
nem tendeme, ac carne dura: unde ab his tribus,
nempc lucio, perca, & tinca post coctionem pelo-
lis auferri solet. Ausonius in Mosella uulgz sola-
tium uocat, quòd pauperibus tantum appona-
tur. Excremementus est, & totus lutosus. Teutho-
nucè ein tinche / schleibe / oder schleig.

Sextus, *Gornus*, *gornatus*, siue *gurnadus*: pi-
 piscis marinus albus, atq; minimus, medij digiti lon-
 gitudinem non excedens. Vnà cum capite ac spi-
 nis manditur, Teuthonicè ein gånart.

Gornus.

Septimus, *Plagtia*: piscis marinus plano-
 rum generi subijciendus, rhombo figura similis,
 sed contractior, lingulaca latior. Hic piscis su-
 pima parte albicat, prona fuscus est & terrei
 coloris, mstar passerum auium, unde à Latinis
 passer etiam dicitur, à Græcis $\psi\eta\tau\alpha$, Germani-
 cè ein Plateisje / Halbfisch, oder Scholle.
 Guliel. Rondele. lib. 11. ca. 7.

Plagtia.

Octauus, *Carpa*, siue *Carpio*: piscis fluuia-
 tilis notus, squamosus. Cuius caro excrementitia
 est ac muccosa, quare à magnatibus in uino de-
 coquitur. Ita nanq; multò quàm antè præstami-
 or euadit: quicquid enim muccosum, aut uiro-
 sum gustu refert, id totum deponit, Germanucè
 ein Carpen.

Galbio.

Nonus, *Galbio*: piscis marinus notus, car-
 iliginus,

DE CONSERVANDA

tilisgineus, corpore tenui, & in amplissimas alas
 expanso, Raia Latinè dicitur, & à quibusdam
 Rochetus, siue Rochus, à Græcis Βαῖος & Βαί-
 τής, à rubi, quem Βάτρῳ uocant, similitudine.
 Quemadmodum enim spinosus est aculeatusq;
 rubus, ita raia omnis aculeis aspera, non quidem
 toto corpore: sunt enim λειόβαῖοι, id est, leues
 raia, quibus nulli sunt in corpore aculei: sed siue
 leues siue raia siue aspera, omnes uncis aculeos
 in cauda gestant, sicuti in rubo, cynosbato, & ro-
 sis cernuntur. Piscis est duræ carnis, concoctu
 difficilis, sed alimenti firmi & sani, Germanicè
 ein Roch. Guliel. Rondel. lib. 12. ca. 3. Nonnulli
 Galbionem referunt in baculo conuulorum pisci-
 um classem, ut eum hoc nomine intelligamus, qui
 Germanicè Rotscher uocatur, qui & ipse duræ
 carnis est, ac sanus. Alij textus habent Gobio, de
 quo Galenus lib. 3. de alim. facul. cap. 28. Go-
 bio, inquit, littoralis est piscis, ex eorum nume-
 ro, qui parui perpetuò manent. Susuissimus ac
 concoctu facillimus, simulq; ad distributionem &
 succi bonitatem optimè comparatus, Gallicè Go-
 uion, Theutonice ein BachFress, oder Bress-
 ling. Huc referendi uidentur pisciculi omnes,
 quos Pffellen oder Blitzen Germanicè uoca-
 mus, & quotquot tales occurrunt, nempe iucun-
 di, boni succi, & ad coquendum faciles.

Truta.

Decimus, Truta: Hic omnium, qui in dulci-
 bus

bus aquis generantur, piscium equali cunctarum
genium iudicio longē nobilissimus habetur. Va-
rius admodum est, purpureis guttis siue macu-
lis totum dorsum speciosè pingentibus, carne in-
terius rubra, quemadmodum in salmone etiam cō-
spicitur, ut proculdubio is piscis sit, qui Ausonio
in Mosella Salar uocatur, quum dicit:

Purpureisq; Salar stellatus tergora gut-
tis.

Celebratur apud homines, tanquam uolupta-
te cibos reliquos superet. Carnem habet ualde
friabilem, ut in qua nihil neq; leuoris, neq; pin-
guedinis insit, quo fit ut alimentum, quod ex eo
sumitur, hominum etiam corporibus saluberrim-
um esse censeatur. Huc, quod ad succi bonita-
tem attinet, aschiæ etiam & auratæ, quos âschen
& rote forellen Germanicè nuncupamus, refe-
rendi sunt. Porrò Truta Gallicum est: nam uul-
go Truitte uocant, Germanicè ein forel. Verum
hactenus singulatim de piscibus, Nunc genera-
tim etiam atq; uniuersè nonnihil de præstantia i-
psorum dicemus.

Sciendum igitur imprimis, alimentum,
quod ex piscibus prouenit, quemadmodum idi- Piscium
psum lib. 3. ca. 25. de aliment. facul. Galenus atte electio.
statur, sanguinem gignere consistentia tenuiorē,
quàm quod ex pedestribus animalibus sumitur, a-
deo, ut non affluenter nutriat, & celerius discu-
tiatur:

DE CONSERVANDA

tiatur: magis tamen excrementitium est. Phlegmatici enim, id est, frigidioris humidiorisq; tēperamenti sunt pisces. Ob eandem tamen causam quidam, ipsos concoctu difficiles esse, ac tardè transitus censuerunt, quippe ratione frigiditatis leni etiam sunt, atq; diutius ob id uentriculo immorantur, & concoctioni repugnant: quo fit, ut sæpius corrumpantur, & putrescendo sitim generent. Carnium itaque laudabilium alimentum hoc nomine, quàm piscium salubrius est.

Secundò uerò hoc etiam sciendum, nempe pelagicos, hoc est, marinos (modò ceteræ bonæ notæ consentiant) in uictus salubris ratione, quàm qui in aquis dulcibus nati sunt, esse meliores. Alimentum enim quod præstant minus excrementitium est, & carnum naturæ propinquius. At uerò cum pelagici (cæteris paribus) quàm fluuuiatiles sint carne duriore, consentaneum est, eodè difficilius etiam concoqui & resolui, ac magis nutrire, sanguinemq; gignere puriorem. Aegris tamen ob concoctricis facultatis imbecillitatem fluuiatiles accommodatiores sunt.

Tertiò sciendum, ex piscibus tam marinis, quàm fluuiatilibus, eligendos esse, qui carne sine minimū mucosa aut lenta, sed alba, suauis, subtili, friabili, odorata, quæ tardè putrescat, & qui non degunt in paludibus, lacubusq;, atque id ge-

in locis limosis ac sordidis, nec in aquis limosas herbas & mali succi radices habentibus. Pessimam enim habent carnem, qui in eiusmodi locis degunt.

Eligendi uerò non admodum iuuenes, neque prægrandes, neque pinguedine multa respersi, sed ut in suo genere, carnosissimi, & celerrimi cursus.

Ex marinis præstantiores habentur, qui in fluminibus longius à mari distantibus capiuntur, utiq; si cætera laudabilium piscium nota non ab fuerint. Iisdem quoq; notis consentientibus, quando spinis agnatis ac squamis horridiores fuerint, tamò præstantiores etiam esse par est. Spinarum enim & squamarum multitudo substantiæ puritatem arguit. Præterea optimi sunt ex pelagicis, qui uiuunt in mari puro ac profundiore, uentorumque procellis magis agitato, & quod fluuios multos & magnos excipit. Quare in mari Ponico & Balthio nutriti ijs præstant, qui in mari Mortuo siue Meridionali capiuntur.

Eorum autem, qui in fluuijs gignantur, salubriores sunt, qui in ijs gignantur, in quibus aqua rapidè fluit, ac copiosa est. Ex quibus iam dictis liquidò constat, qui piscium probi malique senseri debeant.

Cetacei enim ac bestiales, cuiusmodi porcus et
canis

DE CONSERVANDA

canis marinus, delphinus, & morhua potissimum habentur, cum laudabilium piscium notis, nimirum albedine, subtilitate, ac friabilitate carcant, in cibo sunt prorsus iniucundi, & ad coquendum difficiles, exiguumq; boni quidem alimeni, excrementi autem plurimum reddunt, et praesertim recentes. Quare mirum non est, si prauum succum in eorum corporibus, qui quotidie illis uescuntur, congerant. Quos tamen si quando, meliorum non suppetente copia, edere cogamur, magnoperè cauendum, ne illico à captu ingerantur, sed seruandi sunt per dies aliquot, dum caro eorum mollescat, adeoq; citra substantiae corruptionem tenerescat. Id quod fieri solet ubi leuiter sale conspersi fuerint. Quo modo sapidiores etiam, ac multò quàm antè præstantiores euadere, lib. 3. de alimen. facul. ca. 24. & 40. Galenus auctor est. Quicquid enim mucosum, aut uirosusum gustu referunt, id totum deponunt.

Ex piscibus marinis raia & gornus in laudabiliū classe censentur, carnem enim habent consistentia purissimam. Deinde uerò passer & solca, quorum tamen caro lenior est, minusq; tum alba, tum friabilis, & crassior, sapore etiam atque odore minus commendabilis. Merlengo tamen, siue merlano, quem ἀφύλω Græci uocant, secundus fortè à raia deberetur locus, minore enim participat crassitie ac lenore, quàm passer & solca,

lea, & substantia utcumq; friabilis est: sed si odorem, saporem, colorem, substantiæ puritatem & molliem spectes, bonitate non nihil à Gorno adraia deficere videbitur. Idem de hare, go iudicium est. Morhua iuuenis bonitate prædictis satis propinquat, sed si diligentius ad præscripta laudabilium piscium notas exigatur, crassior multò atq; lenior inuenietur. Salmones autem rhombi (uulgo Gallorum turboti) & maquerelli siue macrelli longè à reliquis bonitate deficiunt: sunt enim multò crassiores, magisq; lenti, et concocti difficiliore, neq; competunt nisi uehementiore exercitio fatigatis, robustis, ac iuuenibus, idq; magis etiam si quid salledinis ipsis commisceatur, quolemor, crassities, & frigiditas eorum remoueantur ac corrigantur.

Ex piscibus aquæ dulcis, lucius et perca mediocres laudatissimi sunt, præsertim si præter dictas bonitatis notas pinguedinis non omnino expertes fuerint. Secundum post illos locum obtinet uendosia, carnem tamen habet non perinde albam, subtilem, & friabilem, sæpiusq; in stagnis, quàm fluuijs reperitur.

Illud porrò summatim nosse etiam expedit, quòd pisces fluuiatiles, modò cætera cõsentiant, tum ad bonos humores gignendos, tum etiam ad gustus ipsius uoluptatem cæteris multo sine præstantiores, si in aqua profunda, petrosa aut asper

ra, ad Boreã spectante, ac rapidè fluente degant: præsertim si urbis alicuius ampliſſime, latrinarum, balneorum, culinarumq; loturæ & purgæ mensa in illam non defluant, neq; et uestes & alia eiusdem generis in ea abluantur: Multo uerò magis, si præterea & herbarum ac bonarum radicum copia abundet. Cancri uerò tam marini, quàm fluuiatiles, sicuti libr. 3. de aliment. facul. capite 33. à Galeno traditur, dura in totum carne constant, ideoq; et ad coquendum sunt difficiles, & firmi alimenti, egrè tamen in uentriculo corumpuntur.

In piscibus quoq; id communiter memoria tenere oportet, quòd recentes ualde nutriant & humectent, mammas lacte repleant, semen prolificum suppeditent, adeoq; uenerem excitent, & biliosis corporibus sine accommodatissimi: Ceterum abstinendum ab ipsorum esu post quamlibet actionem fortem ac uehementem: qui nanq; id temporis ingeruntur, eos & malè concoqui, & dum in iecur ac uenas distribuuntur, succum generare crudum, qui non faciliè in probum sanguinem mutetur, à ratione alienum non est. Præterea uerò, cum hæc ipsorum etiam natura sit, ut tardius pertransiant, cura non minima adhibenda est, ne in uentriculum incidant debilem, aut prauis succis uitiatum: quippe qui tum neque bellè concoquamur, & facilius ferè unà cum alijs in uentriculo

triculo existentibus corrumpantur. Neque item unà cum carnibus, nec lacticinijs, neque summa post alios cibos loco, si quid Auicennæ credimus, edendi sunt.

Postremò uerò hoc etiam sciendam, quòd crassioris succi pisces infra mediocritatem saliti recētibus sine præferendi: Verùm recens saliti, Galeno lib. 3. de alim. facul. cap. 24. teste, iam diu salitius sunt meliores. Pisces etiam laudabiles exiguo sale conspersi, atq; moderatè sumpti, appetentiam, si quis eis delectetur, reuocant et roborant.

DE ANGVILLA, ET NON-

nihil etiam de Caseo. Cap.

XXXI.



VOcibus anguillæ prauæ sunt, si comedantur,

Qui Physicem non ignorant, hæc testificantur.

Calculus, anguillæ, nimis obsunt, si comedantur,

Ni tu sæpè bibas, & rebibendo bibas.

DE CONSERVANDA

Der ael ist ein vngsunder f sch/
 E hüt der stimmen grossen verdrick.
 Zu kess vnd aeln schmir wol die Feeln/
 Vil güter trünck die haben wöln.

Anguilla Anguillam uocibus nocere hoc in loco tradi-
 tur: idq; rationibus tum medicis, tum philosophi-
 cis comprobatur. Limosus enim piscis est, cras-
 siq; & leui succi, obstructions facit, longuq; &
 memoratis paulò antè probi piscis in: d eijs rece-
 dit: quod Galenus etiam in libro de cibis boni &
 mali succi ca. 15. in hunc modum scribens attesta-
 tur: Anguille nunquam boni succi sunt, tametsi pu-
 ro in humore uersentur, ne dū in eo qui urbiū sor-
 des & purgamenta in se recipit. Idem serè & in
 lib. de Attenuandæ diætæ ca. 6 confirmare uide-
 tur. Anguille, inquit, & molliū pars maxima,
 tametsi carnem habent mollem, quod tamen succo
 lento ac pituitoso abundat: ijs, qui salubri uictus
 ratione uti uolunt, plurimum est noxia. Pari mo-
 do de mustelis quoq; , que uulgate iam nomine
 lampetræ dicuntur, sciendum est. Nam et ipse
Lāpreta nihil secius quàm anguille plurimum crassi suc-
 ci gignunt: tametsi paruule lampetræ non perin-
 de male et periculose sint. Minore enim, ut sen-
 sus ipse iudex est, crassitie et lenore participāt.
 Quo fit, ut hi pisces, licet non ingratum ori sapo-
 rem offerant (quod salua tamen eorum reueren-
 tia dictam uelim, qui in eorum usu diu perseue-

rane) admodum sine periculosi. Siquidem genera-
 tio eorum in aquis serpentum generationi in ter-
 ris respondet, non sine ueneni suspitione. Vnde
 etiam M. Varroni lib. 4. de lingua latina, nomen
 habent quòd anguibus adsimulentur. Atq; hac cer-
 tè ratione capita & caudæ ac similiter interior
 spina, ut quæ uenenu in se comineant, nullo modo
 edenda sunt. Conueniens autè erit ob succi cras-
 sitiem ac lentorem, ut in optimo uino immersa
 necentur, atq; cum iusculo demde optimarū spe-
 cierū, sicuti ab Apitiana scholæ sectatoribus so-
 lem, præparentur: ac primò quidem duabus e-
 bullitionibus in uino & aqua præbulliant, illisq;
 reiectis tandem ad perfectionem coquamur. Vel
 gelu inde in patina fiat, uel pastillatura, uel assa-
 tura, idq; cum salsa nemo competenti, in hyems
 quidem cum uiridi, fortibus speciebus, & uino:
 in æstate uerò cum debilibus speciebus, ompha-
 cio, & aceto. Commodius tamen ab eiusmodi
 piscium esu abstinetur. Stomacho enim & reu-
 bus sunt inimici, sed præcipuū seminum nocumen-
 tum ex eorum obsonijs, qui arenulas mingere
 consueverunt, quoniam illæ anguillari glutino in
 calculos cogi & adstringi uideantur. Podagra
 quoq; laborantibus manifestè officium, nec ullis
 morbis medentur, sic ut iniquè natura fecisse ui-
 deatur, quæ tam suauem reficiendus expuendisq;
 piscibus indiderit saporem. Medici omni ex loco,

Anguilla
 coctio.

Anguilla
 esu calo-
 cu osis
 noxius.

DE CONSERVANDA

omniq; tempore, & præsertim circa solstitium anguillas detestantur.

Sequitur deinde, caseum atq; anguillas plurimum nocere si comedantur: quod sanè de ijs, quæ magna mole ingeruntur, intelligendum est. Cause quidem de caseo supra ca. 7. De anguillis uerò in præfenti capite habentur.

Postremo loco hoc etiam adseritur, nempe prauitatem eorum uberiore ac frequentiore uini potu corrigi atque emendari: quod minimè tamen de uino subtili ac penetrante, neq; item de eo quod in potus delatiui uicem substituitur, intelligendum est. Tale nanq; cum cibis mali succi bibendum non est, quemadmodum 3. 1. doct. 2. capite 8. Auicenna sic fermè, scribens diligenter admodum monuit: Neq; cum cibis prauis succi, nec antequam illi conficiantur, neq; ab eorundè concoctione uinum protinus bibendum est: quippe quòd mali chymi cibos in omnia statim corporis exteriora membra, quò fortasse citra uini ad miniculum minimè penetrassent, non sine sanitatis dispendio secum trahat. Intelligendum igitur de uino forti non admodum penetrante, quod sæpius atque modicè commode ciborum permissiois gratia sumitur. Hoc enim prauitatem eorum corrigit, concoctoriam facultatem roborat, frigidosq; et phlegmaticos humores concoquendo benignos reddit: quo fit, ut ad casei atq; anguillarum,

anguillarum, que egrè admodum conficiuntur, concoctionem non parum proficiat.

Ceterum neq; illud silentio hoc loco inuolendum, nempe uinum non in anguillarum modo, sed quorumlibet etiam piscium esu exhibendum: quippe frigidioris humidiorisq; temperamenti sunt omnes, adeoq; difficilius ob id ipsum conficiuntur, tardiusq; transeunt: uino igitur sæpius ac modicè sumpto facile emendantur, adq; συμψοσιαι perducuntur. Hinc non temerè hætenus hoc usurpatum est: Ex piscibus uiuos quidem aqua foueri, mortuos uerò uino condiri oportere.

DE CIBI POTVSQVE

in prandio atq; cœna permissione, siue alternatione.

Cap. XXXII.

INter prandendum sit sæpe parumq; bibendum.

Si sumas ouum, molle sit, atque nouum.

Erincst offt vnd wenig vber tisch/
Bein ey nicht iß/denn weich vnd frisch.

Hic duo traduntur præcepta.

DE CONSERVANDA

Primum, de cibi potuiq; in prandio atq; cœna permixtione siue alternatione: Inter prandendum namq; cœnandumue in uicem modò edendum, modò bibendum est, ac ne id quidem largè & copiose, sed sepe potius & parcè: Neque eam uentena nobis in hoc imitanda sunt, que tum demum bibunt cum cibo exaturata fuerint: sed potio subinde interponenda est, quoniam cibus permixtione potationis mollior redditus per membra nutritioni deseruiens, facilius peruehitur.

**Potui tri-
plex.**

Vbi notandum, triplicem à Medicis constitui potum. Ac primum quidem permixtium uocari, quòd unà nimirum cum cibo ingeratur: Alterum delatium, quòd concoctione in uentre iam confecta & absoluta, in hepate uerò inchoata, uel cibi penetrationem adiuuet, exhibeatur. Tertium uerò sitis sedatiuum, quo in explenda siti utimur. Quæ igitur de potu hoc loco traduntur, ea de permixtuo accipienda sunt.

**Permix-
tium.**

nim interponi sæpius ac permisceri cibi debet, neq; ad finem prandij uel cœnæ siue dum sitis urgeat (saluo tamen aliorum iudicio) differendus est. Imò uerò crebrius etiam ab illis assumi debet qui cibi actu uel potentia sicciorebus uescuntur, quiq; uehementius sese atq; immoderatus exercendo siccum panem uorant: non tamen copiose, ne concoctio impediatur. Simile enim quid

dam

quæ succederet, quale aquam in lebetem feruentem sæpius largè & copiose infundemibus solet: quippe caloris vis in coquendo hebetaretur.

Sitis autem sedatiuus potus circa prandij uel Sedatiuæ finem nature congruere magis uidetur: *uus.* tunc enim ob calidi sicciq; cibi æstuationem uera sitis urget. Namq; uerisimile non est eodem ac breui temporis momento infestari naturam esurie sitiq; simul, cò quòd hæc irriteretur à calore, illa stimuletur à frigore interno. Estq; hic potus augendus, uel minuendus, prout ipsa sitis exposulat.

Atqui delatiuus prima coctione iam peracta, Delatiuus atque etiam paulò antè quàm aliud quidpi- *uus.* am edatur, propinandus est: præsertim cum prius ingestus cibus consistentia fuerit crassior: neque differendus est, dum sitis oboriatur. Ventriculum enim ad reliquum suscipiendum cibum reddit expeditiorem, ac eorum etiam, quæ in uentriculo commencentur, distributionem ad hepar plurimum iuuat. Non tamen immoderatus eo abutendum est, ut maturè concoqui possit. Siquidem incoctus ad hepar non transit. Quod uerum utiq; erit, si in delatiui locum non substituetur aqua. In illa enim necesse non est, ut concoctio expectetur, priusquàm ad hepar transmeet. Rationabiliter uerò in potu delatiuo, ceu etiam in permixtuo non aqua, sed uinum propinari

DE CONSERVANDA

debet, aut aliud quidpiam, quod uino sit ἀνάλογον, ueluti ceruisia, μελίκρατον, aut ex cerasijs uel malis, aut simili quopiam fructus genere confectæ potiones: quibus tamen omnibus uinum est præferendum. Facilem enim efficit alimentum omnia membra distributionem: unde non ineptè ὄχημα τῆ τροφῆς ab Hippocrate nuncupatur, ut copiosè admodum supra cap. 15. & 27. ostendimus.

Sed quia de comoda cibi potuiq; permixtione satis iam diximus, illud minimè omittendum est, quod nonnullis ut rectum placere uideo, nempe ut iuxta crassiorem, sicciorem, & frigidiorẽ cibum de utroq; potu tam de latiuo, quam permixtuo largius assumamus, & ut rursus circa calidiorẽ, subtiliorẽ, atq; humidiorẽ, parcius. Et iterum ut uinum subtile ualensq; cum cibo natura crasso, duro, ac frigido bibamus, & è diuerso, ut calidioribus concoctioniq; magis paremibus cibis uinum debilius adiungamus. Quæ ratio si stabit, ualentiore uino iuxta carnem utemur bubulam, quàm pullorum gallinaccorum: uemque iuxta pisces, quàm carnes animalium terrestrium.

Secundum præceptum de ouis erat, nempe ut recentia ac mollia ingeramus: cuius ratio reddita est supra ca. 2.



Pisum laudandum nunc iumpsimus
ac reprobandum,
Est inflatum cum pellibus atq; noci-
uum,
Pellibus ablatis sunt bona pisa satis.

Inquisitione dignum uidetur, quod de pisis *Pisa.*
hoc loco traditur: nempe ipsa laudem mereri
quandoq; nonnunquam uerò & uituperium. V-
bi scire ante omnia conuenit, pisa duas habere fa-
cultates, adstrictoriam nimirum & purgatori-
am: quarum hæc certè in ipsorum uelut carne
est, illa uerò in corticibus. Laudamur igitur
quæ adempto cortice manduntur: culpantur
quæ non decorticata ingeruntur. Priore
enim modo sumpta, ut in diætiis uniuersalibus
Isaacus id ipsum confirmat, uentrem subducunt:
altero

DE CONSERVANDA

altero uerò magis condensant & adstringunt. plurimumq; flatulenti spiritus pariunt, ita ut pugna quædam ac tormena in intestinis excitentur: purgatoria quidem facultate succum excernere uolente, adstrictoria uerò retinente: hincq; intus affligitur natura, ab utroq; horum diuexata. Porro si pisa cortice spoliata mandantur, tunc purgatorie actioni maxime cõferunt. Quod de pisib; hic dicitur, idem de omnibus ferme leguminibus, puta fabis, lenibus, phaseolis, & si quæ sunt similia, præcipuè tamen corticem habentibus crassiore, ut de fabis & ciceribus nigris, intelligendum est. Hac nanq; ratione legumina omnia, quemadmodum lib. 4. de uict. rat. in morb. acut. apho. 93. Hippocrates attestatur, flatuosa sunt, & cruda, & cocta, & fricta, & macerata, & uiridia. Cortex præterea in omnibus peiorem generat succum, quàm quæ ipsorum uelut caro est. In pisorum genere reperiuntur quædam alba & rotunda, cortice tenui, leui, ac fragili, quæ tametsi unà cum corticibus innoxie mandiqueant, præstat tamen ut decorticentur. Legumina uiridia adhuc & nondum exactè matura, ualde tenuem habent corticem, ac minus ipsis discernimen mest, quod ad corticem saltem & carnem attinet, faciliusq; concoquuntur: quare ea nonnulli sanis corporibus, quàm matura atq; exsiccata magis conuenire arbitrati sum: quod ta-

non à ueritate alienum uidetur. Nam ea admo-
 dum esse excrementitia, & substantiæ corruptio-
 ni magis obnoxia, constat: quo fit, ut à sanis non
 usquequaq; citra noxam sumi queant. Hoc ta-
 men negari non potest, quòd matura & exiccata
 cum ab extimis corticibus purgata fuerint, ad uic-
 tum salubris rationem, quàm recensia non decor-
 ticata, accommodatiora sint, et è diuerso uiridie
 quàm exiccata cortice nõ sp. liata. Porro, quum
 omnium leguminum substantia inflet, concoctio-
 ni remittitur, crassiq; & prauis succi alimentum
 in corpus diffundat, merito à uictus salubris ra-
 tione excluditur. Brodium tamen siue iusculum Herbes
brũ.
 eorum, eò quòd flatum cum omni & alimenti &
 concoctionis prauitate deponat, uentrem subdi-
 cat, urinam ciat, uentrum atq; uiscerum obstru-
 ctiones amoliat, adeoq; ad uasorum etiam, quæ
 colatoria uulgo uocantur, nempe hepatis, renum
 & uesicæ, emundationem sic efficacissimum, non
 parum commoditatis in uictus salubris ratione
 habere dignoscitur. Cuius proinde usus ieiunio-
 rum tempore, quando crassis atq; obstruentibus
 utimur cibis, frequentiore esse conuenit. Multi-
 plex porro ac uariis hominibus leguminum usus
 esse solet. Nonnulli enim cum falsis carnibus esi-
 unt: quem modum Galenus lib. 1. ca. 25. de alim.
 scul. non probat. Nam hæ quoq; sanguinem cras-
 siorum & melancholicum magis generant. Quæ
 propter

DE CONSERVANDA

propter non est his copiosius utendum, & maxi-
 mè si cui corpus sit aut melancholicum, aut cras-
 so, aut prauo succo abundet. Pessimè autem cocti
 diuitibus legumina sapa adparant: quandoqui-
 dem legumina haudquaquam incrassantium mi-
 sitionem postulans, sed humidorum potius, et quæ
 ipsorum crassitiam incidant. Quibus uerò sapa
 commiscetur, iecoris obstructions solent gigne-
 re, uiscerisq; huius ac lienis inflammationes man-
 gent, nisi melle addito, meliora fiant. Perspicu-
 um autem est, quòd & scirrosos uisceris utrius-
 que affectus sapa exacerbat. Ut autem legumina
 esui accommodatiora fiant, magis nutriant, &
 crassum prauumq; sucum amittant, in hunc ferè
 Pisorum modum coquenda ueniunt. Sub noctem in aquam
 coctio. feruentem infundantur, ac primò quidem man-
 bus diutulè confricentur, ut à cortice separen-
 tur, deinde per totam noctem in eadem maceran-
 do temperentur, sequenti uerò die duabus uel
 tribus ebullitionibus in eodem liquore, dum ter-
 tia quartâ uel aque portio absumatur, percoquan-
 tur. Aquâ aut adhibere oportet leuissimâ, ceu plu-
 uialem. Nam & hac citius coquentur, & mollio-
 ra euadent, & concoctioni minus facessent nego-
 tij. Ius decocti colo tandem transfundendum, &
 ad usus reseruandum. De quo ubi & quantum
 cuiq; libuerit, accipiendum, cumq; cinnamomo de-
 nuò, & croco temperandum ad lentum ignem.

Hoc

Hoc enim pacto terream naturam magna ex parte deponet. Nonnulli duas partes zingiberis, unam piperis, aliquantum etiam cymini adiiciunt, quo facilius secedat: ad extremum aliquid aceti uiniue, & butyri admiscunt, atq; unca iterum ebullitione coquunt, spumam interea diligenter auferentes. Quod quidem in principio refectionis potissimum sumendum. illud postremo minime pretereundum, quod brodium siue iusculum cicerum & pisorum alborum multò sit prestantius, & humane nature accommodatius, quemadmodum & tota eorum substantia.

DE LACTE TABIDORVM.

Cap. XXXIIII.



LAc φθισικοῖς sanum caprinum,
postq; cameli,
Ac nutritium plus omnibus est asininum,

Plus

DE CONSERVANDA

Plus nutritium uaccinum sit, quoq; ouinum.

Adsit si febris, caput & doleat, fugiendum est.

Schwachen vnd verzerten leuten/
 Wil ich zur ziegen milch deuten/
 Cammel vnd Esels milch nere fast/
 Von Euen vnd schaffen aller baß.

*Lactis e-
lectio.*

Hic præcepta quædam traduntur de electio-
 re lactis genere, quatenus uidelicet phthisis,
 hoc est, tabidis, emaciatis, hectica febre laboran-
 tibus, & quomodocunq; cõsumptis, sit conductu-
 rum. Cibi enim his ipsis, quòd calorem natuum
 imbecillum obtineant, concoctu faciles conueni-
 um. boni item ac multi alimenti, ut corpus ema-
 ciatum instaurent: sed liquidi & tenues, ut uias
 ob siccitatẽ contractas facilius subeant, & pene-
 trent: ob febrim quoq; refrigerent nonnihil, & ob
 ulceris saniem, detergeant, & ob solutionem con-
 tinui, glutinent. Quas dotes omnes habet lac. fa-
 cile enim coquitur, ac omnium quæ alimeti gratia
 sumimus, lac, butyro & caseo multum nutrit: o-
 ptimum optimu est succi: sero casei & butyri li-
 quidum est, subfrigidum est, ut li. p. ca. 20. & lib.
 10. cap. 7. de simplic. medic. facul. terget sap. re
 dulci butyro se substantia, & acrimonia seri:
 glutinas

glutinat caseo, & eodem ac butyro est emplastrum cum. Quia propter nonnulli, Galeno in libro de eibus boni & mali succi, capite 9. teste, palmoris ulceribus affectos potionem tantum lactis curari putant, antea scilicet quam ea ipsa ulcera ampliantur, callosaque fiant.

Ac primum quidem preceptum est de lacte caprino: quod utile esse phthisicis, Auicenna Lac ca-
prinum. lib. 2. Cano. ca. 444. & 1. 4. trac. 3. cap. 6. confirmat. Neque id sane iniuria: siquidem inter cetera lactis genera moderatè se habet, cum non admodum pingue crassumque sit, ob id medium quoque esse censetur, quod in corporibus nostris prestat.

Secundum de camelino: quod illo tenuius est, serosique humoris magis particeps: quo fit, ut minus tum nutriat, tum emaciat conferat. Hydropicis tamen, & quibus hepar malè affectum est, non parum commoditatis adfert, praesertim si fuerit cameli nuperrimè euxæ. Eo namque hepar, si quid Auicennæ credimus, reficitur atque instauratur.

Tertium de asinino: Asina namque inter cetera brutorum genera lac prebent ad propositos affectus accommodatissimum: quippe cum tenuissimum sit, & minime coagulatur, & quoquo uersus ocysimè in corpus digeritur, quemadmodum elegantissimè libro 7. metho. meden. capite 6. à Galeno scribitur. Quod Auicenna quoque

DE CONSERVANDA

Lac muliebre.
 1. 4. Trac. 3. capite 6. confirmat. Non est, in-
 quiens, lac post muliebre, quod hecticus equè
 confert, ac asinum, Hecticā enim si quidem cu-
 rabilis fuerit, ad plenum curat. Sed præ ceteris
 lac muliebre, tanquā naturæ eiusdem, & hu-
 mano corpori familiarissimum, ab alijs medicis,
 præcipueq; ab Herodoto & Euriphone ad tabi-
 dos affectus celebratur. Quoniā ceteris est sub-
 tilius, frigidius, & humidius, citius concoquitur,
 uelocius penetrat, et melius nutrit. Sumendum au-
 tem quod uis horū manè ieiunis, horis tribus, aut
 quatuor ante cibum, unc. quatuor primū: quas
 si rectè confecerit, postridic quinq; lex uncias,
 & sic diebus consequentibus auctum, si bene con-
 coquat, usq; ad libram unam. Quatenus enim ui-
 res augeri cernimus, eatenus nos quoq; cibis adij-
 ciemus. Sumat autem patiens ex mamilla, aut mi-
 nimum diu extra propria conceptacula moratū
 (illie enim et sanguis et semen promptissimè cor-
 rumpitur) per se aut cum paucō melle, uel saccha-
 ro, & sale, ne in uentriculo acescat. A lacte hau-
 sto non dormiat, ne corrumpat, nec corpus exer-
 ceat motu aut frictione, ne crudum lac in corpus
 trahat.

Ceterum silentio prætereundum hoc loco non
 est, quòd non semper lac muliebre, aut asinum
 phthisicis profit: immo uerò lac acidum siue e-
 butyratum ab ipsis incertis quibusdam casibus

CONHE-

conuenientius adsumitur. Et primò quidem, quando cum phthisi fluxus ueneris simul infestat. Deinde cum metus est, ne in uentriculo coaguletur, uel ardor adest uehementis febris, aut uentriculus suapte natura biliosus existit, ut in quo lac nullo negotio in bilem transeat. Quinetiam quando phthisi febris coniungitur putrida, & multæ in inferioribus partibus sunt obstructions. Lac enim acidum cohibet & adstringit aluum, neq; facile in bilem conuertitur: quippe cui butyrum, quo promptè accendi poterat, ademptum sit: eadem ratione nec in putrida facile putrescit. Præterea cum immundus ac sordidus est uentriculus: in eiusmodi enim Lac promptissimè corrumpitur. Posi remò uerò cum phthificus lac integrum & dulce abominatur, ab acido autem siue ebutyrato non omnino abhorret. Sed de his omnibus copiosè admodum Hieronymus Cardanus libro secundo Contradicentium, Trac. 4. Contradict. 1. et Conciliator differemia 194.

Quartum de lacte uaccino: quod ut inter Lac uac cætera lactis genera crassius ac pinguius inueniuntur, ita alere etiam magis putandum est. Atq; hinc sanè Rhazes libro 3. capite 15. ad Almanso. sic fermè de eo scriptum reliquit: Lac uaccinum quorumlibet aliorum animalium lacte crassius iudicatur, atq; ob id corporis molem et obesitatem

DE CONSERVANDA

ad pisciuolemibus accommodatissimum habetur. His amplius Auicenna lib. 2. Cano. ca. 444. hoc quoque addendum putauit: Nempe lac cuiuslibet animalis, cuius foetus eandem in utero moram cum homine ducat, id est, per nouem menses, humano lacti esse maximè cōforme: illud uerò, quod sit animalis, cuius impregnatio quam mulieris diuturnior sit, esse deterius: quo fit, ut, cum uacca nouem mensibus uitulum ferat, lac eius humano maximè conforme, atque ob id optimum quoque habeatur.

Quintum de lacte ouino: hoc quod ad consistentiam quidem et nutrimentū attinet, ad uaccinum quodammodo accedit.

Sextum de lacte uitando in febribus putridis, et dolore capitis: cuius rei cause adsignatae sunt supra cap. 7.

DE BUTYRO. CAP. XXXV.



Leo

Lenit, & humectat, soluit sine febre
butyrum.

Dem Falten ist die butter wider/
Sic feucht/laxiert/hindert die glider.

Tres butyri proprietates hic referuntur.

Primò cum doloris sedatione lenit, & ma- Butyrū
turat: Siquidem temperatè calidum est, & natu- proprie-
ra pingue atque oleosum, facultatisq; concoquen- tates
tis, paulum habens etiam digerendi potentie, tres,
in medijs nimirum corporibus, secundum duriti-
em & mollitiem. Bubonas igitur & parotidas iu-
uat, ginguas extenuat, & presertim in infami-
bus demientibus, item humores in pectore ac pul-
mone fixos linctu concoquit.

Secundò humectat: ex meliore namq; lactis es-
sencia constat, quemadmodum ergo lacti, unde se-
iunctum est, humectandi vis inest, ita & butyro
in esse oportet.

Tertiò uerò soluit: largius enim sumptum,
cùm ob suæ substantiæ lubricitatem, tum ob com-
munem omnium ciborum humidorum rationem,
qui scilicet citra adstrictionem sunt humidi, faci-
lè per uentrem subit. Sed febricitantibus & cali-
dioribus naturis non equè ut alijs conuenit: ipsi
enim in flauam bilem conuertitur.

Illud porrò nosse hoc loco utile est, quòd buty-

DE CONSERVANDA

rum ob superabundantem et humiditatem et pinguitudinem in alimentis, usu præsertim immoderato, expetendum non sit: Venericulum. n. resupinat, ac subuertit, & ad uomitū incitat. Neq; ultimo post alios cibos loco ingerere conuenit, quippe cum humidum sit ac lubricū, facileq; subducitur, in superficie natans corrumpitur, & ob hoc ipsum ante alios cibos sumendū est. Ita enim citius subducitur, et alijs cibis uiam munit. Quocumq; olio magis tū nutrit, tum cibos condit: quo fit, ut obsonijs additū olei atq; adipis uicem merito penset. Vnicè tamen hoc semper cauendum, ne usus eius sit immoderatus, neue in uentriculo accendatur. Pingua enim inflammata, quemadmodum in maiori praxi trac. 6. ca. 15. rub. 4. Ioannes Michael Sauonarola scriptū reliquit, in melancholiam adustam transcunt, ex qua lepra demiceps generatur. Quo fit, inquit ille, ut obnumium Butyri usum multi leprosi in Germania reperiantur. Recens butyrum, ut Auenzoar testatur, contra bestias, quæ uirum ei aculatur, uenenaq; & feris illitum, & per os assumptum efficax est: ab aspide enim percussis utilissimè imponitur: & in pestilenti aëris constitutione quotidie cum puri panis tribus aut quatuor bolis manè ab ieiunis demoratum, mirifice ad sanos ab infectione præseruandos, confert. Plura de butyro Dioscorides libro secundo, capite 66. Galenus libro 10.

ca. 10. de simp. med. facul. Paulus Aegineta lib. 7. & Simeon Sethi in synag.

Annotatiuncula. Tametsi βήρυλλος propriam necessario habeat longam, eadem tamen correcta, & media producta, Ioannes Baptista Ferra quoq; hoc uersu extulit:

Lac dabit aërij tibi condimenta butyri.

DE SERO. CA. XXXVI.



Inciditq; lauat, penetrat, mundat
quoq; serum.

Das molcken zertreibt vnd macht subtil/
Durchringet / weschet vnd reynigt vil.

Hic agitur de facultatibus Sero, quod lactis a-
quosa est substantia. Hoc (ut libro 1. distinct.
1. cap. 9. de medi. simpl. purgan. Mesues inquit)

DE CONSERVANDA

excalfacit atque siccet ordine primo completo, & usq; ad secundum. Quinetiam attenuat, ablu- it, abstergit, & nitrosa, qua refertum est facultate, aluum absq; aliqua mordacitate leniter sub- ducit. Bilem tuam flauam, tum atram ab exustis humoribus genitam deijcit: quo fit, ut mirificè cō- ferat maniacis, & melancholicis. Præstat item ad uiscerum infarctus, & morbis inde prouenien- tibus opitulatur: nimirum aqua intercutæ labo- ransibus, felle suffusis, & lienosis. Datur utili- ter febrientibus ex bile, & uiscerum, ac uasorum obstructionsibus. Competit etiamnum uitijs in cu- te à bile, & perustis humoribus emergentibus. Quare lichenibus, uutiliginibus, alphis, psoris, leprisq; admodum conuenat. Hæc ille. Comitiali- bus quoq; atq; ijs, qui ob potentis uini largiorem potum malè habent, auxilium præstat. Plura Dioscorides lib. 2. ca. 64. Galenus lib. 10. de sim- pli. med. facul. ca. 8. Rhazes lib. 3. ad Alman. ca. 15. & Auicenna 2. cano, ca. 444.

DE CASEO. CA. XXXVII.



Caseus

Caseus est gelidus, stipans, crassus,
quoq; durus,

Caseus & panis sunt optima fercula sa-
nis.

Sinon sunt sani, tunc hunc ne iungito
pani.

Der Fesse stopfft/ist Kalt vnd grob/
Brot vnd brot hat grosses lob/
Es ist dem gsunden offt gar güt/
Den Fesz der Franck wol hinweg thüt.

Duo hoc loco peraguntur: Primò quatuor re-
feruntur facultates Casei. Quarũ prima est, ipsum
esse gelidum, id est temperatura frigidam, quod
intelligi debet de recente ac molli, qui frigidus et
humidus, & non de uetere, qui calidus & siccus
est. Atq; huius sanè rei grauisimum habemus te-
stem Paulum Aeginetam, qui lib. 7. sic ait: Case-
us recens & mollis repellendi uim obtinet, leui-
ter refrigerans. Quinetiam de eo intelligi po-
test, qui conficitur ex sola lactis coagulatione,
absq; ulla alterius rei commistione. Reperitur
enim qui ob aromatũ quorundam, ac odorata-
rum barbarum admistionem acrior & calidior
euaferit, & ob id linguam uellicet, atq; uentricu-
lum exalfaciat. Talis autem colore potissimum
uiridis existit, qui si maiore paulò mole ingra-

DE CONSERVANDA

tur, corpus vehementer exurit. Secunda est, caseum stipare, hoc est, adstringere ac cohibere aluum, quod maximè solet prestare uetus, cui multum coaguli adnatum est. Tertia est, ipsum esse crassum, quod est, crassos generare humores, id quod nullo excepto. Omnis enim caseus fit ex crassiore & terrestri magis cuiuslibet lactis substantia, admixto coagulo, & expresso inde sero. Quarta est, Caseum esse durum, id est, egrè & concoqui, & aluo discedere: numèrum propter succum crassiorem.

Secundo deinde loco hoc etiam adseritur: nempe caseum parua mole cum pane sumptum, optimum sanis hominibus esse cibum, quippe qui panis admixtione concoctu reddatur facilior, cum alioqui per se sumptus admodum ob concoctionis tarditatem offendat. Aegrotantibus uerò, propterea quòd neq; ad concoctionem, ut dictum est, neq; ad mouendam urinam, neq; ad ciendam aluum, neq; ad succi demq; probitatem, quicquam boni conferat, omnino fugendus est. Plura de hoc supra ca. 7. & 9.

CASEVS DE SEIPSO.

Ignari Medici me dicunt esse nocuum,
Et tamen ignorant cur nocumenta feram.

Exper-

Expertis reor esse ratum, quia commo-
ditate

Languenti stomacho caseus addit o-
pem.

Caseus ante cibum confert, si defluat al-
uus,

Si constipetur, terminet ille dapes:
Qui Physicem non ignorant, hæc testi-
ficantur.

Mann meynt der Feß bring nichts dann
schad/

Er thüt dem magen oft genad/

Du solt in nach der malzeit nagn/

Er deckt die speiß/ vnd schleußt den magn.

In prioribus duobus uersib. προσωποποιία
est. Fingitur enim caseus scipsum aduersus mali-
gnos uicinos ac uituperat. res defendere. igna-
ri, inquit, Medici, hoc est, indocti ac medicinæ
rudes, dicunt me uidelicet caseum in uniuersum
nocuum esse: quum ipsi tamen ignorent causam,
cur humanæ naturæ nocere dicar. Allusum autē
uidetur ad illud, quod ab Hippocrate in libro de
ueteri medicina scriptū est in hunc modū: Atqui,
inquit, mihi necessarium esse uidetur, ut omnis me-
dicus de natura sciat, & omni studio annutatur,
ut cognoscat, si modò aliqd corū que fieri debēt,
rectū

DE CONSERVANDA

rectè præstare uelit. Quid est homo ad ea quæ comeduntur ac bibuntur, comparatus, & quid cuiq; ab unoquoq; cominget ac accidet, & non simpliciter sic existimare, quòd malum edulium est caseus. Dolorem enim affert repleto ex ipso. Sed quem dolorem, & propter quid, & cui parti intra hominem existenti incommodam existit. Nam & alia multa edulia ac pocula natura mala sunt, & afficiunt hominem non eodem modo. Proferatur autem mihi uerbi causa aliquid, uelut uinum meracum multum potum, hominem aliquo modo debilem reddit, & omnes qui uiderint hoc fatentur & cognoscunt, quòd hæc est uis uini, & quòd ipsum est causa, & in quas in homine partes maximè possit nouimus. Talem itaq; ueritatem etiam de alijs ostendere uolo. Etenim Caseus, quandoquidem hunc in exemplum sumpsi, non omnes homines lædit, sed sunt qui ex ipso repleti, ne tantillum quidem offenduntur, imò gracilibus mirabiliter etiam conferre proditur. Sunt autem qui difficulter summouemes ipsum ab eo liberantur. Horum uerò nature differunt, differuntq; etiam iuxta hoc, quod est in corpore caseo contrarium. Nam à caseo excitatur & commouetur, in his quibus eiusmodi humor multus in corpore existit, & quò magis hic potens est, eò magis uerisimile est ipsos malè affligi. Si uerò toti humane nature malus esset, omnes utiq; læderet.

laderet. Hec autem si quis nouisset, non incurreret ea, neq; sanè pateretur. Hactenus Hippocrates.

Secundo deinde loco due recensentur utilitates ab ingestio caseo. Quarum prima quidem est, ipsum debilitatem abscindere stomachi: ubi sciendum tamen, quòd non quilibet statim caseus cuius subueniat stomacho (casei siquidem in certis quibusdam casibus omnes ex equo nocent, stomacho nimirum rare texture, ac illi quoq; qui ex longa egritudine adhuc debilis se colligit) sed recens, mollis, ac pauci lentoris particeps, quem admodum lib. 3. ad Alman. ca. 15. Rhazes testatur, calido atq; sicco stomacho apprimè confert: exustionem enim, caliditatem, & siccitatem eius frigiditatis ac humiditatis ratione reprimat, & emendat. Contrà uerò eidem, uctus admodum, & acris, cuiq; multum coaguli iniectum est, manifestè officit. Stomacho autem, cuius pelliculis multa infarta sunt phlegmata, plurimum confert caseus, qui inueterauit, & ob id quàm prius acrior atq; ardentior euasit: phlegmata enim acrimonia sua incidit, abstergit, & infra subducit. Rursum uerò recens ac mollis huic maximè nocet.

Secunda est, caseum priori loco exhibendum ijs, quibus uenter maiorem in modum soluitur: posteriori uerò quibus idem ob imbecillitatem non respondet. In numerum namq; astringentibus

DE CONSERVANDA

genia si prius ante alium cibum aut edantur, aut bibantur, alium comprimunt. Quibus autem ob imbecillitatem uenter non respondet, ij molliendi uirtute prædita, nempe olera, aut pisces, aut id genus aliud præsumunt: deinde adstringentia (quorum in numero caseus etiam reponitur) quæ dum ipsum firmanæ ac roborant, deorsum in uentriculi fundum, ubi concoctionis officina est. præopellunt, adq; excretionem tandem incitant: Id quod ex ueræ medicinæ peritis neminem latere arbitror. Vide Galenum libro 2. de alimen. facul. cap. 22. ubi rationem tradit, cur rhetori cuidam adstringentibus post alios cibos laxantes sumptis uenter fuerit solutus. Huiusce rei meminit etiam Paulus lib. 1. cap. 81. De acido caseo ita scribit Aetius lib. 2. capite 131. Recens caseus, qui ex acido lacte fit, & ob id ὀξύγαλάκτιον appellatur, omnium optimus censendus est. Nam & in cibo iucundissimus est, & stomacho innoxius præ omnibus alijs caseis existit, minus egrè concoquitur, & minus egrè transit, neq; uerò ualde crassi succi est, quo crimine in commune omnes casei sunt infames. His addit Rhazes, acidum caseum exigua mole ultimo post alios cibos loco ingestum, roborare os uentriculi, atque auferre etiam ἀνορεξίαν ac nausea, quæ ex dulcibus & pinguibus cibis proueniant.

DE MODO EDENDI ET
bibendi. Cap. XXXVIII.

INter prandendum sit sæpe parumq;
bibendum.

Ut minus ægrotes, non inter fercula po
tes

Zwischen dem mal solt ; chen lan/

*Præcipitur imprimis hoc loco, ut inter pran-
dendum cœnandumue in uicem modò edatur, mo-
dò bibatur, id est, inter edendum cœpius quidem,
sed parum bibatur: neq; potus, quemadmodum su-
prà quoq; ca. 32. dictum est, cousq; differatur,
dum uenerit cibo expletus uideatur. Deinde uerò
ut eo tempore, quod inter prandium ac cœnā in-
tercedit, potus, quoad eius fieri potest, euitetur:
& maximè si ingestus cibus in uentriculo nondū
concoctus fuerit, nisi magna cogente necessitate.
Interrumpitur enim & impeditur primò sumpti
cibi concoctio, ita ut cum inconcoctū è uentriculo
descendere contingat, appetentia cibi in cœna su-
mundi deijcitur, corpus grauatur, & ad disposi-
tionem, in qua homo neque sanus, neq; eger dici
queat, sine qualis ea est, quæ febrim præcedere
solet, adducitur.*

Ut uites pœnā de potib. incipe cœnā.

Das nachmal sahe mit trincken an.

Cœnam

DE CONSERVANDA

Cœnam à potu inchoandam esse hîc adseritur. Sunt qui hunc in modum exponant: Si vis vitare pœnam, id est infirmitatem, in principio cœnæ bibas prius quàm comedas. Sed inepta prorsus ac inualida est hæc expositio. Secundum Medicos enim cœnam à cibo quàm potu auspiciari conducibilius est. Neq; Angli ipsi, quibus præsens liber dicatus est, eiusmodi morem consuetudinem ueservant. Quacunq; enim dici hora bibere uoluerint, bolum ferè siue frustulum panis præsumunt. Quare quod dicitur, sic intelligendum potius uidetur: Incipe cœnam à potu, id est, à cibo liquido & concoctu facili. Et hoc est, quod ait Hippocrates in aphorismis lib. 2. apho. 11. Facilius est impleri potu, quàm cibo. Atq; eius quidem rei hæc assignari potest ratio: Quia si cibus liquidus & concoctu facilis postremo sumeretur loco, concoctionem eius multò citius, quàm crassus ac durus, qui prius ingestus fuerit, perfici contingeret. Somnus enim qui cœnam subsequitur, nîrum in modum concoctionem adiuvat. Hancq; ob causam liquidus cibus, quum ob crassum illum nondum ex toto concoctum, ad exitum peruenire nequeat, nimis adureretur: aut certè, si exierit, crassum illum, sed inconcoctum adhuc, secum traheret, periculumq; ita ei, qui comederit, non uulgare compararet. De recto ciborum ordine nonnihil etiam suprâ cap. 6. diximus. Porro de questione

questione hac, Vtrum à potu cœna inchoanda sit, lege Conciliatorem differant. 118.

Post pisces nux sit, post carnes cœsus adfit.

Vnica nux prodest, nocet altera, tertia mors est.

Singula post oua, pocula sume noua.

Nuß off fisch/ vñ ey ein trunct/
Nach fleisch ist dir der Eßß gesund.
Es sind drei nüß/ die ein ist güt/
Die ander schad/ die drit der tod.

Triab hoc loco peraguntur: primus namq; uer-
sus duo præcepta complectitur. Quorum Pri- Noces
mum quidem est; ut post esum piscium nuces post pi-
in casei locum substituamur. Quod tribus fermè sces.
modis probari solet. Ac primò quidē propterea;
quòd nuces collectionē phlegmatis, quòd ex fre-
quenti piscium esu generatur, caliditate ac sicci-
tate sua discutiant & dispergant: Atq; hinc sanè
est, quòd in uere, quando nimirum quadragesima-
rio ieiunio corpora macerantur, summo statim
post alios cibos loco nuces exhibeantur. Deinde
ea etiã in re, quòd pisces frigidioris ferè humidio-
risq; sine temperaturæ, adeoq; difficilius ob id i-
psum cœcoquantur, tardius subducantur, et prom-
ptissime in uentriculo corrumpantur ac putres

DE CONSERVANDA

scant: Nuces uerò, cum eundem ex calfaciant atq; desiccent, eorū concoctionem adiuuens, prauitatem corrigant, et ad mediocre temperamentum perducant. Tertiò uerò ob eam quoq; causam, quòd pisces interdum ueneni nonnihil in se contineant: nuces autem, ut copiosè admodum ostendimus supra cap. 13. uenenis aduersentur.

Secundum, ut post carniū esum non nuce, sed caseus exhibeatur. Caseus enim praestat, ut cibus ad fundum uentriculi, ubi concoctionis opus potissimū uiget, promptius descēdat. Quòd de eo sanè caseo maximè intelligendū est, qui medium locum inter recentē ac ueterē fortuus sit.

In secundo deinde uersu de triplici agitur nuce: quarū una quidem prodesse, altera nocere, tertia uerò mortem inferre dicitur. Per primam autem eam nonnulli intelligunt, quae ob odoris praestantiam Moschata uulgo appellatur. Haec siccatur & ex calfacit ordine secundo completo. Adstringit, oris suauitatem commendat, & faeculis animae uirus commansa abolet: Lenigues in facie emendat, uisum acuit, uentriculum & iecur roborat, lienem absumit, urinam ciet, fluentem aluum sistit, flatum discutit, & frigidus utriusque affectibus mirificè prodest. Per alteram accipiente uel nucem Aueellanam, quae λεπτοκάρυον, καὶ κάρυον πονηρικόν Graecis appellatur: uel eā, quae in communē est usu, et κάρυον βασιλικόν Graecis,

Græcè, Latinè uerò Juglans dicitur. Quarū illā quidem nocere ob id tradiderunt, quòd ægrè concoquatur, cibi in uentriculo supernatet, uentus excitet, flatus generet, & largius esitata caput tenet: Hanc uerò, quòd pari modo concoctu difficilis, stomacho inutilis, biliosa, et tussientibus inimica sit. capitiq; dolorem inferat. Ob hancq; ipsam sanè causam, Nuces etiā dici à nocendo, & rāmatici autumant. Græcorū quidam κάρυα, quòd κάρυαβία, i. capitis grauedinem faciā, u. mēnari tradunt. Per tertiā uerò iocoy è nonnulli nucem interpretantur balistæ, quòd nuntium repentinam inferat mortem, Verūm alij nucem intelligunt Methellam: quippe quæ uenenuū sit *καρυαβία* i. torporē inducēs. Quarto. n. refrigerat excessu, ita ut drachmarū duarū pōdere esitata statim interimat, minore uerò mensura temulentia faciat. Quos quidē affectus præstat etiam in canibus, quib. necandis aptissima habetur. Lege Rhazeni. 3. ca. 30. ad Al. Serapionē de simp. me. ca. 365. et Auicenn. 2. Can. ca. 512. Porrò ut grati etiā discipuli uicib. fungar, Georgij Sturtiade medicē eruditione et experiētia clarissimi, meiq; olim in re medica præceptoris obseruandissimi, de tribus hisce nucibus opinionē huic quoq; loco inserā. Igitur per nucē hīc aliud nihil quā Juglandē intelligendū adferebat: per unicā quidē, paucas numero quæ citra denariū cōsisterēt: per alterā quæ

DE CONSERVANDA

Paulò largiore copia ingererentur : per tertiam uerò, quæ immoderatissimè sumerentur.

Secundum hanc igitur interpretationem unica nux prodesse dicenda est, uel quòd nuces letalibus aduersentur uenenis: uel quòd uiridium ac recentium nuclei depellati et ante alios cibos sumpti uentrem leniter subducant: torrefacti uerò aliquanulum atq; à reliquo cibo commenducati ciborum in corpus distributionem adiuuent. Altera nocere, quòd nimirum concoctu sine difficiles, ac caput immoderatior usu tement. Tertia uerò mortem inferre, quòd præter iã dicta incòmoda δ' υσεν περιάει et iã ad istū ingestæ modum generem: quæ nisi præcipiti & compensatorio auxilio cohibeatur, mortè breui inferat.

Tertio demum uersiculo præcipitur, ut post oui cuiusq; recens atq; mollis esum haustus, & præcipuè uini, sumatur. Eiusq; rei duplex ferè adsignatur ratio. Ac prior quidem, quòd ouum recens ac molle succi sit, optimi & concoctu facilis, paruaq; mole, ut supra cap. 6. ostendimus, plurimo corpus reficiat alimento, idque uelle suo potissimum uinum autem, cum natura eo delectetur maximè, præstet ut à membris auidius attrahatur, celeriusq; ita permeet. Posterior uerò, quòd ouum tardius descendat per gulam (quæ Græcis proprio nomine οισοφάγειον, ab οἶνω στρο, & φαίγναι, cibus, quòd cibum & potum

potum in uentriculum transfuehat, Arabibus Meri nuncupatur) uinum autem descensum eius adiuuet.

DE PYRIS. CAP. XXXIX.



ADde pyro potum, nux est medicina ueneno.

Fert pyra nostra pyrus, sine uino sunt pyra uirus.

Si pyra sunt uirus, fit maledicta pyrus.

Dum coquis antidotum pyra sunt, sed cruda uenenum.

Cruda grauant stomachum, releuant sed cocta grauatum.

Post pyra da potum, post pomum uade cacatum.

Zuff die birne thü einn trunck/
klüffe seind wider gifft gesundt/

DE CONSERVANDA

Birne en wein sein giffres vol/
 Kocht in: iſſe/ es ergehe in wol/
 Kohe beſchweren ſie den magen/
 Nach d'pffeln thū den bauch entladen.

Pyra.

Hic docetur in primis, ut super pyrorum esu
 uinum bibatur, idq; tum uetus, tum odoratum:
 atq; eius quidem ratio reddita est supra cap. 7.
 Pyra enim sanguinem seroso replens succo, infla-
 tionesq; ac colicos cruciatu suscitant. Vinū er-
 go, cum calfacit, tenuet, flatus discutiat, et sero
 iam redundantiā consumat, super ipsis conue-
 niētiſimè bibitur. Deinde Nucem ueneno medio-
 cinam esse traditur: de quo copiose supra ca. 13.
 Secundo ac tertio uersu dicitur, pyra absq; uino
 comansa esse uirus, hoc est, nocere humane na-
 turæ: cuius ratio iam reddita est: ne quis interim
 simpliciter, ut de illis, quæ excessu qualitatū ele-
 mentorum, quarum multitudine constant, aut pro-
 pria qualitate, siue forma (ut uocant) occulta ue-
 nena esse noscuntur, ita de pyris quoq; suscipitur:
 Sic enim comansa perniciem subinde uel noxam
 aliquā inferre, ac promde arbor ea ferens meo-
 rito detestabilis esset, adeoque ob id ipsum excin-
 denda atq; in ignem conijcienda. Quarto uersu
 innuitur, pyra recens et eruda esse uenenum,
 id est, nocere humane naturæ: Nā extra hoc quòd
 sanguinem seroso atque ebulliente replens succo,

in 16-

Inflationes & colicos cruciatus excitant, phlegmata etiam ac scabiem generant. Cocta uerò contra *ἀντίδιόρυγι*, id est, remedium præstant, perinde atq; illa paulò antè præstare diximus, que cum uino manderentur. Atq; hæc sanè ultimo post alios cibos loco sumenda potissimū sunt: ita nanq; excrementorum subductionem adiuuant. Quinto uersu docetur, crudorum pyrorū esum grauem esse stomacho. Ipsum enim non à cōcoctionis tantum opere distrahit, sed flatibus etiam distendit. Cocti uerò e contrariò grauatum stomachum leuant, & reficiunt, inq; suum pristinum uigorem restituunt. Vltimo tandem uersu hoc imprimis præcipitur, ut uinum super pyrorum esu bibatur. cuius quidem ratio iam reddita est. Demde, ut à pomorum esu alius subducatur: quam rem Auic. 2. Can. ca. 569. sic fermè scribens confirmat: Poma dulcia & acida, ubi in stomacho crassum inuenerint succū, quandoq; incidunt ipsum, et per egestionē expurgant. Que sententia apud Oribasium quoq; reperitur li. 4. Synopsicos ad Eustathiū filiū ca. 29. Acida, inquit, cum in uentriculo succū crassum inueniunt, eundem incidendo aliuū subducunt, et ob eam causam feces liquefaciunt. Que dulci succo sum prædicta, ea sine acrimonia facilius descendunt. Quæ etiam hæc adsignari potest ratio, nūmpe quòd poma flatū in uentriculo excitent, flatu uerò per alium facile ducat.

DE CONSERVANDA
DE CERASIS,
Cap. XL,



Si cerasum comedas, tibi confert grā
diā dona.
Expurgat stomachum, nucleus lapidē
tibi tollit,
Hinc melior toto corpore sanguis
inest.

Der Eirschen schaln den magen fegt/
Der kern des steines wehtag legt/
Der safft machr dir ein güt geblüet/
Die drei gehn auß der Eirschen güt;

*Cerasorum com-
moda.* Tria ex cerasorum esu commoda hoc loco re-
censentur: ac primum quidem, quod stomachū
expurgent: idq; de illis potissimum intelligendum,
que unā cum nucleis mandantur. Ad cum nanq;
modum (ut nonnullis placet) ingesta abstergent
& emundant. Secundum, quod nuclei eorum,
cum

cum inde expressus succus siue lac sumitur, peculiari quadam proprietate lapidem non in renibus tantum, sed in vesica quoque frangant et expellant. Tertium uero, quod quæ ipsorum uelut caro est, optimum generet sanguinem, corroboret, & impinguet. Et hoc certe experientia testatur, et demonstrat ratio. Siquidem in passeribus, qui cerasis plurimum delectantur, eo ipso tempore, quo hæc matura sunt, iccuscula non paulò maiora quam aliàs reperiuntur. Vnde hepar frequentiore cerasorum usu augeri ac roborari certò colligitur. Sed hic notandum, quod duplicia sine cerasa, crassa nimirum & parua: ac crassa rursus duplicia, nempe dulcia et pontica, siue acerba. Dulcia omnia & parua insalubriora sunt, facillè corrumpuntur, & lumbricos in corpore generant. Crassa pontica quoque duplicia inueniuntur. Quædam enim pediculo constans longiore, bacca etiamnum cæteris crassiore, gustu acerbo, & admodum acido, colore perpetuò rufescente, nec unquam in atrum uergente. Italis uerle dicuntur. Hæc tenera adeò et fragilia sunt, ut nisi sub arbore sua comedantur, facillè gestatu collidantur & marcescant: Quare non nisi recètia, atque in principio tantum mense sumèda sunt. Abstergerendi stomachi & ciende appetencie uipredita sunt. Alia denique crassa, nigra, & maxime omnium pontica sunt, quæ in compluribus

DE CONSERVANDA

Italiae locis Marasche uulgo nuncupantur, à sa-
 pore sic dicta, quòd nō miucundi amaroris tantil-
 lum respiciant. Ea summo post alios cibos loco e-
 denda sunt, ita ut os uentriculi ponicitate sua
 claudant: quo clauso concoctio & melius & ei-
 tius peragitur. Galenus habita cerasorum omnis
 generis ratione lib. 7. simpl. medic. ca. 19. ea hisce
 paucis perstrinxit: Cerasus arbor fructus fere
 non paris adstrictionis in omnibus particulatim
 planis participem. Nam & in harum, sicut eti-
 am malorum granatorum, & malorum, quibus-
 dam austera qualitas, in quibusdam uerò dulcis,
 in nonnullis autem acida exuperat. Quinetiam
 ipsorum dulcium ea, quæ nondum cocta sunt, ac
 matura, quædam admodum sunt acerbæ, quædam
 similiter moris acida. Sed in moris immaturis a-
 cida qualitas acerbam exuperat, in cerasijs non
 semper. Ergo quæ dulciora sunt, magis quæ in in-
 testinis sunt subducunt, sed minus grata stoma-
 cho sunt. Contrà austera. Quæcunq; uerò aci-
 da sunt, ea pituitosis excrementosisq; stomachis
 sunt apta. Siquidem austeris magis desiccant, &
 nonnihil etiam incidunt. Porrò ipsius arboris
 gummi communem omnibus uiscosis & mordaci-
 satis expertibus medicaminib. facultatē obtinet,
 quæ & ad arterias exasperatas accommoda est.
 Propriè autem, si quidem, quod quidam subscri-
 bunt, uerum est, calculis uexatos adiuuat. Nam
sic

*fic illi tenuium partium inesset facultas quæ-
dam. Hæc ille. Plura Dioscorides lib. 1. cap. 129.
Pinius lib. 15. cap. 25. & Simeon Sethi in Syn-
tagmate.*

DE PRVNIS.
Cap. XLI.



Frigida

DE CONSERVANDA

FRigida sunt, laxant, multum profunt tibi pruna.

Die pflaumen machen weich im leib/
Und Fülh, als man von jnen schreibet.

Pruna.

Due prunorum facultates hic referuntur. Ae prior quidem, quod corpus mediocriter refrigerare. Dulcia enim (quemadmodum lib. 2. de medicaminib. simpl. purgamib. bened. capite 19 à Mesue scribitur) calido frigido temperata, aut paulò frigidiora, humida ordine secundo: μετρεα, id est, dulcicida frigida, principio secundi. Omnia tamen refrigerant. Quare Lusitani, qui calidam incolunt regionem, carniū suarum cocturae pruna plerunq; immiscent, & potissimum Damascena. Posterior uerò, quod aluum moueant: Et hoc Galenus quidem libro 2. de alimen. facul. capite 31. ita scribens confirmat: Corpori, inquit, ex hoc fructu minimum alimenti accedit: utilis tamen est ijs, quibus propositum est, uentrem mediocriter humectare ac refrigerare: Ipsum enim cum humiditatis, tum lentoris sui gratia subducit. Quod certè de maturis intelligendum: Cruda enim, quemadmodum Auicenna testatur, non parum adstrictionis praeseferunt. Et quanquam posterior haec prunorum facultas, non secus atq; prior etiam, Damascenis ferè attribuat, Armenis tamen potius

eius adscribenda erat, ut quæ, Auicenna & Me-
 suecæ testibus, præter cætera magis alterent, largi-
 usq; soluant. Vt sui uerò maximè sunt matura: im-
 matura minus. Optima autem inter ipsa, et huma-
 ne naturæ conuenientissima sunt oblonga, carne
 cum dura tum exigua, siccitate nonnulla parti-
 cipantia, cortice exteriori tenui, sapore non
 prorsus dulcia, sed μέσσα, id est, dulcæcida, qua-
 lia Damascena cum primis habentur. Hæc enim
 mediocriter humectant ac refrigerant. Multa
 porrò & uaria prunorum genera reperimus,
 non omnium tamen usus approbatur: Et ex ipsis
 agrestia quedam parua, dura acerbaq; & cibo
 iniucunda, Galeno ἀγριοκκίμηλα, uulgo pru-
 nicola siue pranula nominatur, Germanicè Schle-
 hen. Horum fructus, inquit Galenus libro 7. de
 simp. medic. facul. capite 35. euidenter adstricto-
 rius est, uentremq; sistit. Quo fit, ut aquam non-
 nulli uentri sistendo accommodatissimam inde eo-
 liciant. Cæterum pruna, quæ uentris subducendi
 gratia sumuntur, in aqua frigida prius quàm inge-
 rantur, aliquandiu præmaceranda sunt. Ita nan-
 que præparata magis tum humectant tum refrige-
 rant, adeoq; ad appetentiam, quæ collapsa fuerit,
 excitandam, & ad flauam præterea bilem, quæ
 in uentre habetur, detergendam ac subducendã
 accommodatiora fiunt: Quare biliosis etiam non
 solum febribus, sed alijs quoq; morbis salubria
 reddun-

DE CONSERVANDA

redduntur. Pruna recentia atq; bumida siccis
ualentius quidem alterans, sed excrementum
magis & peioris succi corpori præbent alimen-
tum. Sicca uerò nō solum ad nutritionem accom-
modatiora sunt. uerum magis etiam corroborat.
Quod de prunis hoc loco diximus, idem de cera-
sis quinq; aliquo modo intelligi potest, sed horum
bumiditas quàm illorum subtilior ac minus lenta
est, quo fit, ut minus etiam alant. De prunis Dio-
scorides lib. 1. ca. 137. Galenus & Mesues locis
paulò antè citatis, & Auicenna libro 2. Cano.
cap. 341.

DE PERSICIS, RA- cemis, & Passulis. Ca- put XLII.

Persica cum musto uobis datur or-
dine iusto
Sumere, sic est mos nucibus sociando
racemos.
Passula non spleni, tussi ualet, est bona
reni.

Pfirsich so mann se ißt mit most/
Weinber vnd nüß sein gute kost/



Sum huiusmodi melle rosam seim bds/
Und machn die niern von onflat lcsß.

Duo præcepta cum primis hoc loco traduntur.

*Ac primum quidem, ut mustum cum persicis bibatur, aut sanè persica simul cum masto exhibeantur. Mustum nanque calfacit admodum, ebullitionemque in corpore efficit: sed persica ebullitionem hanc atque calfactionem frigidi-
tate sua cohibent & moderantur, Contra uerò
persicis.*

DE CONSERVANDA

persicis, cum uehementius refrigerent, merito adbibetur mustum, quippe quod frigiditatem eorum, ne uentriculo noxam inferant, calore suo facile mitiget ac temperet. De persicis supra ca. 7.

Secundum uerò, ut uuarum racemum cum nucibus edamur: quod de aridis potissimum & antiquis nucibus intelligendum est: Virides etenim ac humidae per se salubres censentur. Amiquae uerò & aridae excellenter siccam, adeoque ob oleosam suam qualitatem promptè in corporibus accenduntur. Iure igitur uuarum racemum cum ipsis mandendi ueniunt, ut qui exiccationi atque inflammationi humiditate sua resistant. De nucibus copiosè supra cap. 13.

Tertio deinde uersu traditur, passulas siue uuas passas lieni officere: Ipsum enim communi ratione dulcium omnium obstruunt atque ledunt. Hinc Galenus in libro de attenuante dieta cap. 9. in eum modum scriptum reliquit: Uae passae si non sint adstringentes, lieni quidem & hepatis tumenibus non conducunt: thoraci tamen ac pulmonis affectibus conducunt. Renibus etiam conferunt, eos enim lauare & abstergere, urinamque cient. Renes namque multa ad ipsos deriuata humiditate mundantur. Sed de his quoque supra ca. 9.

DE FICVBVS. CAP.

XLIII.

Scrophae



Scropha, tumor, glandes, ficus cata-
plasmate cedunt.
lunge papauer ei, contracta foris tra-
hit ossa.

Dem Kropff / der Schwulst / beuodrase groß /
Von feign ein pflaster ist nicht böß.
Ist gestoffner maen dabey /
Gebrochen gbein ist ein arznei.

Hic due ficuum cataplasmatibus modo impositarum facultates referuntur: Ac prior quidem, quod cum aqua siue alio quopiam conuenienti liquore decoctæ, humidæq; impositæ, scrophulas, glandes, atq; tumores discutiant. Per scrophulas nerò, quemadmodum doctissimè ab Iano Cornario in ca. 8. li. 1. Macri scribitur, Latinis non recepto adeò uocabulo, strume intelliguntur. Videtur autem ex Græca uocè factum esse. Sicut enim Græci χοιρὰς ἀς appellant, quas nos strumas dicimus.

Ficuum
faculta-
tes.

DE CONSERVANDA

sic uisum fuit huic, qui primus scrophas appella-
 uit eos glandularum circa collū ac guttur tumo-
 res, Græce uocis etymon exprimere; χοιράδες
 enim ἀπὸ τῶν χοίρων appellatæ sunt, hoc est,
 à porcis ac suis: Vel quòd, Auicenna 3. 4. trac.
 2. ca. 9. teste, ob edacitatem haud rarò circa hoc
 animal reperiuntur, uel quòd earum figura por-
 cis plurimum adsimuletur. Per Glandes accipien-
 dus hoc loco abscessus, ut Guidoni Cauliaco placet
 utcunq; mollis, unicus, mobilis, & separatus
 à partibus circumiacentibus, in emunctorijs ple-
 rūq; nascens. Vulgò Sagedrusen, à glandis for-
 ma, quam præ se ferre uidetur, nomenclaturam
 accepit. Lege Io. Tagaultium li. 1. institutio. chi-
 rurg. ca. 13. Porro per tumores quælibet inflatio-
 nes in quauis corporis parte exortæ intelligi pos-
 sunt. His enim omnibus curādis ac maturandis fi-
 cus in aqua cum momento aceti, ut penetrationē
 earū adiuuet, decoquendæ sunt, donec mollescāt,
 mox liquore per colū transfuso, ficus ipsæ in mor-
 tario contundendæ ac cum eodē rursus cataplas-
 ma informandum. Cataplasma aut proprie medi-
 camenū uocatur, quod è plantis uiridib. cōtusis,
 uel iisdē ad mollitudinē usq; in aqua decoctis com-
 ponitur: id quod innuitur etiā uulgato uersiculo:

Tunc cataplasma facis, cum succum ponis
 & herbam.

Posterior uerò facultas: quòd cum papauere
 imposita

Impositæ ficus fracta extrahant ossa. Quo sanè lo-
co erraticum illud papauer intelligendum est,
quod in aruis passim nascitur, flore rufo, & capi-
te pollicaris unguis magnitudine. Pueri in Scho-
lis ἑγκαισὸν, id est, atramentum librarium ex
cōstitis florum sō ijs conficere solent. Germanicè
Blapper oder Born rosen. Dioscorides libr. 1.
ca. 143. de folijs eius priuatim testimoniū præbet,
quòd cum ficibus cataplasmatis modo imposita
ad extrahendum ossa fracta conducant. Sed ad-
scribam ipsius uerba. Ανάγουσι δὲ οἱ ὀλυνθεῖς
ἐν ὁῶσιν ἐν μήκωνος ἀρχίας φύλλοις .i. großē
cum syluestris papaueris folijs ossa extrahunt.

Vermiculos, ueneremq; facit, sed cui-
libet obstat.

Keuss/geyl/ond vnkeusch macht die feig/
Es ist zuwiderstehen leicht.

Duo hīc traduntur effectus ficuum. Primò
nanq; ex largiore ipsarum usu pediculorū multū
tudo prouenit: Quod de ijs potissimum intelligen-
dū est, quæ, ut refert Galen. li. 2. de alim sic. ca. 8.
et post hunc Auicē. 2. Can. ca. 283. mature pror-
sus ac sicce sunt: quandoquidem sanguinem non
admodū bonū sudoremq; multū gignunt. Dein-
de uerò ad uenerē irritant. Excrementitiæ enim
sunt, et inflationes pariūt, quibus uirga erigitur.

DE CONSERVANDA
et Venere roborantur uires. Plura supra ca. 9.

DE MESPILIS. CAP.
XLIIII.



Multiplicant mictum, uentré dant
mespila strictum,
Mespila dura placent, sed mollia sunt
meliora.

Es stopffe den leib/mache blasen lehr
Hart mispel sehr/die weich vil mehr.

Duae mespilorum utilitates hoc loco recensentur: Vna quidem, quod mictum siue urinam multiplicent atq; augeant. Quod certè non primò per se, ac propria sui ratione efficiunt, sed ex accidenti. Fæces enim comprimendo indurant, quo fit, ut utrûs humor ad vesicâ distribuatur. Quin etiã ratio adsignari potest similis illi, quæ est apud Hippocratem aph. li. 4. aph. 81. Mictio noctu plurima facta parua significat deiectionem. Quoniam, inquit Philotheus, multa et magis conferta distributio facta est in iocimore, & aliò deriuata est materia, ideo multa urine fluxerunt, parum autem stercoreis: et e conuerso, si multa stercoreis deiectio fiat, pauca erit urinary excretio, eadem de causa: nam parua distributio facta est, & ideo etiam parua urine, multa autem per stercoreis deiectio, quoniam in uentrisulo maneat humidum. Altera uerò, quod uentrem detineant: idq; præstant maximè qualitatibus ratione, quæ inest ipsis acerbæ admodum et styptica. Ex quo infertur hoc loco, mespila dura placere, quippè quæ ob adstrictionem alui fluuii in cibo accommodatissimè exhibeantur: sed mollia esse meliora: ut quæ magis nutriant, et aluum minus sistant. Illud porrò neminem latere debet, omnibus huiuscemodi parca uescendum esse, non autem afflucner, ut pyris, persicis, ficibus, uuis, et similibus. Nullo enim ipsorum ut alimento, sed ut medicamento po-

Mictio
nocturna.

DE CONSERVANDA

tius indigemus. Quod satis quidem colligitur ex saporis acerbitate, & duritie substantiæ, ut quæ extra hoc quæd serò in arbore maturitatem consequamur, minus etiam, quàm ut ediqueant, mollescam. Atq; hac sanè de causa, priusquàm edantur, reponi solem donec emolliamur. Sic enim quàm plurimum ex acerbitate & stypticitate amittant, & in cibo suauiora fiunt.

DE MUSTO. CAP. XLV.



Prouocat urinam mustum, citò soluit, & inflat.

*Welcher most reizt an den harm/
Eröffnet vnd bleißt auff den darm.*

*Tres hic enumerantur commoditates musti.
Primò. n. urinam prouocat. Siquidem fecibus eius nitrosum quippiam inest, ac tergendæ facultas, atq; eã ob rem ubi in uesicã descēderit, ipsam mordicans*

mordicans ad urinae profusionem impellit. Quæ tamen uersus non de quolibet musto, sed de eo solum intelligendus est, quod sæces habet mordicantes. Eiusmodi porrò ex Rhenensibus non paucæ reperiatur. Mustum enim cui sæces insunt crassæ, non mordicantes, quemadmodum supra ca. 26. ostendimus, meatum obsecpit atq; obstruit urinariorum, ita ut urina potius supprimatur.

Deinde uentrem soluit: Viscera enim nitrosa & salsa sæcis sue qualitate abstergens ad deiectionem incitat.

Tertiò uerò inflat, quod quidem propter eam contingit, quam in corpore excitat, ebullitionem. Inde enim flatus proueniunt. Sed de his omnibus satis supra ca. 26.

DE CEREVISIA ET ACETO. Cap. XLVI.



DE CONSERVANDA

CRassos humores nutrit ceruisia,
uires

Præstat, & augmentat carnem, gene-
ratq; cruorem.

Prouocat urinam, uentrem quoq; mol-
lit, & inflat,

Frigidat & modicum. Sed plus desiccatur
acetum.

Frigidat, emaceratq;, melanch. dat, sper-
ma minorat,

Siccus infestat neruos, & pinguis sic-
cat.

Das hier gibt grober feuchte viel/
Streckts gblüt / vnd mehrets fleysch on
siel/
Es lehrt die blasn / vnd weycht den bauch/
Es kült ein weng / vnd bleift auff auch.
Der effig kült vnd treugt / macht magr /
Gibe schwer gblüt / vnd schade dem hagr /
Der männlich sam von effig schwindt /
Das geäder lezt / die feißt benimpt.

*Duo hoc in loco peraguntur: Primò enim bre-
uiter octo ceruisiæ proprietates percurruntur.
Quarum prima quidem est, quòd crassos humo-
res in humano corpore generet: idq; maxime si
uino comparetur. Porrò iuxta materiæ uarieta-
tem, unde cõficitur, aliã in se atq; aliam recipit
uel*

uel in crassandi, uel extenuandi humoris rationem. Siquidem ex crassiore substantia crassiores, extenuiore uerò tenuiores humores procreari par est. Secunda, quòd robur addat. Tertia, quòd carnem augeat.

Quarta, quòd bonum gignat sanguinem. Quæ quidem tres proprietates potissimum intelligendæ sunt de cereuisia multæ substantiæ, non nimis recenti, neq; nimis inueterata, ex optimis granis ritè & perfectè cocta: qualis Erphordiensis cum primis existit. Ea enim multum habet substantiæ, boni est succi, uberrimum corporibus exhibet alimentum, & uires auget.

Quinta, quòd urinam prouocet: quæ proprietas claris maximè conuenit cereuisijs, quibus plurimum incoctam est lupuli: qualis est Embecensis. Ea nanq; ob lupuli copiam celerrimè penetrat, & urinam prouocat.

Sexta, quòd uentrem molliat. Eiusmodi inter triticeas Hamburgensis existit. Grati saporis est, multum substantiæ habet, copiosum & boni succi alimentum præbet, sanguinem bonum generat, & in soluenda aluo per se, aut cum butyro Phryfico primum locum sibi uendicat. Minus tamen conuenit illis, quibus caput non admodum firmum est; quippe qui ex ea faciliè inebrientur.

Septima, quòd flatibus uentrem distentat:

DE CONSERVANDA

lâq; maximè præstat Cereuisia cruda, hoc est, malè & imperfectè cocta: quæ certè, præterquàm quòd ægrè concoquitur, inflationes etiã et obstructions gignit, urinamq; remoratur: impm gust tamen admodum. In hanc classẽ Coytæ Hollandiæ referenda est.

Cereuisiæ præparatio.

Octava, quòd paululum infrigidet: Eiusmodi censentur cum primis cereuisiæ Hollandiæ, Brabantiæ, Hannoniæ, Flandriæ, & quibus plebei homines uulgo utuntur. Eæ nanq; omnes uino collatæ, refrigerandi facultatem habere uidentur. Vã biscendum, cereuisiam confici posse ex auena, hordeo, & tritico: sed iuxta materiæ rationem diuersa ei inducitur temperatura siue qualitas. Quæ nanque ex hordeo fiunt, frigidiores euadunt. Hordeum enim refrigerat siccâtq; in primo abscessu. Quæ ex hordeo simul atque auena, minus alunt, nec inflant, neque obstruunt admodum. Quæ uerò ex tritico, calidiores existunt, magisq; tum obstruunt, tum nutriunt. Crassiores cereuisiæ tenuioribus tardius concoquuntur, atque in corpus unuersum distribuuntur, magis tamen nutriunt. Tenuiores uerò conerà citò alterantur, in partes corporis celeriter rapiuntur, mouent urinam, & parum alunt. Mediocres omnia faciunt mediocriter. Pessima habenda est cereuisia, quæ conficitur ex rebus mæbriantibus, nimirum ex lolio, uel chamæpucce:

Ea enim adeò efficitur ualida & halitiosa, ut parum absit, quum bibentes paulò immoderatus ad insaniam redigamur, maximum capitis dolorem generat, & neruos lædit. De cereuisia plura supra ca. 17. & 18. Est præterea cruditissimum Ioannis Placotomi de natura & uiribus cereuisiarum opusculum in omnium manibus, unde facillè suppleri queant, quæ hic desiderantur.

Secundo deinde loco quinque aceti facultates enumerantur. Ac prima quidem quòd exte- proprie
cet. Secunda, quòd refrigeret. De temperatura tates
uel maxima est inter autores controuersia, alijs quinque
frigidum, alijs contra calidum adstruuntibus. In
hoc tamen præcipui consensum, quòd uim habeat
at refrigerandi magis, quàm calfaciendi. Ex ca
tertio gradu, estque ualde tenuium partiũ, crassos
& glutinosos humores attenuat, atque incidit, hæ
morũque putrefactioni uel maxime resistit. Eamque
ob rem medici peste grassante cum in cibo, tum
in potu aceti usum mirifice cõmendant. Hinc
sanè 3. 1. doc. 5. ca. 1. Auic. inter alia sic fermè de
eoscibit: Aceto præterea pestis tẽpore uti in cõ
bo atque potu nocumẽti ipsius securitatẽ præstat.
Tertis, quæ emaciet, hoc est, macrũ reddat: Vche-
mẽter. n. attenuat, incidit, ac desiccet, et excellẽ
tius si, ut 3. 1. do. 4. ca. 5. Aui. tradit, ieiuno usurpe
tur stomacho. Assiduus tamẽ atque immoderatio
eius usus plurima omnino adfert in cõmoda. Visum

DE CONSERVANDA

manq; debilitat, pectus ac pulmonem offendit, & tusses commouet. Hepati quoq; inimicum est: Si quidem, ut tract. 3. ad Soltanum Babylonie Rabbi Moses autor est, ipsum radit, sanguinemq; eim dealbat. Stomacho præterea, iuncturis, & neruosis omnibus mali nonnihil immoderatione usu ingenerat, articularesq; dolores, tremores, & paralyfin excitat. Proinde qui frigidus sunt & sicco temperamento, quiq; in ualidum pectus, pulmonem, hepar, stomachum, & neruos habent, ab aceto abstineant, aut modicè saltem eo utantur.

Quarta, quòd generet melancholiam: Frigiditate enim sua & siccitate ipsum hepar refrigerat & exiccat, atq; ad generandam seccam melancholicam opportunum reddit, quæ deinceps facillè in ueram melancholiam uertitur. Hippocrates lib. 1. de uict. rat. in morb. acu. apho. 38.

Quinta, quòd Veneris appetentiam rescindat & semen imminuat. Nimum enim attenuat, incidit, exiccat, & refrigerat. Cibariorum tamen appetentiam suscitatur. Harum facultatum lib. 3. ad Almanforem ca. 17. Rhazes etiam meminit. Acetum, inquit, frigidum est & siccum, maciem efficit, uirtutem destruit, sperma minuit, bilemq; corroborat nigram, flauam uerò demolitur, sanguinemq; debilitat, & cibos, quibus admiscetur, attenuat atq; incidit.

Vltimo

Ultimo tandem uersu tria comprehenduntur. Ac primum quidem, quòd macris noceat. Cùm enim acetum excellenter attenuet, incidat, atq; desiccet, ex necessitate etiam maciem auget. Quippe similibus, ut Galenus lib. 1. ca. 10. de san. tuen. testatur, quemlibet excessum augete par est, contrarijs uerò remitti aut minui.

Secundum, quòd noceat ueruis: Exangues enim sunt: & cùm tenuè sit, ualde eos penetrat. Plura de hoc supra ca. 17. in acid. cereuisia.

Tertium, quòd immodicè pingua corpora emaciet: atq; eius quidem ratio iam reddita est. De aceto plura Dioscorides lib. 5. ca. 17. Galenus lib. 1. de simp. medic. facul. cap. 19. & deinceps. & lib. 8. eiusdem operis ca. 22. & Simeon Setbi in Synag.

DE RAPIS. CA. XLVII.



Rapa

DE CONSERVANDA

Rapa iuuat stomachum, nouit pro
ducere uentum,
Prouocat urinam, præstatq; in dente
ruinam.
Si malè cocta datur, tibi torsio sic gene
ratur.

Die ruben seind dem magen leicht/
Darvon der wind im leib entweicht.
Der harm darzü / die zecn fallen auß/
Seinds ubel köcht / kömpt krummen drauß.

Raporū cōmoda et incommoda.

Hic tria cum primis raporum recensentur cōmoda. Ac primum quidem, quòd stomachum iuuent. Secundum, quòd flatus gignant. Tertium, quòd urinam prouocent. *Quæ* sanè omnia de ijs intelligi debent, quæ bellè, & præcipuè cum pinguis caribus percoquuntur. Ea enim iucundiora ac gratiora stomacho fiunt, satis tum nutrienda, tum impinguant, sed humorem ac fluxam carnem creant, flatus & genitale semen generant, Veneremq; stimulant, urinam prouocant, fauces leniunt, atq; thoracem, ac uisum prætereà, ut Auenzoar & Auerrhoest testantur, peculiari quapiam proprietate roborant. Fertur etiam, quòd fibræ illorum, siue caudæ, aluum fortiter moueant. Atq; hinc sanè uulgati excogitati sunt uersiculi:

Radix

Radix rapa bona est, comedemi dat tria dona,
 Visum clarificat, uentrem mollit, bene bombit.

Secundo deinde loco duo eorundem referuntur incommoda. Nam & dentes ledunt, & torsiones siue tormina in uentre suscitant. Atq; his quidē malis cruda maximē obnoxia sunt. Primum enim non agrē modō dentib; franguntur, uerum etiā minus iusto in uentriculo conficiuntur: quo fit, ut et ipsa corrūp. ntur, & foetidos praeter ea halitus denuib; suggerant, acciditq; duplici ita nomine dentes offendi, cōmanducatione nimirum, & halitu. Deinde uerō ad istum modum liberalius ingesta, concoctusunt difficiliora, ac flatulenta magis, stomachoq; noxia. Nonnunquam autē & uentrem mordicant. Quorū posterius etiam uulgo nobis indicatur uersiculo:

Ventum sepe rapis, si tu uis uiuere rapis.

Crebrior raporum usus crassum humorem generat, & obstructions iecoris parit. Ventrem nec sistunt, nec mouent. Inter radices tamen omnes, quae quidem edendo sunt, rapa corporis nutritioni uel maximē conueniunt, idq; ex saporis incunditate facile deprehenditur. Ea enim eduliorum omnium natura est, ut amara, & quae linguam contrahunt, minus, dulcia uerō magis solant. Rapa autem cū alijs radicibus dulciora sint, minusq; linguam contrahant, maius etiam alijs prestare alimentum, magisque uictus salubris

DE CONSERVANDA

salubris rationi conuenire, consensaneum est. Sanguinem tamen crassiorem & melancholicum generant, cum minus iusto in uentriculo, ob concoctionis facultatis imbecillitatem, conficiuntur. Coctionem autem diuturniorem postulant, eaq; sum laudatissima, quae, primae ebullitionis aqua segregata & abiecta, bis percoquantur. Cruda, ob praedictas paulò ante causas, nullo modo edenda sunt. Cymæ raporum decoctæ manduntur, et urinam cient. Rapum muria conditum, uel cum aceto et sale sumptum, nunus quidem alimenti sufficit, sed multò magis appetentiam recreat. Huius semen tritum & magna copia haustum, Venerem suscitatur. Fertur, quòd si quis hoc ipsum semè cū calaminta & Lemnia terra comixtum sumat, eod die neq; ueneno, neq; morsu ueneni animalis laedi. Appensum inguinum morbis peculiari quapiam proprietate medetur. Plura Dioscorides lib. 2. cap. 104. Plinius lib. 18. ca. 13. Galenus lib. 2. de alimen. facul. cap. 62. & lib. 6. de simp. med. facul. ca. 98. & Simeon Sethi in Syntagmate.

DE ANIMALIUM VISCE- ribus. Cap. XLVIII.

Egeritur tardè cor, concoquitur quoq; durè.

Sic

Sic quoque uentriculus, tamen exteriora probantur.

Reddit lingua bonum nutrimentū medicinæ.

Concoctu facilis pulmo est, citò labitur ipse.

Est melius cerebrum gallinæ, quàm reliquorum.

Die hercz sind nicht zudawen güt/
Der mag deßgleich im mittel thüt/
Die zung vnd lung mir wolgefelt/
Der hūner hirn ist außetwele.

Agitur hoc loco de natura & facultate uiscerum, quæ homines cibi causa ex animalibus secant. Recensetur autem numero quinq; *Cor.* Quorum primum quidem est, Cor tardè tum concoquitur, tum per intestina descendere. Caro enim eius dura est, cui, ut ægrè concoquatur, et tardissimè descendat, natura comparatū est, testis Galen. li. 3. de alim. facul. ca. 11. Cor, inquiens, substantia quidem caro est fibrosa ac dura, ideoq; ad coquendū est difficile, & tardè permeat. Huc iecur quoq; referendum uidetur. Nam, ut ibidem testatur Galenus, omnium animalium iecur crassi est succi, ac ad coquendum difficile et ardèq; permeat. Renes itidem prauis admodum sunt succi, & conco-

DE CONSERVANDA

Stomachus.

Est difficile Galenus ibidem ca 5. Secundum est, stomachum quoque aegre concoqui & lenè transire. Est enim membrum cartilagnosum ac nerueum, neque facile in bonum sanguinem mutari potest. Cartilagnosa enim dura sunt, neruea uero animalium particulae succum absolute pituitosum gignunt, Oribasio libr. 4. Synopsis. ad Eustathium filium cap. 7. teste. Galenus lib. 3. de aliment. facul. cap. 12. in hunc serè modum de eo scriptum reliquit: Durior carnis est stomachus, ob id, etiam si ritè conficiatur, succum tamen gignet non planè sanguineum neque inculpatum, sed frigidiorè, ac crudiorè. Proinde multum temporis requirit, priusquam satis confici & in probum sanguinem mutari queat. In extremis tamen partibus, numpè in fundo & orificio, facilius conficitur, ut in quibus pinguior sit, & carnis nature propinquior. Terti-

Lingua.

um est, Linguam bonu esse alimentu, idque maxime, Auicenna libro secundo Cano. capite 145. teste circa radicem. Illic enim suauissima est, facile concoquitur, & probum corpori alimentum præstat: cum fungosa alioqui laxaue sit, & respectu solidioris carnis parum alimentu habeat. Iner omnes tamen porcellinae potissimæ sunt, ut quæ ablata circumcingente pellicula à structoribus lac prægustatoribus principum carni equiparentur aprugnae. Bouilla ob exuperantem

perantem humiditatem parum in uictum salu-
bris ratione commendatur. Quamobrem i-
psis usuri obsonatrici artis periti, caryophyl-
la inferere solent, priusquam assentur: sic enim
illarum humiditas contemperatur, edendoque
accommodatiores fiunt. Quartum est, pul-
monem facile & concoqui, & per intestina de-
scendere: mollis enim admodum est & rarus.
Paulus libro primo, capite 35. hæc sic tradit:
Pulmo facilius quidem, utpote fungosus, conco-
quitur, sed leuiorem cibum præbet, pituita gene-
randa efficax. Agnus uero pulmo, licet pro a-
limento minus conueniat, medicamenti tamen
uim possidet. Impositus enim, ut autor est Dio-
scorides libro 2. capite 37. & Galenus lib. 11. de
simpl. medic. facult. capite 6. acriter à calces-
centis contractos ab inflammatione tuetur &
sanat. Idem tradit Auicenna 2. Cano. capite
368. Quintum est, gallinæ cerebrum omnium
esse præstantissimum. Vbi sciendum in primis,
cerebrum esse pituitosum, crassi, uitiosiq; sus-
ci: Lentè transit, concoctioni aduersatur, sto-
machum ledit, & nauseam excitat: idè rectè
uulgo ad corrigendam frigiditatem & humi-
ditatem, cum sale, & puluere zingiberis, aut
piperis condiri solet. Sullum nature inimi-
cum est: Ouillum uero, uitulum, leporinum, cu-
niculum uic cum sale ac calidis speciebus mandi

Pulmo.

Cerebrū

DE CONSERVANDA

conceditur. Inter omnia tamen cerebrū gallinæ facile primam laudem obtinet. Abundè enim nutrit, genitali semini adijcit, & cerebri substantiā auget, unde & his, qui tardiori leuioriq; ingenio ac mente sum, prodesse dicitur. Dioscoridi lib. 2. ca. 43. sanguinem à cerebri membrana profluentem sistit. Quod Auicenna lib. 2. Cano. ca. 129. & 296 ad fluxum sanguinis narium transtulit, nempe qui membranæ cerebri uitio contractus sit. Cerebrum, inquit, gallinæ prohibet fluxum sanguinis narium, accidentem ex uelaminibus cerebri. Plura de hoc supra ca. 9.

DE SEMINE FOENICVLI.

Cap. XLIX.

Semen Fœniculi pellit spiracula culli.

Der fenchel samen treibt vnd jagt
Die geng des hindertheyls mit macht.

Hoc in loco traditur, semen fœniculi, quod Fœniculum. $\mu\alpha\pi\alpha\theta\rho\rho$ græcè dicitur, flatus dissipare atq; expellere, idq; maximè ratione caliditatis: Nam, ut lib. 7. de simp. med. facul. ca. 97. Galenus memorie prodidit, tam ualenter excalfacit, ut ex tertio ordine excalfacientium censeri promeretur: desiccet

desiccatur uerò non equè, sed ipsum quisspiam in hoc primi esse ordinis posuerit: proinde lac procreat: quod, si admodum desiccaret, non sanè efficeret. Suffusis eadem ratione auxiliatur, urinas mensesq; ciet. Ex esu præterea seminis fœniculi manant & alia quædam commoda. In febribus enim nauseam, & stomachi feruorem ex aqua frigida potum sedat, stomachum purgat, oculorum aciem reficit, & cum uino decoctum uirulentorum uermium ictus sanat. Conrigit radices, & cum melle illitæ, morsibus canum mendentur. Quæ quidem omnia à nonnullis, uemorie prospiciendæ gratia, hisce uersibus inclusa sunt:

Bis duo dat marathrum, febres fugat, atq; uenenum,

Et purgat stomachum, lumen quoque reddit acutum.

Transcripta autem ea sunt partim ex Dioscoride lib. 3. ca. 67. partim uerò ex Auicenna lib. 2. Cano. ca. 281. Quo sanè loco inter alia refert Auicenna etiam Democritum existimasse, serpentes, & uermes uenenatos, recentis fœniculi semine pastos senectam exuere, oculorumq; aciem succo eius reficere, ueris initio, ubi latebris relictis in apricum prodierint. Vnde intellectum est, hominum quoque caliginem præcipuè eo releuari. Plura hæc de re Nicander sub exordium

DE CONSERVANDA

Theriacān, Plinius libro 8. capite 27. & libro 19. capite 9. & libro 20. capite 23. Macer libro 1. capite 16. & Mesues ca. 1. de aegritudinibus oculorum. Attamen cum concoctioni aliquantulum renatur, & exiguum, prauitq; succi alimentum corporibus exhibeat, non ut alimento, sed ut medicamento potius foeniculo utendū est. Proinde alijs interim cibus ipsum uice condimentī, & ut eorum prauitatem corrigat, adhibemus. Quam admodum enim petroselinum nonnunquam cum lactacis, ut earum humiditas & frigiditas contemperentur, sic etiam cum cucurbitis macedum, aut rāpis, ut prauitas eorum minuatur, foeniculum decoquere simul & mandere consueuimus.

DE ANISO. CAP. L.

EMendat uisum, stomachum confortat Anisum.
Copia dulcoris anisi sit melioris.

Das asicht vnd magen Anis sterckt/
Je süsse je besser nutz er wirckt.

Anisi utilitates. Duae hic referuntur utilitates anisi. Primò nanque uisum emendat, & maximè quidem foris impositum. Atque hinc sanè apud Plinium lib.

lib. 20. ca. 17. naturalis bist. Epiphoris oculorū è uino radicem eius tusam ab lolla imponi solitam legimus: Ipsam cum croco pari modo & urno, & per se tritum cum polena ad magnas fluxiones extrahendāq; si qua in oculos incidunt.

Secundo deinde loco stomachum roborare dicitur, quod profectò de semine eius potissimū intelligendum est. Illud nanq; ut li. 6. de simp. med. fac. ca. 44. Galenus adserit, maximè utile est, acre & subamarum, ut propè ad urentiū accedat caliditatem. Est aut et in siccando tertij ordinis, sicut & in calfaciendo. Stomachum igitur calfacit, & qui in ipso sunt, humores crassos, ac frigidos, lentosq; attenuat, incidit, liquidosq; & expulsionem accommodos reddit. Inflationes quoq; que ab iisdem proficiscuntur, discutit. Atq; hinc ad eò fit, ut stomachus tum repurgetur, tum exiccetur, et onere, quo grauatus fuit, deposito roboretur. Quinetiam uisui eadem ratione conferre existimandum est, quippe cui nihil æque noceat atq; stomachi impuritas. Hinc. n. impuri, foetidi, et turbulenti sumi ad oculos sublatis noxam spiritibus uisui inuehunt. Melius ad hoc semper recens, plenum, non fursurosus, dulcedine & odore præstans. Præter has utilitates et alie quamplurimæ à Dioscoride lib. 3 ca. 56. Plinio loco paulò amè citato, Scapione cap. 242. & Auicenna libro 2. Cano. cap. 1. recensentur. Oris enim halitum

DE CONSERVANDA

iucundiores facit, doloris leuamentum præstat, urinam ciet, discutiendi uim habet, aquam que subijt cutem dissipat, potum siccum ex salis humoribus contractam extinguit, animalium uenenis aduersatur, ualet ad inflationes. Aluum & alba fœminarum profluvia tostum sistit, Lac ad mammas elicit, Venerẽ stimulat. Dyspnœas à pituita profectas tostum purgat, cum melle sumptum melius. Vetustis & antiquis ex frigore hepaticis affectibus prodest. Iecoris, lienis, renum, uteri, ac reliquorum etiam uiscerum obstructions tollit. Vias enim ab humoribus crassis, frigidis, ac lenis præclusas & obsessas aperit. Atq; ob id febribus quoq; opitulatur antiquis. Dolores capitis leuat, suffitum naribus: cum rosaceo tritum instillatumq; fractis auribus medetur.

DE SPODIO.

Cap. LI.

Si cruor emanat, Spodium sumptum citò sanat.

Geb:andter helffenheyn versteht
Das blüt, daß des kein tropff meh: felt.

Spodium Spodium sanguinis profluvia hic sistere traditur: quod de Spodio ab Arabibus nobis descripto

pto potissimum intelligendum uenit. Hoc, ut ex
 Auicenna 2. Cano. ca. 617. colligitur, non est ni-
 si radices cannarum arundinumue adustæ. Qua-
 re cum eo, quod Græci ἀντιάρδιον appellant,
 conuenire uidetur. Officinæ Platearij nixæ testi-
 monio, pro Spodio tam Græcorum quàm Ara-
 bum, ossibus ustis utuntur, quæ elephantis esse
 putant, quum uerisimilius sit bouis, uel alterius
 esse animantis ossa. Quocirca cum uerum &
 Græcorum Spodium, quod Tutie uocata speci-
 es est, habeatur, ex Officinis prorsus hæc com-
 busta ossa proscribantur, eiusq; in Græcorum
 compositionibus usus sit, in Arabum uerò compo-
 sitionibus cannarum Indiæ Spodio, aut si illud ha-
 beri non possit, radicibus cannarum nostrarum
 adustis utendum erit. Græcorum Spodium solum
 admouetur: Arabum uerò etiam sumitur & deo-
 uoratur. Hoc ipsum itaq; sanguinem undecunq;
 etiam manamem hic sistere traditur: & maxi-
 me quidem, quod frigidum sit & siccum, ualideq;
 adstringat: aut certè, quod sumptum siue admo-
 tum peculiari quadam proprietate hepar in-
 temperie uel naturali, uel quoquomodo aduen-
 titia calidius, moderetur ac roboret. Hoc autem
 uiscere (quod principium ac fons sanguificatio-
 nis est) roborato, sanguis ab eodem melius etiam
 retinetur. Puluis igitur eius cum stillatitijs li-
 quoribus rosarum & plantaginis in nares inie-

DE CONSERVANDA

Etus αἰμορρογία earundem curat. Idem cum succo plantaginis contra αἰμορροίαν & dysenteriam efficaciter sumitur. Quin & alie quam plurime ab autoribus spodio attribuumur dotes. Siquidem cor quoq; proprietate quisdam corroborat, & spiritus claros ac solidos efficit: quapropter exhilarat etiã atq; letificat. Potum, aut appositum calidæ cardiacæ, et contractæ ab effusione flauæ bilis ad os uentriculi syncopæ, calidq; cordis tremori auxiliatur: adiuuante scilicet talem ipsius actionem facultate adstrictoria, & maximè quidem in temperaturis calidis. In frigidis uerò cum croco temperatū eadem præstat. Febrim confert acutis, sitim sedat, & immodico cholericò alui profluuio atq; uomitui subuenit. Pustulis quoq; quæ in ore, & lingua erumpunt, prodest. Feruorem furoremq; flauæ bilis compefcit, uentriculum roborat, ardori eius atq; imbecillitati proficit, flauæq; ad ipsum bilis inhibet effusionem. Contra melancholiam ex sollicitudine, timorem de præteritis, terrorem de futuris, & quaslibet animi perturbatiões, efficax est. Vtiliter calidis oculorum abscessibus illinitur. Plura Rhazes lib. 3. ad Alman. ca. 36. Auic. loco citato, & 17. c. 2. de uiribus cordis, ca. 3. Auerrhoes lib. 5. collec. ca. 56. Serapion ca. 332. & Leonhartus Fuchsius lib. 1. ca. 17. de compositione medicam. Porro autem quemadmodum spodium peculiari


ri hepatis roborandi facultate præditum est, ita
 & alie nonnullæ medicinæ alijs singularibus quibusdam
 membris roborandis accommodatæ sunt, ueluti mace cordi,
 moschus cerebro, glycyrrhiza pulmonu, capparisi lieni, et galanga stomacho,
 id quod uulgatis etiam hisce uersiculis comprobatur:

Gaudet hepar spodio, mace cor, cerebrum
 quoq; moscho,

Pulmonu liqui uia, splen capp. stomachuq; galanga.

Annoratiuncula. Hepar priorem syllabam longam habet. Est enim Græcum ἥπαρ, quare contra naturam hic breuis posita est.

DE SALE. CA. LII.



VAs condimenti præponi debet e-
 denti,
 Sal uirus refugat, rectè insipidumq; sa-
 porat, Non

DE CONSERVANDA

Non sapit esca probè, quæ datur absq; sale.

Vrunt res falsæ uisum, semenq; minorant,

Et generant scabiem, prurimum, siue uigorem.

Das saltzfaß stet; zutischetrag/
Es dempffe die giffte/ gibt güten geschmag/
Den augen schade versaltzen ding/
Es schwecht den samn / vnnnd mehzt den grindt.

Tria hoc in loco peraguntur. In primis enim generale traditur præceptum, nemini hætenus, humaniori saltem atq; ciuiliori, non obseruatū: nempe ut uas condimenti, hoc est, salinum primum in mensa apponatur: idq; adeò uulgatum ubiq; est, ut hi cæ etiam uersiculis decantetur:

Sal primò poni debet, primoq; reponi,

Non bene mensa tibi ponitur absq; sale.

*Salis cõ-
moda.*

Duo deinde salis recensentur commoda: Ac primum quidem, quòd uenenis resistat. Cuius duplex adsignari potest ratio: Vel quòd sal uim habeat uehementer siccam & adstringentem, atq; ob id quicquid in corporibus humidum est, id omne depascat, reliquum ad strictione leniter contrahat, cuius rei testis est Galenus lib. 11. de

simpl.

sim. med. facul. ca. 50. sic inquit: Nam sal quicquid in corporibus humidum inest, id quodammodo absunit: & quod reliquum est substantiæ solidæ, adstrictione contrahit, ac proinde etiam cõditura sua carnes seruat, et à putredine tuetur: Vel q̄ sal non solum humores è corpore ducendos liquet, incidat, tenuet, purget, & exiccet: sed poros etiam, per quos ueneni us in interiora corporis irruere solet, denset ac constringat, adeoq̄ penetrationem eius intercipiat & excludat. Secundum uerò, quòd cibos condiat, id est, sapidiores reddat: Nulla siquidem cibaria citra salis commustionem sapere, quotidiano discimus experimento. Tertio demum loco salis, siue Salis siue persalsorum eduliorum, quatuor enumerantur cibario-nocumenta. Quorum primum quidem est, quòd rum nãusu praesertim immoderatiore urant, hoc est, mis salso corrumpant, aut hebetem certè ac debiliorem rum no reddant uisum. Cuius itidem duplex adsignari cumenta potest ratio: uel quòd oculi, ut supra ca. 2. ex Aristotele ostendimus, sint de natura aque. Res uerò persalsæ humidam ipsorum substantiam exiccent & consumant, adeoq̄ hebetudinem ob id uisui adferant. Vel quòd à cibarijs persalsis in uentriculo existentibus mordaces admodum atq̄ acres resoluantur fumi, qui ad oculos sublatis ipsos acrimonia sua rodant, ac rubefaciant. Atque hinc sanè eos, qui salem excoquunt, rubros

DE CONSERVANDA

frē oculos habere conspiciunt. Secundum, quod
 Veneris appetentiam corpeſcane. Nam cum om-
 nes corporis exiccem & consumant humores,
 ſperma quoq; neceſſario exhauriunt ac minuunt.
 Tertium, quod ſcabiem generent. Aerem enim ac
 mordacem procreant ſuccum, ſanguinemq; adu-
 runt, atq; hinc proſectò ſcabies incidere conſue-
 uit. Quartum, quod pruritus etiam excitent:
 mordacia enim ac prurituofa generant excre-
 menta. Horum nocementorum Rhazes etiam me-
 minit li. 3. ad Alman. ca. 17. Sal. inquit, ſanguinem
 eorum, qui multum ex ipſo ſumunt: quam itatem,
 adurit: uifum quoq; debilitat, atq; ſperma minuit:
 pruritus generat & ſcabiem. Ad hæc, ſerpig-
 nem nonnunquam, & impetiginem, morpheamq;
 ac lepram progignit ijs, quorum corpora ad pa-
 tiendum ſunt parata. Quin urinarios etiam me-
 tus, uij præſertim immoderato ac frequentiore
 excoriat. Modicè tamen ſalfa proſtigato ſtudio
 appetentiam reuocant. Fertur præterea, quod
 ſi ſal cum aceto & ſucco rutæ permixtus, pedum
 planis diligenter inſricetur, non noxam tantum
 ex uini crapula contrictam curet, ſed ijs etiam,
 qui cibos auerſantur, Græci ἀποσίτῃς appel-
 lant, auiditatem reſtituat. Plura de Sale Dioſco-
 rides li. 5. ca. 85. Galen li. 9. ca. 30. & li. 11. ca. 50.
 de ſim. med. ſac. Simeon Sethi in Synag. Auic. 2.
 Can. ca. 624. & Meſues li. 2. ſec. 2. ca. 16. de me-
 dic. ſimp. purgamentis.

DE SAVORIBVS, AC
eorum qua'itatibus.

Cap. LIII.

Hlferuore uigent tres, salus, amarus, acutus.Alger acetolus, sic stypanus, ponticus
atq;

Vinctus, & insipidus, dulcis dant temperamentum.

Der schmack hat in sich neun gestalt/
Die ersten drei heysß/die andern kalt/
Die letzten drei das mittel haben/
Diß neun thün r nser zungen laden.

Hic agitur de saporibus, siue qualitatibus gustatorijs: Vbi sciendum imprimis, Saporem accipi pro omni eo, quod gustu dijudicatur. Species autem eius aliter ab alijs numerari solent. Gale nus li. 1. de simp. me. fac. ca. 38 non facile numero comprehensibiles esse tradit, à Theophrasto li. 6. de causis plantarum cap. 1. & 4. eius esse censetur differentie, exempli gratia, dulcis, pinguis, austerus, acerbus, acris, salus, amarus, et acidus. Quib. nonũ quoq; nonnulli adijciendũ putarum, nempe insipidũ, quem ἄπρωτοϛ Græci uocãt, quòd extra omnem sit insignem tum caliditatem, tum frigiditatem, mediam quoad fieri queat
constitu-

DE CONSERVANDA

constitutionem obtinens, qualem præbet sensum
 aqua planè omnis qualitatis uacua. Ex quibus
 tres calfacere hoc loco traduntur, nimirum salo-
 sus, amarus, & acris. Sed in his non parua est
 maioris minorisq; ratio: Siquidem Acre, ut Au-
 cenna 2. Cano. Trac. 1. cap. 3. confirmat, est ca-
 lidius, hinc amarum, deinde salsum, quoniam a-
 cre maiorem uim habet resoluendi, incidendi, &
 abstergendi, quàm amarum: Salsum uerò est ue-
 lut amarum frigida aliqua humiditate retusum, he-
 betatumq;. Secundo deinde loco tres ex saporibus
 statuuntur frigidi: Acidus uidelicet, auste-
 rus & acerbus. Ex quibus acerbus tamen frigi-
 dior existit, mox austerus, deinde acidus. Quod
 sanè perspicuum euadit in omnibus fructibus, qui
 dulcescunt. Principio enim acerbi sunt uehe-
 mentis infrigidationis: processu deinde tempo-
 ris cum per solarem calorem aliquo modo ad con-
 coctionem ducti fuerint, austeritas in eis senti-
 tur, qua sensim deposita, aciditatem acquirunt,
 sicut ὀμφοῦν, hinc dulcedinem tandem adsci-
 scunt. Acidum uerò quamuis acerbo minus sit
 frigidum, tamen ob subtilitatem & penetratio-
 nem suam eò in pluribus maioris est infrigidatio-
 nis. Acerbum autem & austerum in sapore sunt
 propinqua, sed hoc nihil lingue præter exti-
 mam eius superficiem contrahit: illud uerò non
 modò extimam superficiem, uerum etiam interio-

Pa eius contrahit atq; exasperat. Postremò uerò tres dicuntur temperati, id est, mediæ qualitatis, ita ut corpus neq; refrigerent excellenter, neque calfaciant: nempe dulcis, pinguis, & insipidus. Dulce enim licet calidum sit, in ipso tamen non apparet excellencia caliditatis, ut libro 3. ad Almanso. cap 1. Rhaze usum est. Porro sue cuiq; ac propriæ saporis adsignantur facultates.

Dulcia enim concoquunt, emolliunt, rarefaciunt, laxant, plurimumq; corporibus exhibens alimenti, & impingunt. Cum enim natura sanguinis nostri & carnis proximè congruant, lingua auidè excipit, ac uoluptate ac dilatatione afficitur, eis fruens non læditur, non exulceratur ab eis, nec refugit ea, ut amara seu acrida. Ac sanè quicquid nutrit, ex genere dulcium esse oportet. Nam dulcia unguunt, implent, & resituunt erosas particulas. Sed interdum excellenter dulcia nocent: quia cum sint ualdè calida & acrida, citò in igneam naturam transeunt, ut mel & saccharum celerrimè uertuntur in rubram bilem. Quare auidius usi saccharo sæpè periculosè inflammantur. Ad hæc, dulces cibi intemperantius eduntur, humorisq; copiã generant, quam sequuntur interdum uel putrefactiones, uel obstructions & abscessus hepatis atq; lienis: & maximè quidem cum hæc uiscera ad patiendum accommodata fuerint. Stomachum quoq; relaxant admodum

DE CONSERVANDA

dum, & aluum ciens. Pectori tamen conferunt et pulmonum, genitaleq; semen augent.

Amarantatus perpurgant, abstergunt, extenuant, humorum crassitatem incidunt, & linguam mordet, suntq; in natura terrestri, crassa, in qua excedunt calor & siccitas, ut in Bile, Nitro, Mar rubio, Absinthio. Immodico usu sanguinem citò adurunt et corrumpunt, bilemque augent rubram.

Acerba, Græcis *σπυρα* appellata, recentiores pomica à pungendo uocant, quo uerbo medici quoq; libenter utuntur, linguam contrahunt, et introrsum pellunt, ideoq; constipandi, densandi, & adstringendi uim habent. Suntq; in natura terrestri, crassa, frigida & sicca. Ideo enim acerbus sapor dicitur esse tardior, quam acidus, quia acidus est in natura tenuiore minus terrestri. Acerba sunt, ut, fructus glandium, pyra syluestria, & in genere immatura poma, mala cydonia, ac magis immatura. Nam postquam maturuerunt, fit mixtus sapor ex acerbo & dulci, sicut nucum ex acerbo & pingui. Sunt *σπυρα* & fructus, qui uulgo Ribes dicuntur, Germanicè Sance Johans treübel. Item castaneæ, corna, & poma Cynosbati, uulgo Hainboren.

Austera, Græcis *αυσηρα*, medicis etiam nostris temporis *σπυρα*, à uerbo Græco *σύρω*, dicta, contrahunt, constringunt, densant, in crassam, et infrigidant. Sunt enim in natura terrestri, crassa, frigida

frigida & sicca, sed plus habent caloris & humiditatis, quam habent acerba. Frequentiore in cibis ac immoderatiore usu humores abundè excreuant, in sumq; eoq; sanguinem gignunt melancholicū, & corpus reddunt gracile. Venter tamen, quemadmodū Galen. id ipsum in lib. de cibis boni et mali succi ca. 17. attestatur, corroborant. Omnia, inquit, quæ egregiè austera iuuat, laxū stomachū ac uenter firman, ac tum præcipuè, cum calida intemperie affecti sumus. Hæc .n. de causa, atq; etiā ad alui fluxiones sistendas, ueteris utimur uinis. Iuuant .ii. uentericulū natura siccitate, et aliquantulū adstringunt Pinguia hinc oleosa, quæ Grecis λιπαρά, et uulgo unctiosa nominantur, dulcibus uicina sunt, aquæ et aëris substantiæ: leniunt, emolliunt, lubricant, laxam cōcoquunt, maturant, et humectant, sine manifesta tamen calfactione. Hæc si sint mediocria, optimè nutriūt: Sed immodicè pinguis supernatant, abominabilia sunt, et nauseabunda, uentericulū resupinant, coctionē impediunt, flatu et obstructiones generant. Ad hæc, cibi quoq; antequam edendo mater satisfactū sit, satietatē adferunt. Quod Galeni testimonio cōfirmatur, qui lib. 3. de ali. sic. ca. 20. ita scriptū reliquit: Pinguia et lenia cibaria, statim ut sumpta fuerint, celeriter implent, & appetentiā euertunt. Præterea, quod maius est, cōpluribus deinceps diebus ipsorum, uis nō sustinetur.

DE CONSERVANDA

Febricitantibus, ac ijs etiam quibus stomachus atq; hepar calidiora sunt, non equè ut alijs conferunt: ipsis enim facillè accenduntur & in flauam bilem transeunt. Reliquis uero phlegmatis generant copiam, somnolentiam pariunt, rationalemq; mentis partem reddunt hebetiorem. Carnium tamen atq; olerum coctura non mediocre tribuunt condimentum.

Acria, Græcis *ἄκρια*, & uulgo acuta, non solum mordent ac rodunt linguam, sed etiam penetrant, urunt, ulcerant, aperiunt, flatus dissipant, tenuant, incidunt, separant, resoluunt, è longinquo attrahunt. Suntq; in natura tenui, in qua excedunt caliditas & siccitas: & superant calore res amaras: Vnde calorem augent & corpus uelociter inflammant, ac sanguinem adurrunt, ipsumq; in bilem prius rubram, deinde in nigram conuertunt, siccant etiam, emaciantq; ac sitim faciunt. Acria autem sunt, ut piper, zingiber, allium, cepa, calx, & granum gnidium, quod *Bellershalz* Germanicè uocamus.

Salsa, Græcis *ἄλμυρα*, incidunt, tergent, tenuant, liquant, mordent, condiendo seruant, et à putredine uindicant, conturbant, subuertunt uentriculum, & ad uomitum impellunt, desiccant extra apertam aut caliditatem aut frigiditatem, sitim exiccant, exasperant, radendo expurgant, & aperiunt. Flura suprâ ca. 52.

Acida. Græcis ὄξις, uulgo acetosa, mordendo constringunt, & refrigerant, penetrant, incidunt, extenuant, diuidunt, tergent, siccitatem liberant, purgant citra excelsionem. Suiuq; in natura tenui, frigida & sicca, in qua dominatur frigiditas. Nam quæ sunt tantum acida, sunt præcipuè frigida, ut ὄξυς, quæ uulgo acetosa, & Germanicè Saur ampffer nominatur: quia hæc purè hunc saporem habet. Est & species mali punici uerè acida. Alia quedam sunt mixtæ qualitatis, ut acetum, quod est subacre, quia etsi frigidum est, tamen retinet obscurum calorem ex uini corruptione: inde fit subacre, sed tamen dominatur frigiditas. Cum enim exhalant aëreæ partes, & reliquæ manent terreæ, diuina aquosa tenui parte fit Acetum sua natura frigidum. Acida sanguinis atq; rubræ bilis feruorem compescunt, & ut lib. 4. Synopsis. ad Eulath. filium cap. 29. Orbasius attestatur, cum in uentriculo succum crassum inueniunt, eundem incidendo aluum subducunt, & ob eam causam fæces liquefaciunt. At si purum uentriculum inueniant, cum magis supprimunt. Corpus infrigidant ac desiccans, concoctionem hepatis facultatem debilitant. Neruis etiam ac neruosis omnibus nocent. Appetentiam tamen cient: quia humores uitiosos in orificio collectos diuidunt & pellunt, & mordicatione non urente irritant uentriculum. Ex insipidis quedam

DE CONSERVANDA

magis nutriunt, nempe quae propius ad equalitatem accedunt: quaedam uero mediocriter calfaciunt aut refrigerant: Quae sane si multa etiam humiditate praedita fuerint, humectantium, sin uero siccitas in eis exuperet, exiccantium ordine adscribenda ueniunt. De his omnibus plura Galen. in libris de simp. me. fac. praesertim li. 5. ca. 25. Paulus lib. 7. ca. 1. Aetius lib. 1. ca. 1. Rhazes lib. 3. ad Alman. ca. 1. Serapion sermo. 1. de tempera. simpl. Auenenna lib. 2. Cano. trsc. 1. ca. 3. Mesues lib. 1. Theor. mate. 1. et Phil. Melan. in lib. de Anima.

DE VIPPA. CAP. LIIII.



Bis duo Vippa facit, mundat dentes, dat acutum

Visum: quod minus est implet, minuit quod abundat.

Die zeen ein wein sup reinigen sol/

Eie scherpffte die augn/ vnd dawer wol.

Vippa.

Nis quatuor recensentur commoda Vippe:

Primo

Primò demes mundat. Panis enim uino imbutus
 diutius circa demes moratur, atq; eam ob causam
 facilius etiam faculem materiam ipsis obhe-
 remem absterget ac consumit, quàm uinum per
 se sumptum. Deinde usum acuit: Malos enim fu-
 mos, qui è uentriculo cerebrum petunt, suaq; per
 nistione spiritus uisuos obscuram, reprimit: a-
 deoq; materias prauas stomacho inherentes con-
 coquit, incidit, et deorsum pellit. Tertio eruda cõ-
 coquit: quia os uentriculi leni quadam adstri-
 ctione claudens concoctoriam facultatem robo-
 rat, plurimumq; alimenti corporibus exhibet.
 Quarto uero uitiosorum humorum multitudi-
 nem minuit: Eos enim concoquit, incidit, exic-
 cat et deorsum expellit: idq; maxime, si panis aso-
 satus prius, aut super prunis exiccatus fuerit.
 Quin eodem etiam modo superflue concocta ad
 συμμετρίαν reuocat. Porrò Vipera Germani-
 cè dicitur ein Weinsuppe. De ea Hermolaus
 Barbarus ca. 95. lib. 5. corollarij in Dioscoridem
 ita scribit: Erat ueteribus ientaculum, buccia
 ex uino, quod genus Barbari, à uino et pane uip-
 ram uocant. De quo Athenæus lib. 1. Deipnoso-
 phistῶν sic ait: πρῶτον ἐμβρωμα, ὃ ἡμεῖς ἀ-
 κραιτισμόν καλεῖμεν, οὗτις τὸ γιν᾽ ἀκραιτῶ βρε-
 χερὶν προσίεσθαι φωμῶς. i. matutinū eduliū siue
 ientaculū, quod nos ἀκραιτισμόν uocamus, pro-
 pterea quòd panis buccelle merο tingantur. Lege
 de eodē Plutarch. in Sympo. X 4

DE CONSERVANDA
DE DIAETA. CAP.
LV.

OMnibus adsuetam iubeo feruare
diætam.

Quod sic esse probo, ni sit mutare ne-
cesse.

Hippocrates testis, quoniam sequitur
mala pestis.

Fortior hæc meta est medicinæ, certa
diæta,

Quam si non cures, fatuè regis, & malè
curas,

Was speiß vnd wie du essen pflegst/
Verander nicht/ vnd wiß darnechst/
Daß die verandrung Franckheit brenget/
Soch wirt der not offte nachgehenge.

*Quum primus præcipuusq; non solum morbi
cuius curandi, sed sanitatis etiam tuende sco-
pus, ut in libro, qui de facillè parabilibus inscri-
bitur, cap. 28. & in præfatio experientia confir-
mato cap. 5. & in libro de attenuante uictus ra-
tione cap. 1. Galenus adserit, in exacta uictus ra-
tione consistat: operæ precium fuit de ea etiam
hic aliquid præscribi. Præcipitur ergo in pri-
mis, ut seruetur consueta diæta. Per quam sanè
admini-*

Diæta.

administratio sex rerum non naturalium modo intelligenda uenit. Et ratio quidem est, quod transgressio à consuetudine noceat nocumito magno. Consuetudo enim est altera natura: quia, ut lib. 1. *Consuetudo.* cap. 11. rhetoricorum ad Theodecten, & lib. 7. cap. 10. Ethicorum, & cap. 2. de memoria & reminiscencia, ab Aristotele scribitur, consuetudo est eorum, quæ ut sæpe, siue ut plurimum fiunt: natura eorum, quæ ut semper. Sæpè autem et semper sunt sibi inuicem propinqua. Quod est ergo diu adsuetum, in naturam ferè transiuit: quemadmodum igitur naturam custodire oportet, ita & consuetudinem, si laudabilis fuerit. Et quemadmodum consueta cibi & potus administratio, eadem ratione & aliarum rerum non naturalium obseruanda est. Vnde si quis consuetus multum laborare, uelit hanc consuetudinem immutare, ocioq; indulgere, minusue laborare, uel aliud laboris genus adsumere, idq; alio & tempore & modo, ille proculdubio multum ex hoc debilitabitur. Idem intelligendum de cibo ac potu, somno & uigilia, repletione & inanitione, & animæ accidentibus. In quibus omnibus consuetudinem obseruare decet, & maximè quidem si sit laudabilis, uel ab hac nō multum declinet, siue medium etiam locum inter bonam ac malam obtineat: respectu nimirum illius ad quod fieri debet permutatio. Porro quanta sit uis consuetudinis, uel imo

DE CONSERVANDA

de colligas, quòd debiles & senes consuetos labores facilius ferant, quàm fortes atq; iuvenes incòsuetos, quòd profectò lib. 2. apho 49. Hippocrates etiam hijce uerbis confirmat: Qui consueti solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles & senes, non consuetis, fortibus, atq; iuuenibus facilius ferunt. Quòd dicit, inquit Philotheus, tale est: Sum duo, hic quidem senex, ille autem in consistenti aetate, ambo incipiunt fodere, & huic quidem seni conungi rectè fodere, illi autem, qui est in consistenti aetate, non rectè: seni quidem ob consuetudinem rectè, quàmuis sit imbecillus, iuueni autem non rectè, cum non adsuetus sit. In ueruersum enim oportet cognoscere, fortiores alijs fieri partes, quæ exercentur, & hac de causa solitos labores facilius sustineri. Ex hoc autem particulari exemplo licet nobis & de omnibus ratiocinari. Deinde uerò, malampertem, hoc est, maximum periculum ex repentina consuetæ diætæ permutatione sequi, confirmatur auctoritate magni Hippocratis: nempe ex 2 lib. de uict. rat. in morb. acut. apho. 21. & 22. ubi sic inquit: Atqui facile est hoc addiscere, quòd simplex uictus cibi ac potus, ipse sibi ipsi semper similis, securior omnino est ad salutatem, quàm si quis repente ad alium meliorem, magnam mutationem faciat. Nam & his, qui bis in die cibum sumunt, & his qui semel, repentine mutationes

*Mutatio
subita non
est.*

tiones noxas ac egritudines inducunt. Et eos sanè qui prandere non adsueta sunt, si pransi fuerint, statim infirmos facit hoc, & toto corpore graues, & debiles, & pigros, & c. Aelianus quoque ab initio libri s. de uaria historia, Tachi cuiusdam exemplo, admodum disertè nobis significauit, quàm periculosa sit repentina diete permutatio. Tachos Aegyptius, inquit, duæc usus est uernaculo uictu, & frugaliter uixit, omnium hominum fuit sanissimus, Postquàm uerò ad Persas uenit, & in illorum luxum delapsus est, cum non posset ferre insolentiam ciborum, u tam in dysenteria transiit, & luxuriam cum morte commutauit. Quanquam autem non sanis tantùm, sed aegris quoq; adsueta uictus ratio diligenter obseruanda precipiatur, haud tamen rarò incidit eius permutandæ necessitas: quando nimirum illaudabilis existit, ita ut, nisi permutetur, perniciose inde consequantur egritudines. Talis autem eorum est, qui prandium aut coenam prauis terminare solent alimentis. Eiusmodi igitur consuetudinem necessarium est corrigi ac permutari, non quidem subito, sed paulatim & ordinatè. Omnis enim subita permutatio uehementer nocet, maxime si à consueto ad inconsumtum transitus fiat. Hinc est quod in libro de natura hominis, ita scriptum reliquerit Hippocrates: Deirahendi sunt cibi ac potus, quibus

DE CONSERVANDA

*uti consueuerunt, idq; paulatim facere oportet. Nam si quis cito dietam permutet, periculum est etiam à permutatione aliquid in corpore nouatum iri. Quinetiam laudabilem uictus rationem interdum mutari necesse est, quo, si quando necessitas inciderit, natura non offendatur in solentis, nouitateq; neq; renuat, neq; recuset. Nam qui omni diete sese adsuefacit, minus leditur, cum ad inconsueta transire cogitur. Eadem in alijs quoq; rebus non naturalibus ratio est. Quod Hippocratis etiam testimonio confirmatur, qui lib. 2. apho. 50. ita scriptum reliquit: **Quæ ex longo tempore consuetæ sunt, etsi deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari. In cuius quidem sententiæ explicatione Philotheus inter cætera sic inquit: Cùm enim quodq; ipsorum factum sit peculiare, minus ledit, quamuis ex sua natura molestum sit, si nondum in consuetudinem uenerit. Verbi causa, solitus est aliquis manna comedere, hic si ad bonum cibum sumendum conuertitur, leditur, cum adsuetus non sit: adsuetus est aliquis aquæ potioni, si præter consuetudinem bibat uinum, offenditur, quoniam consuetudo contemnatur. Oportet igitur ad insueta permutari, ut, si necesse sit, ea, quæ offeruntur, ferre possimus. Vtenim enim copioso nutrimento, oportet etiam parum cibi quandoq; assumere, ut, si contingat, fe-***

rat

rat etiam illius usum. Hinc est, quòd Cornelius Celsus lib. 1. ca. 3. in hunc etiam modum scripserit: Nimis ociosa uita utilis non est, quia potest incidere laboris necessitas. Neq; etiam ex nimio labore subitum ocium, neq; ex nimio ocio subitus labor sine graui noxa est. Huc igitur respiciens Hippocrates rectissimè consulit, consuetudinem esse mutandam. Proinde non temerè à Plutarcho in libro de tuenda bona ualitudine, in hunc modum scribitur, Exacta illa & uehemer ad unguem, ut dici solet, obseruata uiteratio, simul & corpus formidulosum reddit, ac periculis obnoxium, & animi frangit uigorè. Quocirca cauere quisq; debet, quemadmodum lib. 4. ca. 10. ad Alman. prudenssimè Rhazes monuit, ne alicuius rei sibi consuetudinem faciat, quam deinceps ipsum obseruare necesse sit. Exempli gratia: Si quis uno cibo consuetus sit uti, uel aliquo potu, uel omnino ab eis abstineat, uel dormire, uel moueri, uel egerere, Veneriue indulgere consuescat: & ab aliquo istorum impetuose irritetur, maximum incurret nocumentum, si ab eis abstinuerit. Quapropter quisq; corpus suum debet ita præparare, ut caloris & frigoris patiens esse possit, & ad motiones & cibaria sibi necessaria aptum reddatur, & ut somni & uigiliarum horas, atq; mansiones & domos sine læsione permutare queat. Fortassis enim ex necessita-

Consuetudo uarianda.

DE CONSERVANDA

necessitate id ipsum quandoq; facere cogetur. Poterit autem commodè, si consuetudinem non obseruet ad unguem, sed interdum ad insuetam transeat. Porro quo tempore, quòue modo consuetudo mutanda sit, copiosè admodum docent, Galenus lib. 5. cap. 8. & lib. 6. cap. 3. de Sanita. tuen. & lib. 8. cap. 9. metho. meden. Conciliator different. 93. & Hieronymus Cardanus lib. 1. trac. 6. Contradic. 2. Tertio demum loco traditur, fortio-riorem ac potio-riorem medendi metam esse, certam dicitur: Quam sanè si medicus curare noluerit, ac aliam quandam, eamq; non satis commodam administrauerit, stultè egrum regere, ac malè curare meritò dicetur. Sciendum est autem, apud Galenum hæc alimentorum genera inueniri, copiosum, medium, tenue. Copiosum est sanorum sibus, qui non solum vires conseruat, sed etiam auget. Medium ad sanos etiam spectat. Nam vires quidem conseruat, non tamen auget. Tenue, id est, quod vires quidem comminuit, eatenus tamen ut non exolusneat. Hoc ab autoribus in multas partes diuisum est, nempe in tenue simpliciter, in tenue exquisitè, in tenuissimum citra adiectionem, & in tenuissimum in extremo. Tenue simpliciter per pauca, aut ea quæ parum nutriunt, edulia, sit, cuiusmodi est ptisane succus, mulsa, & sorbitio ex alica. Tenue exquisitè, ubi ptisane succus exigua sumitur quantitate. Tenuissi-

omum citra adiectionē, per mulsam aquā, siue mollicratum fit solum. Tenuissimum uerò in extremo, per solam mediam ad iudicationem usq; progreditur. Copiosum autem uel est, ubi tota ptia sana sumitur, uel copiosius, ubi pisces, oua, & ius carnum: uel copiosissimum, ubi caro: Medium autem horum est, ut panis lotus, uel placenta. Saena boues non solum conseruandi, sed augendi etiam sunt, propterea alimentum copiosum illis competit. Qui uerò egritudine longa laborant, uires augere non debent, sed bene conseruare: aliter usq; ad finem non sufficerent, propterea hi medio uictu cibandi sunt, qui etiam sanis conueniunt, in quibus uires augere non cupimus, sed illas solum conseruare animo est, quas etiam in longo morbo totis uiribus seruare studemus. Quum uerò egritudo breui terminatura est, si quarto die finire debeat, aliquid dare non est opus, iuxta illud Hippo. lib. 1. apho. 6. Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt. Imò si uires sufficerēt, & in septimo terminatura esset, nihil penitus dandū esset, nisi post illum terminū. Hæc de re plura & cognita non indigna reperies apud Hippocratem libro 1. aphorif. 4. 5. & 6. & ibidem apud Galenum & Philothcum in comment.

DE ADMINISTRATIONE
diæ, Cap. LVI.

Quæ,

DE CONSERVANDA

Q Vale, quid, & quando, quantum,
quoties, ubi, recta
Debent hæc medico in uictus ratione
notari,
Ne malè conueniens ingrediatur
iter.

Ein Arzt sehe off der Francken Speiß/
Was er in geb/ond welcher weiß/
Wie vil/ wie offte/ zu welcher zeit/
Vnd wie/ daran nicht wenig leit.

Sex circumstantias medico in præscribenda uictus ratione considerandas esse, hoc in loco traditur. Prima, quale: hoc est, cuius qualitatis cibus exhibendus sit: quia in calida ægitudine cibus frigidus, in frigida calidus, in humida siccus, in sicca uerò humidus conuenit. Corpus tamen quod secundum naturam est, similem semper uictum postulat: quemadmodum quod præter naturam est, contrarium. Siquidem quod naturaliter se habet, custodire: quod præter naturam est, tollere oportet. Sed de hoc plura Galenus cum alibi sæpè, tum maximè in Arte medicinali cap. 86. & lib. 1. cap. 10. de Sanitate tuend & lib. 8. cap. 9. metho. meden. Secunda, quid: id est, cuius substantiæ: Athletis enim ac rusticis, usq; , qui quamlibet actionem fortem ac uehementem obe-
unt,

unt, cibus exhibendus est crassus ac durus: quia facultatem concoctoriam possident fortem, neque tenuis substantiæ cibus, uelut est caro pullorum, caporum, uitulorum, agnorum, hædorum, & similia, ipsis competit: quippe quæ in ipsis uel adureretur, uel, quàm par est, citius conficeretur, ita ut sæpius ob id cibari cogerentur. Non temerè igitur inquit Glossa delectabilis in l. Seruis urbanis, in principio. ff. de leg. iij. Rustici nõ debent uti pane albo, uel pullis, aut alijs delicatis eibarijs: sed pane grosso, caseo, capis, et fabis. Porro nobilibus atque ocio deditis hominibus tenuis substantiæ cibus magis congruit: quippe qui uirtutem concoctricem habeant debiliorem, quàm ut crassos cibos, cuiusmodi sunt salsa suum atque bouum carnes, & pisces sole, aut uento, aut fumo indurati, superare queant. Pari modo & in ægritudinibus acutis tenuiore utendū est diætâ, quàm in chronicis. i. longis, sicuti quartanis. Tertia, quando, id est, quo potissimum diei tempore cibus adsumi debeat: in sanis enim consuetudo maximè obseruanda est. Vnde hominibus manè surgentibus & bis tantum in die cibum sumentibus, æstate quidem prandendum est hora decima, uel paulò antè, neque differendum donec propinquet meridies, ut qui maximum æstum importare solet: Cœnandum hora sexta, uel paulò post. Hyeme uerò ipsædem ob somni prolixitatem prandendū est hora

DE CONSERVANDA

undecima, uel dodecima: Cœmandū hora septima, uel paulò post: sed ita tenet. ne quid præter consuetudinem fiat. Quæ in in ægris cibandis temporis habenda est ratio, præsertim in febricitantibus. Siquid in in ipsis paroxysmis, uel nō multo ante futurā accessionem à cibus abstinendū est: quòd natura naturam, quæ circa morbi materiam occupata est, cibus oblatu distrahatur, atq; adeò humores morbū efficiētes adaugeat. Neq; immediatè post paroxysmū cibus dandus est, qui prope quem facultas à febris intemperie dicitur nondum superare queat. Quapropter: amdiu ante sequentis accessionis initium exhibendus est, ut prius quæ nec appropinquat, dicitur in uentriculo coqueatur, & ad intérieures partes descendat. Idq; in illis potissimū ita obseruandū, quibus uires adhuc satis ualida existit. Uis uerò quibus uires proternumur, dandus est cibus quocūq; tēpore, etiam in uigore. Cuius rei testis est Galenus, qui lib. 1. apho. commen. 9 ita scribit: Aliquando in ipso etiam morbi uigore, ubi Symptoma aliquod interuenerit robur nature dissoluens, nutrire cogimur. Quod idem copiosius etiam monstrat lib. 6 ca. 3. & 5. metho. med. Hæc omnia de paroxysmo Stephanus Atheniensis in primū lib. Galeni ad Glaucum cōme. 39. multo clarius in hūc modum exponit: Sciendum sanè est, naturā egere semper alimento, quod basin ac sedē illius, quod digestura

digestum est, ipsi repleat. Sed hoc ipsum alimentū præcipuè dandum est, quando ipsum cōcoquere, ac conficere pot. st. Concoquit aut quando pura ac integra est, nec à febris caliditate uexatur. Quare in interuallo dandū id est. Si enim in accessione demus, facultas quæ à febris intemperie deiecta est, ipsum superare non potest. Alimentū autem non concoctū materia fit fōris. Et hoc est, quod Hippocrates li. 1. aph. 11. ait. In accessionibus subtrahere oportet: nā addere nocuū est. Dandum igitur est alimentū in interuallis. Sed hæc dici possunt in intermitentibus. In continuis uerò quid utiq; quis faceret? neq; .n. in his inuenire licet remissum ac quietū tēpus, uerū cōtinua est febris. Tamen in his etiam fit μενοπυρξία. i. febris diminutio, quæ interuallū imitatur: tūc q; alimentum dandū est, nō quando accedunt. Hæc ille. Plura & ad presentē speculationē maximè ficientis habentur apud Brudū Lusi li. 2. ca. 9. de uictu febricitantiū *Quarta*, quantā. i. quātitas sumēdi cibi: Quæ profectò in æstate, ut sup. ca. 19. diximus, minuēda est: quòd tū ob immodicas resolutiones calor innatus debilior existat: Hyc me uerò augenda, propterea q; cōcoctoria facultas id tēporis ob frigus ambientis roboretur. *Quinta*, quoties, in die uidelicet cib. exhibēdus sit: Est. n. æstate quā hyc me, autūno, aut uere, sæpius exhibēdus, sed minori quātitate. Pari modo facultate cōcoctoria debili

DE CONSERVANDA

existente, saepe sed parua quantitate dandus est. Eadem uerò robusta existente, dandus est quidem quantitate magna, sed rarius. Sexta, ubi, id est, quo in loco: Cibus enim neq; in loco frigidiore, neq; calidiore sumendus est, sed temperato.

DE CAULE. CAP. LVII.



Ivs caulis soluit, cuius substantia stringit,
Vtraq; quando datur, uenter laxare paratur.

Der sodt des Frauts den leid erweicht/
Das Fraut zu herten hülffe reicht/
Nürzestu aber beyds zuhauff/
So weichts vñ macht den maßdarm auff.

Hic agitur de caulibus: per quos nihil iam aliud intelligendum, quam uulgare illud olus, quod

Braun

Braun od Blawöl appellamus, καμ Βη Gre
cis, Latinis uerò brassica dicta: atque hoc uel ex
Martialis discere licet, qui xeniorum libro, eos
caules per nitrata aqua uirides cōseruari ait:

Ne tibi palleme moueant fastidia caules,

Nitrata uiridis brassica fiat atqua.

Recensentur autem hoc loco tres ipsorum fa-
cultates: Quarum prima quidem est, decoctum
eorum, & maximè primæ ebullitionis, ueneris sol-
uendi uim obinere: In folijs nanq; & exteriori-
bus partibus nitrosa quedam & abstersoria inest
qualitas, quam sanè, cum debiliter admodum in-
hæreat, modica elixatio in aquam facillè depo-
nit, eiq; potentiam adiicit purgatoriã. Atq; hinc
adeò fit, ut ius primæ decoctionis aluum excellē-
tius, quàm secundæ, deiciat. Nitrosa enim illa et
abstersoria qualitas exquisitè per primam se-
gregatur, atq; in aquam deponitur. Secunda est,
corpus ipsum siue substantiam communem siccans
tium ratione uenerem sistere magis, quàm ad de-
ijciendū incitare: quia purgatoria potentia per
decoctionem aufertur, & relinquitur substantia
terrea sicca, quæ sumpta uenerem adstringit, idq;
multò magis si non bis duntaxat, sed ter aut qua-
ter aquam effuderis. Nam quantò exquisitius
in aquam succum suum deposuerit, tamò & illi
quidem maiorem purgandi uim adiiciet, & reli-
quam sui substantiam, quæ uelut oleris ipsius ca-

DE CONSERVANDA

ro est, restringentem efficiet. Eadem est ratio in
 beta, atque adeò in omnibus ferme quibus sapor
 aut acris, aut nitrosus, aut salsus inest. Quippè et
 lenticula ipsa, tametsi satis magnam adstringen-
 di potentiam gustu refert, tamen eiusmodi quid
 sortita est. Nam & huius decoctum, uentris sola
 uendi uim obtinet. Verùm hic succus etiam si de
 gultes, perspicuam misturam representat, tan-
 quam si nitroso austerum quid commisceas. Sed
 & conchularum maris, ceterorumq; frè ostreo-
 rum succus planè tum salsus est, tum uentrem sol-
 uendi uim obtinet: quamuis eorum caro uentrem
 reprimat. Tertia est, utrunq; nempè decoctum
 atq; substantiam simul uentris subductionem effi-
 cere: cum enim uires suas ita retineant, absterge-
 re etiam, & intestina ad expulsionem irritare,
 consentaneum est. Lege hac de re plura apud Ga-
 lenum lib. 3. de simpl. med. facul. cap. 14. & lib. 1.
 ca. 3. & 25. & lib. 2. ca. 44 de alim. facul. Prodi-
 tum quoq; est, Brassicam naturali quadam facul-
 tate uino aduersari, & curare temulentiam: Vn

Brassica de quaerit Aristoteles, 1. Sec. proble. 17. Quid est
 temulen cur brassica sedet crapulam? Nonnulli respon-
 tiã curat dent, hoc euenire solitum, quòd ex esu eius fumi
 eleuentur admodum crassi, qui cum uini uapores
 incrassent, ad cerebrum ascendere etiam probi-
 bent. Aristoteles tamen aliam adsignat causam,
 nempè quòd quicquid humores uinosos undique

et omni ex corporis parte ad se in aliu trahit, et corpus refrigerat, tollat crampulam. Brassica autem est huiusmodi. Ergo brassica curat crampulam. Minor probatur, quia per succum eius humores, qui viscosi crudiq; tenentur, è toto corpore detrahuntur. Ipsa uero substantia frigida, styptica, et terrea, supra in uentriculo remanens corpus refrigerat, quo fit ut tenues humores ad uescicam labantur. Cum igitur humor utriusq; educatur, corpusq; refrigeretur, rectè per consequens à crampula liberatur. Euenit adhuc, ut cum humores deorsum se trahunt atq; excernunt, flatum et in siccum deducant: qui, si per unum liceat, in caput se offerens grauitatem creat, et crampulam: sin autem deorsum se uertit, corpusq; ob causam prædictam refrigeratum est, dolor crampulæ omnis tollitur. Quin et ipsa brassicæ folia, quemadmodum lib. 2. de compos. medic. local. ca. 1. Galenus attestatur, calida macerata, capitiq; circumposita ac obligata, naturaliter ebrietati resistunt. Porro brassica, quæ edendo est, calfacit et siccit primo abscessu. Præuuum et melancholicum succum procreat. Ac si uis tamen prior est quàm hyberna. Oculorum aciem hebetat, unde Græcis etiam κρᾶμβη dicta cenetur, quasi κρᾶμβλη, quod pupillas oculorum, quasi illi κῶρας uocant, obtundat, hebetetque. Somnum per contraria insomnia interturbat.

DE CONSERVANDA

Stomachum malè habet, parumq; nutrit: at si cum pingui carne coquatur, plurimum noxæ atque uitij amittit. Urinam ac menses ciet, & lumbricos interficit. Succus eius cum melle sumptus magnificè deflectiones uocis iuuat: & si uulneribus imponatur, ea glutinat, dolosa malignaq; ulcera, & induratas inflammationes sanat. Plura Dioscorides lib. 2. ca. 146. Plinius lib. 20. cap. 9. Galenus locis suprâ citatis. Simeon Sethi in Syntag. Rhazes lib. 3. ca. 18. ad Alman, & Auicenna 3. Cano, ca. 142.

DE MALVA,

Cap. LVIII.

DIxerunt maluam ueteres, quòd molliat aluum,
 Huius radices rasæ soluunt tibi fæces.
 Vuluam mouerunt, & fluxum sæpe dederunt.

Der pappeln name zeigt das an/
 Daß sie den leib erweychen fan/
 So auch ir wurzel ist geschelt/
 Ist sie zu stül machn aufferwele/
 Vnd bringt der weiber fluß zurecht/
 Vnd macht dasselbig leid wol schlecht:

Hic



Hic agitur de facultatibus malvæ: Et primo quidem uersu, qui ex lib. 2. ca. 36. Aemilij Maeri huc adscitus est, ueteribus Latinis Maluam ab emollienda aluo sic dictam esse, traditur. Cuius sanè rei testis etiam M. Varro, qui Maluam quasi moluam, quòd aluum molliat, dictam esse

DE CONSERVANDA

contendit quippe que clysteribus infusa, uel in cibo accepta, uentri in facili moueat. Quinetiam Græcis *μαλάχια* ab emollienda aluo, nomen traxit. Si quid in ipsis *μαλάττειν* mollire significat. Antiqui enim ea in acetylus cum lactuca ad subducendam aluum utebantur. Unde Martialis lib. 10 Epigrammatum:

Exoneratur as uentrem mihi uillica maluas

Attulit, & uarias, quas habet hortus, opes.

Et alibi:

Utere lactucis, & molibus utere maluis.

Ceterum hoc olus facile subducitur, non modo propter humiditatem, uerum etiam propter genuinam uiscositatem, & potissimum quando quis cum oleo et gero copiosam ipsam sumpserit. Atque ob id inter quatuor etiam emollientia, quorum decocto in clysteribus ad induratarum fecum educationem passim utimur, primum locum sibi uendicauit. Porro duplex malua est: Vna quidem floribus sanguineis, altera uero candidis: & in hac quam illa maior emolliendi uis inest.

Secundo deinde uersu innuitur, radices maluerasas, facibus educendis esse accommodas: & maxime quidem si inde, perinde atque à radicibus mercurialis, *βέλανος*, id est, glandes siue suppositoria fiant.

Tertio demum uersu, Maluam menses cie-
re

re dicitur, quod & ipsum sanè ob manifestam
 humectandi facultatem ac genuinum lentorem
 præstat. In festi ne nanq; utrum emollit, ita ut
 uenæ eius ab acri sanguine promptius fundan-
 tur. Quinetiam menses prouocare certo se expe-
 rimento didicisse Platearius adserit. Folia mal-
 uæ trita cum folijs salicis, omnibus emplastris
 commodiora sunt. Nam & inflammari non si-
 nunt, & sanguinem sistunt, & recens uulnra ci-
 catrice includunt. Sed & luxatis ac conuulsis
 medentur. Phalangiorum quoq; & reptilium
 plagas curant folia eiusdem, si cepas & porrum
 triueris, eiq; muscueris, ac imposueris. Si quis
 uerò syluestris maluæ succo cum oleo illinatur,
 à uispu & apibus non pungetur, sed & qui pun-
 ctus iam est succo opem sentit, & folia maluæ
 conuulsa & imposita similiter percussam ab illis
 sanant. Simul ter autem curat malua illita, liche-
 nas, & occulta sceminarum uitia. Succus uerò
 eius auribus instillatus, dolorem aurium sedat.
 Cum melle acceptus thoracem, pulmonemq; iuu-
 uat, & raucam uocem lenit, hepaticos sanat, &
 comutiali apprehensos resipiscere facit. Eodem
 modo & nephreticis & ischiaticis auxiliatur.
 At uerò decoctum ipsius potatum, difficultas-
 tem emittendi urinam emendat, lapides con-
 terit, somnum conciliat, facilemq; partum præ-
 stat.

DE C O N S E R V A N D A

stat. Prodest etiam erosionibus uesicæ, & intesti-
norum, uulnæ, sedisq; , clystere infusum. Mala
illita inflammationes lenit, eaq; , que indurata
sunt, emollit. Plura Diosco. lib. 2. ca. 111. Plinius
lib. 20. ca. 21. Gale. lib. 7. de simp. med. fac. cap.
95. & lib. 2 de alim. fac. ca. 42. Constantinus Cæ-
sar lib. 12. de agricultura ca. 12. & Simeon Setbi
in Syntagmate.

DE MENTHA. CA. LIX.



Mentitur

MEntitur mentha, si sit depellere
lenta
Ventricis lumbricos, stomachi uermesq;
nociuos.

Gerichte Kraußmüntz bald vertreibet
Die wirm im magen vnd im leib.

Mentham eo nomine non esse dignandam, nisi alui etiam lumbricos & stomachi uermes euecandi atq; expellendi facultatem obtineat, hoc loco adseritur. Amarum enim quiddam in se habet & acerbum, & amaro quidem, non secus atque absinthium, lumbricos interficit: acerbitate uerò si cum oxycrato bibatur, recemes sanguinis reiectiones reprimat. Exhibendum autem decoctum eius, uelut absinthij quoq; & non substantia. Est enim, ut si qua alia herba, tenuium partium, gustu acri, & facultate calida, ex tertio nimirum ordine excalfaciendum, & secundo siccanium. Quare ut medicamento potius, quam alimento ipsa utimur. Hepar enim frigidum & uentriculum iuuat, corroborat & stomachum, & concoctionem facit, sedat quoq; singultum, & uomitum phlegmaticum atq; sanguineum. Prodest quoq; ad cordis morsus, et appetitionem suscitatur. Mediocriter item ad Venereum excitatur, id quod omnibus accidit, quæ humidita-

tem

DE CONSERVANDA

tem semicoctam & flatuosam continent. Aperitq; iccinoris ac splenis obstructions. Verum hac uesci ad satietatem non oportet: quoniam sanguinem extenuat, & sero um facit, & ipsum in flauam bilem permutat: deinde efficit ut sanguis, qui maximè est tenuium partium, discutatur, & crassus ac melancholicus relinquatur: atq; idcirco oportet biliosos ab ea abstinere. Contrita cum sale, & morsui rabiosi canis imposita, medicamentum fit salubre. Arida uerò trita, & post cibum sumpta, ad concoctionem facit, & lienosos iuuat. Cum uino pota difficulter parienti succurrit. Ferunt etiam quòd mansa lippienti imposita, fiat remedium: quodq; eius decoctum absorptum, confestim sanguinem è faucibus eijcentes sanat. Coire lac densariq; in caseum non patitur, si folia potionibus lactis immergamur. In summa, stomacho utilis est, & in condimentis peculiarem gratiam habet. Huius semen uentrem purgat, & pulmonem lædit. Plura Dioscorides lib. 3 cap. 35. Plinius lib. 20. ca. 14. Galenus lib. 6. de simpli. medic. facul. cap. 136. Simeon Sethi in Syntag. & Auicenna 1. Cano. cap. 495.

DE SALVIA.

Ca. LX.

Cur



CUr moriatur homo, cui salvia cre-
scit in horto?

Contra vim mortis non est medica-
men in hortis.

Salvia confortat nervos, manuumq;
tremorem

Tollit, & eius ope febris acuta fugit.
Salvia,

DE CONSERVANDA

Salvia castoriumq;, lauendula, primula
ueris,

Nasturt. Athanas. hæc sanant paralyti
ca membra,

Salvia saluatrix naturæ conciliatrix.

Wüchse ein Freutlin vor den todt/
Es wer fürwar die salb on spott/
Sie sterckt die adrn/das zittern legt/
Das scharpffe febr zu slichn beweigt/
Die salb vnd andere stück genant/
Thün dem Gichtbruch hilff zuhand/
Die salb kan hilff end rath geben/
Ban stercken vnd lengern das leben.

Permagnam esse utilitatem Salviæ hoc loco traditur: Ac primo quidem uersu per modum dubij quæritur, qui fiat, ut homo moriatur, cui salvia crescit in horto? ad quod ita respondetur secundo uersu: Quamquam medicina in hortis reperiat, quæ corporis putrefactioni resistat, humiditatemq; custodiat naturalem, ne citius quam par est, dissipetur, nulla tamen inuenitur, quæ moriendi necessitatem e medio tollat. Et hoc est, quod Auicenna 3. 1. capite singulari ait: Ars quidem sanitatis tuendæ nos à morte securos non facit, neq; corpus à foris incidemibus nocumentis munit, neq; unumquodq; corpus ad ultimam uitæ longitudinem, quæ est secundum hominem absolute,

tè, perducit. Sed de duabus rebus securitatem præbet: Putrefactionem enim penitus excludit, et humiditatem defendit naturalem, ne iusto citius resoluatur.

Secundo loco tres referuntur salviæ effectus: ac primò quidem, quòd nervos roboret: Si quidem manifestè calefacit, et leniter adstringit: humorum igitur copiam, qua nervi impediti relaxantur, exiccat, refrigeratosq; recalfacit. Deinde, quòd manuù tremorè tollat: Nam quicquid nervos roborat ac calefacit, tremorem etiam tollit. Tremor enim ex nervorum imbecillitate & frigidityte potissimùm accidit. Atq; hanc sanè ob causam senes nonnulli et anus decrepitiæ cibis ac potibus suis folia salviæ imponere solent. Tertio, quòd acutam remoueat febrem: cuius hanc assignaueris causam, nempe quòd humores exiccat, adeoq; putrefactionem, quã acuta febris magna ex parte comitatur, impediatur. Porro saluæ temperamento est euidenter excalfacientis & exiccantis, atq; eam ob rem per se in uictus salubris ratione non temerè usurpanda. Attamen cum nervos excellenter roboret, dupliciter ea homines in sanitatis tutela uti consueuerunt. Aut enim inde parant $\epsilon\mu\beta\alpha\mu\mu\alpha\lambda\alpha$, id est, intinctus, quem admodum ostendimus supra cap. 22. appetentiam ita reuocantes ei, cui uentriculus crudis, incoctis, ac prauis humoribus refertus fue-

Manuù
tremorè

DE CONSERVANDA

Saluat rit. Aut uinum ex ea etiam conficiunt, **Saluat** um
uinum. ipsis appellatum, quod in mense principio potif
 simum expetitur. Hoc cum sibi qualitatem quan
 dam à saluia calidam simul ac adstringentem, a
 romaticamq; et exiccantem adsciscat, tremulis,
 paralyticis, et epilepticis mirè conferre putandū
 est: præsertim si post purgationem ex epoto medē
 samento modicè sumatur. **Quin** et uentriculum,
 cerebrū, neruos, ac reliquas quoq; corporis par
 tes præ humiditate laxas, exiccet ac roborat, idq;
 per hyemem maximè. Valet contra renum, uesi
 cæ, & laterum dolores, reiectiones sanguinis,
 tuſim, rupta, & uulsa. Difficili urinae auxiliat
 ur, & suppressos menses proritat, sed immodera
 tius: quocirca grauidis non nisi cum timore exhibē
 dum est, quippè quòd partus facile cnecet, &
 abortus faciat. Vaporosum est admodum, faci
 leq; caput ferit, & citò inebriat: quare caput
 debile habentibus, quibusq; plurimum molestie
 catarrhus exhibet, ab ipso in roborando uentricu
 culo cauendū est: ne, dum uni parti auxiliū que
 runt, reliquas offendant. Imò uerò nec aliàs im
 moderatius eo utendum est, neq; ad depellendam
 sitim, neq; ad deferendum permuscendumue cibū:
 quippè quòd uniuersum ita cibum ad extremam
 promptissimè caliditatem ac siccitatem perduce
 ret. Primum enim per se calidum & siccum est
 uinum, deinde uerò & saluia sat strenuè excalsa
 cit,

est, desiccataq; & tenuium est partium: quare quod inde sit unum, ad immodicam baud dubie caliditate ac siccitatem inclinabit, atq; ob id sanis talis tutela minus conuenit: ut quod ingestum, cibus prematurè atq; ante perfectam eius concoctionem è uentriculo ac hepate ad cerebrum: faciliè & neruos deferret, obstructionemq; omnis puritredinis matrem in humano corpore excitaret. Plinius de hoc Magnus ca. 21. part. 3. regiminis Sanitatis, et Ioan. Michael Sauonarola, in maiori præc. trac. 2. ca. 4. rubri. 15. Duplex porrò salua passim in horis spectatur: Vna magnis, latis, et asperis folijs, quæ Germanis groß/oder brey-er Salbei dicitur: Altera uerò folijs minoribus, contractioribus, et leuioribus, quam ipsè Klein/Spiß/Creuz, oder Edel Salbei uocant. Greci, quòd ipsa herba retorrída semper et exucca apparet, communi utramq; appellatione nuncuparunt ἐλελίσφακον, quòd quasi in tabem, uel siderationem redacta uideatur.

Tertio loco sex enumeramus medicamena simplicia, quæ ἐλύσκειράδα accommodatissima: nempe Salua, Castoriū, Luendula, Primula ueris, Nasturtiū, et Athanasia. Hæc namq; oia a proprietate quadam membra paralytica curant ac sanant. De Saluia quidè ex modo dictis satis cõstat: quippè quæ genuina caliditate & siccitate sua pituitosum humorè, quo perui obstructi resolu-

Salua.

DE CONSERVANDA

bantur, facile consumat, adeoq; neruis ipsis ro-
 Castoriū bur addat. Castorium calfacit siccataq; cum exte-
 nuandi uiribus eximijs, quibus præter alias actio-
 nes, etiam neruorum, qui ex copia humorum ma-
 le habent, affectibus, nempe tremori, stupori, con-
 uulsione, & paralyfi, congruit, & refrigeratos
 facile recalfacit, & extrinsecus applicatum, &
 potui datum, idq; ita, ut nullam aliam offendat
 particulam, etiamsi mediocriter febris affligat,
 quemadmodum in ueternis & cathaphoris, sed
 & mensibus retentis proficit, & secundas ex-
 pellit. luuat etiam, si quis suffitum eius in prunis
 impositi in inspiratione hauriat, maxime affectus
 in pulmone aut capite consistentes. Frigide quo-
 que surditati, et auribus ob crassos flatulentosq;
 spiritus dolentibus præclare opitulatur, ad len-
 tis magnitudinem cum oleo nardino infusum. O-
 leum præterea castorij non minus contra frigi-
 dos neruorum & iuncturarum affectus omnes
 ualet, quam castorium ipsum, præsertim si post
 materie euacuationem applicetur: residuum e-
 nim consumat, neruos roborat, paralyfi, conuul-
 sioni, ac tetano medetur, & acerrimos rigores,
 & frigora febrium, si spina dorsi eo liniatur, se-
 dat. Torro Castorium testiculus est animalis an-
 cipitis uite, quod καστωρ à Græcis, à Latinis Fi-
 ber, à Germanis uerò ein Biber appellatur. De
 quo Dioscorides lib. 2. ca. 23. Plinius lib. 8. ca. 30,

& lib. 32. ca. 3. Galenus lib. 11. ca. 11. de simp. me.
 facul. Paulus lib. 7. et Avicenna 2. Cano. cap. 125.
 Lauendula excalfacit & exiccat ordine secu-
 do completo, uel tertio inchoante, uiribus à nar-
 do Celtica non longè recedentibus. Confert omni-
 bus cerebri ægritudinibus à frigido proueni-
 bus, conuulsis, resolutisq; auxiliatur: uentriculū
 roborat, & iecur ab infarctu liberat: quum et ob-
 structos lienes iuuat: uterum calfacit, & menses
 & secundas educit. Primula ueris calida est &
 sicca, neruos roborat, conuulsioni, tremori, apo-
 plexie, paralyti, cæterisq; neruorum atq; articu-
 lorum uitijs frigidis & humidis auxiliatur: atq;
 inde arthritica etiam à nonnullis, & herba para-
 lysis appellatur. Primula ueris autem dicitur,
 quòd scilicet uere inchoante mox erumpat, Ger-
 manicè Schlüsselblumen. Per Nasturtium Si-
 symbrium aquaticum hic intelligitur, quod rigu-
 tis gaudet, & in fontium riuus discurrentibus co-
 mite Sio nascitur, folijs primo exortu rotundis,
 cum uerò adoleuerint, cruce modo dissectis: o-
 dore ac sapore satiuo nasturtio proximo, atque
 ob id καρδίαμιν à nonnullis, id est, nasturtium,
 nominatur, Germanicè Brunntress. Ea herba
 cum sicca est, tertij est ordinis excalfacientium
 et desiccantium: cum humida et uiridis, secundi:
 crassos et pituitosos humores extenuat, incidit,
 et resoluit: qua ratione neruos à phlegmate pur-

Lauendula.

Primula ueris.

Nasturtium.

DE CONSERVANDA

gat, paralysisq; causam auferit. Atque hinc san-
 præcipuum medici, ut in quadragenaria illa eccle-
 sic abiliæmens, propter phlegmaticos cibos, quæ
 per id tempus manduolent, noxturia quoq; sub-
 inde exhibeantur. Athanasia, tamacetum etiam
 uocatur, & Germanicè Reinfarni quòd filicis
 ferè effigie in aquarum ripis nascitur, uel alio no-
 mine wurmfraut, quòd lumbricos è uentre pel-
 lat, siue foris imposita, siue intro in corpus assum-
 pta. Ea parthenij species quedam existit, purgan-
 diq; phlegmatis facultate prædita est, uentos ca-
 liditate sua excccat, lumbricos, & materiam, un-
 de illi generantur, ex uentre pelat. Plurimè igitur
 Galli primis sanctum post Pasche diebus atha-
 nasia cum uis fixa ad phlegmatis pericinium
 quadragenarium ex esu piscium ollecti eductio-
 nem utuntur: ne scilicet inde lumbrici in corpori-
 bus apertis ac preparatis generentur. Recentiores
 etiam utuntur ad uentriculi & alui flatus discuti-
 tiendos: utem ad frangendos renum calculos, &
 ad ciendam urinam. Vltimo tandem uersu tradi-
 tur, Saluiam sic dici, quòd ad multa sit saluta-
 ris, præcipuè ad fecunditatem.

DE RUTA. CAP. LXI.

Nobilitas rutæ hæc, quòd lumina
 reddat acuta.

Auxilio



Auxilio rutæ uir quippè uidebis acutè. *Ma. li. 1.*
 Cruda comesta recens oculos caligine capitis
 purgat.

Ruta uiris minuit Venerem, mulieri-
 bus addit.

DE CONSERVANDA

Ruta facit castum, dat lumen, & ingerit
astum.

Cocta & ruta facit de pulicibus loca
tura,

Sie raue die augen scherpfft/vnd wehret
Der männen bgerd/der weiber mehrt/
Sie gibet list/vnd wer sie seude/
Den stöhn damit sein hauß verbeude.

Quatuor hic recensentur facultates rute:
Visus. Ac prima quidem, quod acutam reddat uidendi
aciem: commanducata enim, ut test. est Diosco-
rides lib. 3. ca. 45. & post eum Auicenna 2. Ca-
no, ca. 578. murè opitulatur oculis, qui hebetudi-
nem sensere. Præstat idem & succus eius cum
succo sceniculi & melle inunctus. De hoc nonni-
hil quoque supra ca. 13. & infra ca. 79.

Secunda, quod coeundi desiderium in uiris
minuat, augeat uerò in mulieribus. Nam cum
ex tertio sit ordine excalfaciendum & siccanti-
um, flatus strenuè discutit aboletq;, & semen ui-
tile, quod tenue admodum et æreum est, resiccat,
ac prorsum ne esse quidè permittit. Ex quo sanè
Veneris appetitum in uiris cohibet: Sed in mu-
lieribus semen aquosum & frigidum calfacit, in-
cidit, & extenuat, quare eas ad coitum magis
locitas.

Tertia,

Tertia, quòd astutiam siue calliditatem, id est, apprehensionem & medijs alicuius in subtili causa facilem inuentionem, usurpantibus conciliet. Calfactione enim ac resiccatione extenuantur, & acuumur spiritus, fouetur & illustratur ingenium.

Quarta, quòd decoctum ipsius, si domus eo respergatur, pulices depellat. Eos enim, ut uno ore medici testamur, acrimonia sua necat, & graui odore fugat. Pamphilus apud Constantinum Cesarem lib. 13. ca. 15. de agricultura, longè plura aduersus pulicum molestias remedia enumerat. Scrobem, inquit, facito, & rhododaphnas contusas in ipsum mittito, isticq; omnes concurrent. Absinthium, aut cucumeris syluestris radix, aqua marina rigata ac respersa, pulices necant. Disperdit autem ipsos penitus Melanthium aqua maceratum ac respersum. Aut conyzæ costæ decoctum irroratum. Disperdit eosdem similiter semen sinapis & rhododaphnes, ambo seruetur & in domo respersa. Calcem uiuam cribrato, & postquam locum uerteris inspergito, indeq; necabuntur. Idem continget ex amurca pauimentis assidue irroratis. Cuminum item syluestre tritum ac aqua mixtum, & seminis cucumeris syluestris drachmæ decem trite, & in aquam demissæ, indeq; domo respersa, pulices crepare faciunt. Item chamelæ radix, & popu

Contra
pulices.

DE CONSERVANDA

li nigre folia tusa & aqua macerata, & tribolus ex aqua cocta. Pulices etiam muria acris resperfa, & aqua marina enecat. Quòd si in media domo quis peluim deponat, & circulum machere penitus ferrea circumscribat, & reliquam domum, præterquàm locum circumscriptam, cremore staphidis agricæ, aut lauri foliorum tusorum conspergat, aut etiam muria, aut aqua marina cocta, omnes pulices in peluim congregabit. Fistule quoq; uas defossam, ita ut labra equalia pauimento habeat, & adipe taurino oblitum, omnes pulices in sese congregabit, etiam eos, qui adhuc in pallijs delitescunt. Sub lecto paruulum scrobem facito, & in ipsum sanguinem caprinum mittito, congregabitq; pulices isthic, & ex alijs uestibus ad se illiciet ac uocabit. Ceterum ex amphimallis & densissimis tapetibus, in quibus plurimi pulices delitescunt, eximi ac euocari possunt, si sic in urna aut dolio ipse sanguis caprinus deponatur. Hactenus ille. Auicenna 6.4. Tract. 3. ca. 31. de effugatione pulicum hoc amplius addit: Quando, inquit, domus colocymbidos infusione aspergitur, salium pulices & fugunt: & similiter ex decocto rubi. Referunt quidam, quòd si lignum adipe erinacci oblinatur, isthic pulices statim omnes concurrent. Fugantur quoque suffitu sulfuris. Est etiamnum herba quedam vulgaris notitie, Arabicè dicta Chichuanum

V A L E T V D I N E. 182

cbusnu, id est, herba pulicum, quæ in ciuitate
Chairi puluerizata in lecto circa dormientes
ponitur, & ex odore illius inebriamur, stupidiq;
fiunt pulices, & non ledunt. Porro nihil æ-
què disperdit pulices, ac graueo cœntia, uelut
ruta, mentha, mentasilrum, & lupulus, præci-
puè tamen fœmus & urina equi. Enecat pulices
seminis rapi decoctum inpersum. Quin &
esurini cornua suffitu pulices figari perhiben-
tur. Fama est, inquit Dioscorides libro quarto,
cap. 65. si psyllium uirens domum importetur,
non sinere in ea pulices gigni. Postremò uerò
nihil tam accommodum est comprehendendis pu-
licibus, quàm lecto imposita recens & candidissi-
ma lanugo xylina, quam *Beumwooll* Germani-
cè uocamus. In ea namq; congregati facili-
mè capiuntur. Plura *Rhazes* lib. 8. cap. 8. ad *Alman-
sorem*.

D E C E P I S.

Ca. LXII.

DE cepis Medici non consentire *Summa*
uidentur, *cri lib. 1,*
Pellitis non esse bonas, ait ipse Gale- *ca. 7.*
nus,
Phlegmaticis uerò multum putat esse
salubris.

Non



Non modicum sanas Asclepius adse-
 rit illas,
 Præsertim stomacho, pulchrumq; crea
 re colorem.
 Contritis cepis loca denudata capil-
 lis
 Sæpe fricans, capitis poteris reparare
 decorem.

Von zwibeln schreibn die erzt nicht gleich/
 Sagt einr sie bring der Cholre feuch/
 Vnd sei der feuchten Complex gesundt/
 Dem magn zwar / ferbt wangen vnd
 munde.
 Mit zwibel safft reib Alepletz/
 Vnd sie also mit har besetz.

*Agitur hoc in loco de Cepis : Ac primò quidem
 dicitur,*

dicitur, medicis de natura earum nondum satis constare. Nam ipsorum quidam phlegmaticis ex usu esse tradunt, quidam uerò minime. Galenus lib. 2. de alim. fac. cap. 71. cholericis admodum nocere, phlegmaticis uerò prodesse ijs attestatur uerbis: Abstinentium ab assiduo usu omnium acrium, ceu ceparum, porri, & allij, & potissimum cum is, qui ipsis uescitur, natura fuerit biliosus. Solus enim qui uel succum pituitosum, uel crudum & crassum ac lentum aceruârint, eibi eiusmodi sunt accommodati. Siquidem cepæ ut 2. Cano. ca. 122. Auicenna placet, in tertio cal faciunt abscessu, sed Galenus lib. 7. de simpl. medic. fac. cap. 58. quartum excalfaciendum ordinem ipsis adsignat. Quo fit ut calidis, quales cholericis cum primis existunt, uehementer officiant. Rhaze uerò lib. 3. ad Almanf. cap. 18. superfluos humores, & phlegma in stomacho generant. Quod de illis maximè intelligendum, que crude manduntur. Earum nanq; essentia crassarum est partium, & mali succi. Porro per fellitos, quemadmodum Cornarius noster in ca. 7. lib. 1. Macri discretè admodum monuit, biliosos hos loco accipere oportet, id est, πύς χολώδεις, sicut phlegmaticos pituitosos. Deinde uerò cepas phlegmaticis multum prodesse traditur. Corpus enim calfaciunt, humoresq; crassos ac glutinosos in ipso coaceruatos concoquunt, attenuant,

DE CONSERVANDA

atteruant, incidunt, & detergunt. Quis eor-
 dem etiam ratione stomacho frigidis, crassis, ac
 glutinosis humoribus grauari utiles sunt, & ad
 ualidum colorem, ueluti testis est apud Pli-
 nium libro 20. capite 5. Asclepi: d s. profici-
 unt. Neque enim fieri potest, ut uiuidus ac flor-
 idus sit faciei color, ubi uenter crudus, pi-
 tuitoso, ac prauo succo refertus fuerit. Tertio
 saluicic. demum loco adseritur, coneritarum ceparum
 succo pilos, siue crinis locis glabris ac denuda-
 tis restitui, si eo saepius perfricentur: & maxi-
 me quidem, si ex densatis in; arctisq; meatibus, &
 muerie sub cute detentae corruptela glabrities
 euenierit. Cepae enim caliditate sua meatus aper-
 unt, materiamq; prauam sub cute detentam non
 solum digerunt ac resoluunt, sed meliorem etiam
 in locum eius substituunt. Quae propter alopec-
 eae succo earum conuenientissime perfricantur.
 Celerius enim, ut Dioscorides lib. 2 cap. 145. Ga-
 lenus loco paulo ante citato, & Alexander Tra-
 lianus lib. 1. cap. 2. testantur, quam Alcyonium
 pilos euocat. Vnde infertur tandem capitis deco-
 rem, quem Qu. Serenus capitis honorem uocat,
 eo reparari. Capitis porro decor capilli sunt.
 Cepae praeterea semen genitale gignunt, & Vene-
 rem stimulant, urinam cient, appetentiam ante
 alios cibos sumptae excitant, sed largiore cibo ca-
 pitis dolores faciunt, sitim mouent, fastidium pa-
 riant,

rium, ruborem faciei inducunt, saliuam multam generant, & rationem, ut aliqui ferunt, ledunt. Succus illarum cum melle illitus, oculorum hebetudinibus, argemis, nubeculis, & incipientibus suffusionibus auxiliatur. Quinetiam canis meribus idem cum aceto, ruta, & melle illitus confert: quare hi quoq; duo uersus à quibusdam hinc additi sunt:

Appositas perhibent morsus curare caninos,
Si trite cum melle prius fuerint & aceto.

Plura de his supra cap. 13. diximus, cum de alijs ageremus.

DE SINAPL
Cap. LXIII.



Est modicum granum, siccum, calidumq; Sinapi,
Dat lachrymas, purgatq; caput, tollitq; uenenum.

DE CONSERVANDA

Der hitzig senff macht aug^r rinn/
 Macht reyn das haupt / thüt giffe bes
 zwingen.

Duo hoc in loco potissimū aguntur: Primò nanque per pusillum illud granum, quod σίνωνις aut σίνων Græci, Latini uerò sinapi uocant, ad calfaciendum desiccandumq; efficax esse traditur: & hoc quidem, Galeno libr. 8. cap. 5. de simplic. med. facul. teste, in quarto abscessu. Demde uerò tres eidem adsignantur facultates.

Prima, quòd lachrymas eliciat: excellenti enim caliditate sua humiditates, quæ in cerebro sunt, attenuat, incidit, liquefacit, & dissoluit: illis itaq; fluenibus, simul etiam lachrymæ profiliunt.

Caput purgare. Secunda, quòd caput purget: commanducatiū .n. pituitas capitis per os ducit et purgat. Quin etiam tritum, naribusq; admotum, sternutamenta ciet, quibus meatuum obstructions tolluntur, & cerebri uitia expelluntur: eaq; ratione comitialibus & apoplecticis mirificè succurrit.

Tertia, quòd uenenum tollat: suffitum nanq; ac incensum, serpentes fugat, ad eorundem quoque & scorpionum ictus cum aceto tritum magna utilitate illinitur, fungorumq; uenena discutit. Ad hæc lienis etiam affectibus ex humiditate

et flatu procreatis confert. Item quartanis morbis, qui ex adusta pituita contracti sunt, pretere-
rea et podagris à pituita factis. Officit uerò iu-
sui et calido capiti, ac iecore. Concoctionem et
distributionem ciborum crassorum partium ad-
iuuat. Minuit que in uentriculo sunt humiditas
tes. Illitum lepris, eas in melius mutat. Linguas
etiam humiditas grauas siccit. Si cum melle
sumatur, tusses resoluit. Cum caricis uerò ischia-
dicis illitum, et lienosis utile est: trahit enim que
intus sunt ad corporis superficiem. Plura Dio-
scorid. lib. 2. ca. 148. Plinius lib. 30. ca. 22. et Si-
mon Sethi in Syntagmate.

DE VIOLA PURPUREA.

Cap. LXIIII.

CRapula discutitur, capitis dolor,
atq; grauedo, Mac. lib.
2. ca. 29.
Purpuream uiolam dicunt curare can-
ducos.

Die veel bentmpt die trunckenheit/
Das wehe des hauptes/ vnd fallende leide!

Hic tres referuntur effectus nigre purpu- Ebrietas
reæ uiole: Primus, quòd crapulã siue ebrieta-
tem dispellat ac sedet: Cuius sanè rei due adfer-



si solent rationes. Vna quidem, quòd temperatum, suauem, & cerebrum confortantem spiret odorem: cerebrum uerò roboratum ac ualidum ebrietas non tam facillè, quàm imbecillum, tenet. Altera, quòd cerebrum refrigeret, & fumis calidis recipiendus ineptum reddat, adeoq; uini uaporem infringat, & sic ebrietatem dissoluat.

Caput. Secundus, quòd κεφαλαλγία, id est, capitis dolorem discutiat: & hoc quidem, si à causa calida, nempe à flaua bile, ortum habuerit: hanc enim purgat, et ab ea calorem extinguit. Horum effectuum meminit Plinius libro 21. capi. 19. ubi de uiole uiribus disserit his uerbis: *Viola purpurea crapulam & grauedines capitis impositis coronis*

eorum olis. *Fluue discutium*. Meminit etiam
 Simon Sethi in Synag. Viola, inquit, dolo-
 res capitis, qui fiunt à flava bile, sopium pota
 & odorata. Tertium, quòd curet caducos, id est, *Epilepsia*
 comitiali morbo correptos, à Symptomate ac-
 cidenti ac casu. Hoc habetur apud Dioscoridem
 libro 4. capite 122. Cæterum is non simpliciter
 hoc de purpurea viola tradit, sed de parte ea,
 que in flore purpurea existit, uel purpurascit.
 Sic enim scribit: *φασὶ δὲ τὸ πορφύρεον τοῦ*
ἄνθους μετ' ὕδατος ποθεῖν. συναγχιαίς βου-
θῶν καὶ ἐπιληψίαις ταῖς ἐπὶ κείδ' ωρ. Id
 est, dicunt id quòd in flore purpureum est, cum
 aqua potum anginis, & comitialibus puerorum
 morbis auxiliari. Videtur itaq; accipiendum esse
 de altero flore, qui in medio viola instar capil-
 lamentorum inest. Sunt enim quidam flores, di-
 cit Theophrastus libro 1. capite 21. de historia
 plantarum, *διάνθεϊς*, id est, duplicis floris,
 qui alterum florem in medio habent, uelut ro-
 sa, & lilium, & viola nigra. Lege doctissimas
 Iam Cornarij annotationes in caput uigesimum
 nonum, libri primi Macri. Quinctiam Plinius
 loco iam citato id ipsum sic tradidit. Id quòd
 purpureum est ex ijs, comitialibus tradetur,
 maxime pueris in aqua potum. Eiusq; rei hæc ad-
 signari potest ratio, quòd cerebrum uiole fra-
 gramia roboret, ita ut à paruis nocummentis

DE CONSERVANDA

minimum Ladatur, & sic in epilepsiam non facile incidat. De Violis plura Galen. lib. 6. ca. 150. de simpl. med. facul. Rhazes libro 3. ad Alman. cap. 11. Auicenna 2. Cano. cap. 726. & Mesues lib. 2. Sect. 1. ca. 11. de simp. purg.

DE VRTICA. CAP.

LXV.

A Egris dat somnum, uomitū quo
que tollit & usum.

Mac. li.
2. cap. 2.

Illius semen colicis cum melle medetur,

Et tussim ueterem curat si saepe bibatur:

Figus pulmonis pellit, uentrisq; tumorem.

Omnibus & morbis ea subuenit articulorum.

Die nessel gibe den Francken schlaff/
Der sich bricht ihr sehr wol bedarff/
Den alten hustn/ des leibes grun/
Die Eete der lungn/ vnd schwulst benimpt
Des leibs/ vnd alln gelencken darbey/
Ist die nessel ein güe artzney.

Hic septem recensentur facultates Vrticæ.
Ac

Ac prima quidem, quòd somnum egrotans *Somnus.*
 tibus accersat: Crassos namq; & pituitosos hu-
 mores, quibus natura grauata somno desitueba-
 tur, extenuat, incidit, & priuatum expurgat.

Secunda, quòd uomitum simulq; usum eius
 tollat: Lemam enim & frigidam materiam, qua *Vomitua*
 stomachū imbuerit nausea ac uomitus plurimū
 suboriri solent, incidit, exiecat, & dissoluit.

Tertia, quòd colicis medeatur doloribus:
 nam extra hoc, quòd crassum pituitosumq; hu- *Colica.*
 morem incidit, et extenuat, crassos quoq; & fla-
 tulentos spiritus, qui exitum non habentes coli-
 cos excitant cruciatus, discutit & expellit.

Quarta, quòd ueterem curet tussim *Tussis.*
 Crassos enim uiscososq; humores è pectore pulmoneq; e-
 ducit: qua ratione orthopnoe quoq; & lateris
 doloribus prodest, & maximè quidem semen e-
 ius cum melle delinctum, quemadmodum 2. Cano.
 cap. 725. in eum propè modū scribens Auicenna
 attestatur. Quando cum ptisana, siue aqua hor-
 dei, decocta bibitur, uitia pectoris extrahit, et fo-
 lia eius cum aqua hordei decocta thoracem à
 leuis crassisq; humoribus expurgant, sed semen
 cum melle delinctum ad omnia efficacius est.

Quinta, quòd frigora pulmonis pellat: hu-
 mores namq; frigidos ac pituitosos caliditate sua
 incidens simul & extenuans ex pectore pulmo-
 neq; educit.

DE CONSERVANDA

Sexta, quòd uentris tumorem discentiat itaq; sedet: Crassus enim ac flatulentos spiritus, quibus uenter distensus in tumorem atollebatur, dissipat atq; resoluit.

Podagra
874.

Septima, quòd omnibus articuloꝝ doloribus, arthritidi murum, ischiadi, & podagra subueniat præcipue quidem, si prouenerint à lenta, crassa, ac frigida materia: eam enim urtica calfacit, incidit, & extenuat. Ad hæc, urtica flatuosum etiam quiddam obtinet, quo & Venærem extumulat, & maxime ubi cum pissio aut musto semenciꝝ bibitur. Eodem modo potum & uulue ora pacificat, urinam ciet, renuꝝq; doloribus medetur. Venærem modice subducit, ipsa dumaxat abstersione, ac ueluti titillatione, non purgatione crudum ac pituitosum humorem edacens. Ducit feminis præterea menses foliorum urticae decoctum, addita exigua myrrha, petũ Ca uendum tamen ne linguam œsophagoneq; lædat: nimium enim exurit: quod commode quidem fieri poterit, si post sumptionem eius parum olei o sacci absorbeatur. Est autem urtica cum seruine suo calida in principio tertij, sicca uerò in secundo: licet semen minore paulò, quàm herba ipsa, siccitate participet. Plura Diosco. lib. 4. cap. 94. Plinius lib. 21. ca. 13. Galenus lib. 6. de simpl. med. facul. ca. 13. Paulus lib. 7. Rhazes lib. 3. ad Alma. ca. 28. & Antecima loco citato.

VALETVDINE.
DE HYSSOPO:
Ca. LXVI,

133



HYSSOPUS purgans herba est è pe-
ctore phlegma,
Ad pulmonis opus cum melle coquen-
da iugata.

DE CONSERVANDA

M. s. li. 2. Vultibus eximium fertur præstare co-
cap. 5. lorem.

Isop reymgt die lung vnd b:ust/
Vnd gibt dem angliche farbnach lust.

Hic agitur de hyssopi uiribus: Quod quidem desiccatur & exalfacit ordine tertio, sed & tenuium est partium. Pituitam manifeste experimento expurgat, facitq; ad pituitosos tum cerebri, tum neruorum affectus, quod non modo mundat, sed roborat quoq;. Quin & pectus, & pulmonem detergit, præsertim senibus, quorum pectora lenia, crassæq; pituita referta sunt, quo fit, ut decoctum cum ficis, aqua, melle, & ritæ, potumq; peripneumoniacis, diuturnæ tussi, suspiriosis, a capite in subiectas partes destillationibus, & orthopnoicis auxilietur. Ascarides reliquosq; interaneorum uermes pari modo sumptum enecat. Idem facit, si cum melle delingatur, nutri tamen addito momento. Decoctum ex aceto mulso epotum, crassum humorem per aluum extrahit. Ad subducendam aluum cum ficis uiridibus detritis manditur: uehementiusque addit iri, nasturtio, aut irione, deijcit. Mesues exhibet cum iure, aut manna mistum, uel cum melle, aut uuis passis purgatis, uel scilla coctum. Cutis in corpore colorem floridum efficit. Liem, & aquæ inter cutem cum fico nitroq; emplastri

emplistri modo imponitur. Inflammationibus quoque ex uino illimitur. Cum feruente aqua impositum sugillata discutit. In anginis cum ficorum decocto optimè gargarizatur. Decoctum cum aceto, denium: dolorem in collutione sedat. Hyssopusus inflationes, auricularum præsertim, et temporis suffitu discutit. Cibi appetentiam inuitat, uisum acuit, menses et urinam ciet, et febrium horrores excutit. Vinum decoctionis eius uterum à superfluitatibus purgat et abstergit. Plura Dioscorides lib. 3. ca. 30. Auicenna 2. Cano. cap. 305. et Mesues lib. 2. sec. 1. ca. 18. de medic. simplic. purgantibus.

DE CHAERE FOLIO.

Cap. LXVII.

Appositum cancris tritum cum Ma. li. 2.
melle medetur. ca. 22.

Cum uino potum lateris sedare dolorem

Sæpe solet, tritam si nectis desuper herbam,

Sæpe solet uomitum, uentremque tenere solutum.

Dem Krebses Ferbelfraut hilff thüt/
Mit honig end we:n ist sonst auch güt/

DE CONSERVANDA



Vor weetags leit s / fürs vnd d'wn' auch /
Vnd machs dir hart den weichen bauch.

*Enauerantur hoc in loco tres facultates char-
refolij. Prima, quòd tritum & cum melle appo-
situm cancerum curet. Est autem Cancer tu-
mor durus, melancholicus, inaequalis, rotundus,
Cancer. & crenosus, id est, aenas habens in circuitu turgens*

da, & exaltata, liuescens, siue fuscus, & colore magis, quam inflammationes, nigricans. calidus, sed non adeo, ut inflammationes, subito accrescens, agros maxime fatigans, & perpetuo ferè dolore affligens, Græcè καρκίνος & καρκίνωμα dicitur. Hanc autem appellationem huic morbo indiderunt cum Græci, quam Latini, à cancro aquatico animali, quoniam circa hunc implentur & intenduntur uene, cancerum pedibus, à glomere illo corporis descendentibus, persimiles. Nonnulli uerò inde sic nuncupatum, quòd difficillime ab his partibus, quas obsederit, euellatur, quemadmodum cancer aquaticus arumans. Hic enim loco, quem semel apprehenderit, pertinaciter hæret. Adde quòd hic tumor cancri animalis colorem representat, nempe subnigrum. Plura de hoc Paulus li. 4. ca. 26. & Ioannes Tagaultius li. 1. ca. 15. chirurg. insti.

Secunda, quòd cum uino potum, lateris dolorem sedet. **Tormana** quoque uentris mitigat. **Tormina**
 Crassas enim inflationes, unde dolores isti proueniunt, discutit. Præterea stomachi atq; aliorum etiã uiscerum status dissipat, obstructionsq; tollit: ad quæ quidem omnia unum quoq; per se sumptum singulare est.

Tertia, quòd uomitus aluiq; profluvia sistat. **Vomitibus**
 Calfaciendi enim & exiccandi ut materiam eorundem discutit atque consumit, & maxime quidem

DE CONSERVANDA

*fi à frigido & pituitoso succo oriamur. Urinam & menses ciet, lateris, renum ac vesicæ dolores tollit, cum melicrato exhibitum. Porrò cherifolium, de quo hoc loco agitur, nulla alia herba est, quàm que uulgo nostrati *Betbel* corrupta, ut apparet, ex cerifolio uoce, appellatur. Ceterum medicamenta, que hîc de cherefolio produntur, neq; apud Plinium, neq; apud ullum aliquem autorem Græcum reperiuntur, sed ex Plinio illo recentiore, & longè post Galenû autorem omnia transsumpta sunt. Nam is hæc uerba de ipso tradit: *Cherephyllon cæceratis medetur, lateris dolores ex uino mitigat. Quidam illud oleo incoctû àνθρωϊς, ad soluendâ frigoris iniuriam, miscuerunt. Ex aqua mulsâ pituitam resoluit. Ex aceto lumbricos & tenias perimit, urinam ciet, menstrua pellit. Tritum cum cera & axungia uetere parotidas discutit. Lege doctissimi uiri Iani Cornarij annotationes in ca. 22. lib. 1. Macri. Ad hæc succus siue stillatitius cherefolij liquor potus cum carbonibus tilie, & lapide ex cancrorum capitibus exempto, sanguinem ob casum, percussionem, uel conusionem in grumos concretum, certo experimento dissoluit, & renum calculos frangit.**

DE ENULA CAMPANA.

Cap. LXVIII.

Enula



ENula campana reddit præcordia
sana.

Cum succo rutæ succus si sumitur e-
ius, Mā. ū. s.
ca. 20.

Affirmant ruptis quòd proffit potio ta-
lis.

Der Wande ist der Brust gesunde/
Vnd so sein safft zur kanten Kompe/
Ist den zerbroschnen heilsam sehr/
Nach der erzte gemeynes Lehr.

Hic due referuntur facultates herbe, quam
Ὠλίγιον Græci vocant, Latini Helenium & Inu-
lam

DE CONSERVANDA

Lm, Barbari Enulam, Officina Enulam campae
nam, & Germani Alant.

Prima, quod curet ac roboret praecordia:
quo nomine tam extra in homine intelligenda ueni-
um, nempe os uentriculi, membra spiritus, et quae
eunq; ardi propinquiora sum. Et hoc sane ra-
dice purissimum efficit. Ea enim calida & sicca
atq; odorata est cum excrementitia humiditate,
quapropter eclegmatis cum melle temperata
crassos ac lentos humores pectori pulmoniq; in-
fantos educit, tussi, orthopnoeaq; prodest. O-
mnis irae dolorisq; obliuionem inducit, cor ex-
hilrat ac roborat. Ex ea uinum etiam confici-
tur, quod *υενταρίτης* Graecis dicitur. Hoc con-
tra stomachi & pectoris uitia, & cordis ex hu-
miditate et frigidityte imbecillitatem efficax est,
excrementa in uenis sanguini permista, per men-
ses, ac urinas expellit. Secunda, q; succus eius
cum ruta succo pernistus hermosis, hoc est, rup-
tis, quib; intestina in scrotum deuoluuntur, ad-
modu opituletur, & maximè quidè si herra ex
flatuum multitudine euenierit. Eos enim ruta at-
que helenij succus discutit. Radix praeterea helenij
stomacho prauis succis referto utilis est in pas-
so condita, obstructionesq; iecoris atq; lienis tol-
lit. Trita, potaq; ad cruemas excreaciones singu-
laris est, et serpentiu morsibus medetur. Ruptis
ac conuulsis omnib; confert. Folia eius ex uino co-

Vinum
enulatiu.

Et utiliter illumur frigidis ac diuturnis partium affectibus, cuiusmodi sunt nonnullæ coxarum passionēs. ἰχθὺς αὖ καλεῖται, & exigua assidueq; articulorum quorundam præ humiditate procedentiæ ac luxationes. Plura Diosco. li. 1. ca. 27. Gal. li. 6. ca. 114. de simp. med. fac. & Auicē. 2. Cano. ca. 140.

DE PVLEGIO. CA. LXIX.



Cum

DE CONSERVANDA

Ma. li. 2.
cap. 4.

Cum uino nigram choleram potata repellit,
Appositam ueterem dicunt sedare podagram.

Polei getruncken mit gutem wein/
Vetereis verbandts gblüt vnd zipperlein.

Duo hoc in loco Pulegij recensentur effectus: Prior quidem, quod atram bilem cum uino expurget: eiusq; rei testis etiam est Dioscorides lib. 1. cap. 30. Atram, inquit, bilem per aluum exigit.

Alter uero, quod peculiari proprietate quadam antiquam curet podagram. Crassos enim uiscososq; humores, unde podagra generari plurimum solet, uehementer calfacit, decoquit, extenuat, & emolitur. In tertio namq; ordine calidum & siccum esse statuitur, quapropter podagris etiam per se subuenit, impositum usq; dum rubescat locus. Vi pollere corroborandi, ex bona fragrantia eius satis liquet. Aperit quoq; attrahit, & consumit, ratione tum essentiae tum qualitatum. Potum menstrua, secundas, ac partus eijcit. Pulmonis uitia ex melle & aloë potum extrahit, & conuulsis auxiliatur. Capitis dolores impositum leuat. Quin & olfactu capita tueri

tueri contra frigorū estusq; iniuriā, & aſi-
 ti traditur. Nauseas, ſtomachiq; eroſiones ex po-
 ſca permulcet. Bibitur in uino utiliſſimè contra
 ſerpentium morſus. Deſectos animo recreat,
 cum aceto naribus obiectum: Siccatum præte-
 rea crematumq;, & in puluerem tritum, gingi-
 uas confirmat. Illitum cum polenta inflamma-
 tiones omnes ſedat. Cum cerato uaros extin-
 guit: Lienoſis cum ſale utiliter illinitur. Deco-
 ctum eius ablutas prurignes mitigat: & eadem
 utilitate inſidemibus fœminis prodeſt, inflatio-
 nes, durities, & muliebruum locorum conuer-
 ſiones corrigens. Plura Dioſcori. loco citato,
 Plinius libro 20. cap. 14. Galenus lib. 6. cap. 93.
 de ſimp. medic. ſac. & Simeon Sethi in Syntaga

DE NASTVRTIO.

Cap. LXX.

Ilius ſuccus crines retinere fluen- Mac. li.
 tes i. cap. 11.

Illitus adſeritur, dentisq; leuaedolo-
 rem.

Lichenas ſuccus purgat cum melle per
 unctus.

Das fallend har belt brunnreß ſaffe/
 Den zeen wehrtag/ leibs ſchuppen machet

DE CONSERVANDA



Hic agitur de hortis familiari herba, nasturtio,

lio, quod $\chi\epsilon\epsilon\delta\epsilon\mu\omicron\upsilon$ Græci uocāt. Germani Gatten Breß. Et referuntur tres ipsius facultates.

Prima, quòd succus eius siue stillatitius liquor, capiti illitus, aut potus etiam, capillorum defluuia sistat: præsertim si ex dēsatis infarctisq; meatibus orta fuerint. Crassos enim et pituitosos humores calfacit, incidit, & extenuat.

Secunda, quòd dentium curet dolorem, præcipuè si à frigida materia prouenerit: Eam enim nasturtium discutit.

Tertia, quòd succus eius cum melle illitus lichenas, id est, impetigines, siue squamas cuti adhaerentes, abstergat. Nascuntur eæ ex phlegmate potissimum salso, sed nasturtiū intus assumptū omne phlegma pellit & expurgat: nam & nubi quoq; insigniter abstergat. Nasturtij semen aduerens, seu causticæ facultatis particeps est, sicut sinapi. Proinde coxendicis, & capitis dolores, atque adeò quodcunq; aliud rubrificationem postulat, eo perinde atq; sinapi excalfaciunt. Mîscetur quoq; remedijs, quæ exhibentur asthmaticis, tanquam scilicet id, quod crassos succus ualenter incidere ualeat, uelut et sinapi: nã per omnia ei simile est. Stomacho aduersatur, aluum turbat, ueneris lūbricos pellit, lienē imminuit, partus exanimat, menses cit, et uenerē stimulat. Illitū cum melle lienē extenuat, fauos expurgat: Serpētium uenenis potum resistit, atq; eos suffitu fugat:

DE CONSERVANDA

carbunculos ad suppurationē perducit & rumpit: Coxendicibus cum polenta commodè ex aceto illinitur: tumores inflammationesq; discutit. Furunculos cum muria illitum emittit. Vomitum flauæ bilis citat, eandemq; per inferna educit. Tradunt nonnulli, nasturtium uim uigoremq; animi suscitare, ac proinde eos, qui ipsum esitauerint, ingenio ac mente promptiores fieri. Lege Plinium lib. 19. ca. 8. & Erasmi chiliades in pro uerbio, ἔδινε καὶ ῥοδ' ἀμυγ. Porro & herba arefacta similem semini uim possidet. Humida uerò adhuc, & uiridis propter aqueæ humiditatis admissionem, multò semine inferior est: adeoque tunc mordacitas eius moderata est, ut cum pane ea utiliceat, ceu obsonio. Plura Diosco. lib. 2. capite 149. Plinius libro 20. capite 13. Galenus lib. 7. cap. 8. de simp. medic. facul. Simon Sethi in Syntag. & Auicenna 2. Cano. ca. 513.

DE CHELIDONIA.

Cap. LXXI.

Mac. lib. 2. ca. 29. **C**accatis pullis hac lumina mater hirundo (Plinius ut scripsit) quamuis sint eruta, reddit.

Schelkraut ist den augen gesund/
Das wirdt ons von den schwalben fund.

Nota.



Notatu dignum est, quod hic ex Plinio de chelidonia refertur. nempe ipsam pullis hirundinum visum restituere. Locus est li. 25. ca. 8. ubi sic scriptum reliquit: Animalia quoque inuenere herbas, imprimisque chelidonium. Hac enim hirundines oculis pullorum in nido restituunt visum, ut qui-

DE CONSERVANDA

Jam uolunt, etiam erutis oculis. Meminit eiusdē
 etiam lib. 8. cap. 27. hisce uerbis: Chelidonium
 uisus saluberrimam hirundines monstraue-
 re, ut xatis pullorum oculis illa medenees Hoc nomen,
 ut lib. 2. ca. 176. Dioscorides testatur, sibi uide-
 tur uendicasse, quod adueniu hirundinum exo-
 riatur, & discussu emarcescat. Sum qui narrāt,
 hirūdines excēcatis pullis, admota herba, uisum
 restituere, inquit idem. Hinc cognitum est, succū
 eius hominum oculis quoq; mēderi, utiq; in quibus
 crassum quiddam in pupilla colligitur, digestionē
 atq; discussionē indigens. Hinc igitur edocti medi-
 ci chelidoniā omnib; ferē oculorū remedijs pro ui-
 sus claritate admiscere solent. Herba est nota, cro-
 cci succi, cuius inuentionem hirundinibus ob id
 quoq; attribuū, quod pulli earū sepius, quā nulli
 aliarū auium cecitate incidant. Hirundinum, n.
 stercore chelidonia oppositū prestat: excēcat nā
 que, si calidum in oculos decidat, et præcipuē ma-
 trū. Quod etiam sacræ testantur literæ, nam To-
 bie 2. sci uorem illū hoc stercore excēcatū fuisse
 legitur. Cor. C. lib. 6. cap. 6. fabulam putat, per
 parētes oculos herba restitui, qui per se sanescāt.
 Chelidonia tertij est ordinis absoluti iam, idq; tū
 in calfaciendo, tū in siccando. Attrahit igitur, di-
 scutit, & cōsumit. Radix trita & in uino deco-
 cta caput, columellāq; frigidorū humorū à capi-
 te descendentiū multitudinē laxatam, ac linguæ
radicē

radici atque faucibus incumbentem, expurgat, si exurgentem inde fumum in fundibulo adhibito eger admittat, & unum deinde gargarizet. Cum aniso, & uino albo pota, medetur regio morbo, & ulceribus que serpunt, imposita cum uino, aut manducata, dentium dolorem sedat. Plura Galenus lib. 8. cap. 172. de simpl. medic. facul.

DE SALICE. CA. LXXII.

A Vribus infusus uermes succus ne Mā. li. 9.
 cat eius. ca. 16. et
 Cortex uerrucas in aceto cocta resol- lib. 2. ca.
 uir. 35.
 Huius flos sumptus in aqua frigescere Idem lib.
 cogit 4. ca. 11.
 Instinctus Veneris cunctos acres stimu-
 lantes.
 Et sic desiccat, ut nulla creatio fiat.

Der safft von weidn die würm ersterbt/
 Die dir dein ohren habn verderbt/
 Die rindt mit essig die wartzen mindrt/
 Die blüt end frucht die gbuert verhindert.

Tria hoc loco de Salice traduntur.

DE CONSERVANDA



Primum, quòd succus eius auribus instilla-
tus uermes interficiat, & maximè quidem, si is
sit ex folijs, & cortice expressus. Amarum enim
quiddam in se habet & acerbum. Idem quoque
cum rosaceo in calyce punici calfactus, aurium
doloribus & sancti medetur.

Secundum, quòd cortex eius in aceto de-
coctus, uerrucas pellat. Hanc rem Dioscorides
lib. 1. ca. 117. sic tradidit: Corticis cinis admisto
aceto

aceto maceratus, illitu clauos, & callos tollit. Est enim uis eius admodum desiccatoria, sed ita tamen, ut morsu absterneat. habet uero etiam quandam adstrictionem. Auicenna cap. 541. secundi Cano. eundem effectum portulacæ quoque tribuit. Ex ea, inquit, fricantur uerrucæ, & eradicat eas non qualitate, sed naturali quidam facultate.

Tertium, quod flos salicis conceptus prohibeat, & hoc certe ob uim desiccatoriam, & adstrictionem. Hoc ipsum autem ἀστυλληψίαρ ὄργαζέωσ) Dioscorides dixit, hoc est, facere ut mulier non concipiat. Non autem solum mulierum conceptus prohibet salicis semen, siue fructus, siue flos, uelut hic appellatur, sed etiam instinctus Veneris omnes congelat ac resiccant, etiam in uiris, ut generare nequeant. Atque hoc ipsum Democritus quoque apud Constantinum Cæsarem lib. 11. ca. 14. tradit his uerbis: Qui fructus salicis appellatur, pabulo pecorum ammixtus, ipsa pinguefacit. Tritus autem & in potu acceptus ab homine, steriles facit. ex quo & Homerus ὄδ' υ. κ. ait:

Κλίτροις αἴγειροι· ἐκὶ ἰτέα ὠλεσίκαρποι.

Hoc est:

Et populi & salices plantæ fructum perimentes.

Verum Theophrastus lib. 3. ca. 2. de historia

DE CONSERVANDA

Plantarum, & Plinius lib. 16. cap. 26. uocem
 ὠλεσίκαρπος non sic accipiunt dictam ab Ho-
 mero, ut significet fructuum ac seminum humano-
 rum perditionem, sed ipsius arboris. Plinij uer-
 ba hæc sunt: Ocissimè autem salix amittit semen,
 antequàm omnino maturitatem sentiat, ob id di-
 cta ab Homero frugiperda: secutaq; et as scelere
 suo interpretata est senectiam, quando semen
 salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse
 constat. Hæc ferè Ianus Cornarius in cap. 11.
 lib. 4. Macri. Didymus antiquissimus Homeri
 int: rpres, ita ex Theophrasto de salice refert:
 ὁ καρπὸς τῆς ἰτέας πινόμενον ἀφανίζει τὴν
 γονίαν τῆν ἀνδρώπων. Id est, Fructus salicis
 potus genituras hominum demolitur. Plura de
 Salice Galenus lib. 6. de simpl. med. facul. ca. 155.
 & Auicenna 2. Cano. ca. 686.

DE CROCO. CA-
 put LXXIII.

Confortare crocum dixerunt exhi-
 larando,
 Artus defectos reficitq;, hepar repa-
 ratq;.

Der saffran freud vnd stiercke gibt/
 Der lebr vnd schwachen gliedern liebt.

Hic



Hic agitur de proprietatibus quibusdam
Crocī: Ac primò quidē corpus roborare dicitur.
cic₂

DE CONSERVANDA

etiā; letabundam quandam conciliare alacritatem iucunditatemue, præcipuè si quis eo modicè utatur. Immoderatus enim sumptus, pondere nimirum trium drachmarum, letalis est.

Deinde uerò membra deficta, id est, debilia ac prostrata reficere, inq; uigorem suum restituere, traditur. Superat enim in eo calfaciens & qualitas & facultas, ut tota eius essentia secundi sit ordinis excalfacientium, & primi exiccantium: proinde concoquendi, maturandi, emolliendi, aperiendi, & discutiendi uim quandam habet, adiuuante scilicet & paucula quadam adstrictione. Cor non parum exhilarat, ipsumq; adeò, ac simul etiam hepar, atq; alias corporis partes, ob insidentem nimirum adstrictionem, ita corroborat, ut non faciliè dissolui queant, obstructionsq; tollit. Quinetiam stomachum moderato calore suo firmat, eiusq; tum concoquendi, tum distribuendi facultatem adiuuat. Immodicè tamen illo utendum non est: quippe qui ita nauseam facile moueat, & cibi inappetentiam, Græci *ἀνορεξία* uocant, efficiat: siquidem aciditatem in uentriculo extinguit, quæ præsertim appetentiam excitat. Siccando mediocriter dispositionibus pectoris phthisicis auxiliatur, putredines corrigit, anhelitum facilem reddit, eiusq; instrumenta corroborat. Nam si usus ipsius mediocris fuerit, facilem respirationem, & amabilem coloris

coloris bonitatem facit: sin uerò citra modum, pallorem inducit, cerebrum infestat, capitis dolorem commouet, sensus obtenebrat, & oculos hebetat. Vino impositus uehementer inebriat, adeoq; exhilarat, et insaniam maximè alacrem lætabundamue pariat. Si quis uerò ex passo biberit, crapulam non sentiet. Additur in potiones, que interaneorum causa temperantur. Pituitosa uitia & letargica sanat. Somnum conciliat: Venerem stimulat, menses & urinam ciet, Mulieribus difficulter parientibus, in potu duarum drachmarum pondere exhibitus, partum accelerat. Illitus cum humano lacte uisum abstergit, et oculorum fluxiones cohibet. Aurium remedijs utilissimus est. Vergentes ad ignem sacrum inflammationes inunctus lenit. Vuluæ sedisq; cataplasmatibus utiliter aditur. Plura Dioscorides lib. 1. ca. 25. Plinius lib. 21. cap. 20. Galenus lib. 7. de simplic. medic. facul. ca. 57. Simeon Sethi in Syntag. Serapion ca. 173. simplicium, & Auicenna lib. 2. Cano. ca. 129.

DE PORRO. CA. LXXIII.

R Eddit fœcundas mansum per fœ Ma. li. 9. cap. 6.
 pe puellas,
 Manantemq; potes naris retinere cruo
 rem,

Vngas



Vngas si nares intus medicamine ta-
li.

Der lauch macht fruchtbar / so mannißst /
Versteck das blüt / das ist gewiß.

De hoc in loco porri referuntur proprietates: Ac prior quidem, quòd imprægnandi facilitatem utentibus mulieribus pariat: atq; ne abortiant grauidæ prohibeat. Quod sanè magni etiam Hippocratis autoritate Plinius lib. 20. ca. 6. in hunc modum scribens confirmat: Hippocrates & sine alia mixtura dari iubet, uuluaq; contractas aperiri putat. Fœcunditatem etiam sceminarum hoc cibo augeri. Idq; non in cibo tantum, sine

sive potu, sed illitum quoque & foris admotum, præstat. Coquitur enim in aceto & marina aqua coma eius, decoctioq; illo insidendum sceminarum præclusi duratiq; loci utiliter fouemur. Folia quoq; porri muliebres locos, qui nimio humore madescenes foetum haud continere ualent, egregie purgant. Item ex abortu profluvia sistit, potu succo cum lacte mulierum.

Altera, quod sanguinem è naribus erumpentem sistat: & maximè quidem succus eius cum aceto, addito thure, aut manna, uel galle, aut menha. Idem quoque sanguinem reijcien-
tibus cum galle aut thuris farina, uel acacia, auxilio est. Quinetiam potæ seminis drachmae due cum paribus myrti baccis ueteres sanguinis ex pectore reiectiones sanant. Acrimoniam enim quandam habet porrum, & adstringendi aliquam uim, sed semen acrius est. Plura supra cap. 13.

DE PIPERE. CA-
put LXXV.

Quod piper est nigrum, non est
dissoluerè pigrum.
Phlegmata purgabit, concoctricemq;
iuuabit.

Leucopiper

DE CONSERVANDA

ad eum usum melius est longum: quippe quod, Galeno libro 4. capite 10. de Sanitate tuenda, teste, flatuosi spiritus crassitudinem soluit, & que in precordijs pigra cessans, ad uenrem depellit, & concoquendis que sumpseris subuenit.

Posterioribus duobus uersibus quinque albi piperis referuntur utilitates.

Prima, quod stomacho conferat: ipsum enim, ut Galenus eodem quo amea loco testatur, supra duo reliqua genera roborat.

Secunda, quod in actu potuq; tussiensibus opituletur: presertim si ex frigido & crasso humore tussis euenit: eum namq; piper album calfacit, incidit, & dissoluit. Pari modo & cunctis alijs frigidis, & a pituita ortis pectoris uitijs succurrit.

Tertia, quod dolori subueniat: idq; intelligendum, uel de dolore pectoris, ut iam dictum est, uel de dolore flatuoso: Potum enim cum melle & recensibus lauri folijs, flatuosos spiritus & tormina discutit.

Quarta, quod presumptum febrium accessiones, siue exacerbationes, *παροξυσμοὺς* Greci uocant, auertat: & hoc quidem in febribus frigidis: Earum namq; materiam excalfaciendo quodammodo dissipat & expellit.

Quinta, quod febrium horroribus circuitu
repetens

Repetemibus siue potu siue illitu subueniat: Nervos enim & musculos caliditate sua vehementer roborat, & in eis residemem materiam consumit. Hinc est quod lib. 3. cap. 1. Macer in hunc modum cecinerit:

Quodque mouere solet frigus, periodica febris

Compescit, febris si sumitur ante tremorem.

Quod 2. Cano. cap. 356. ijs uerbis Auicenna innuere etiam uoluit, inquit: Fricando fit inunctio ex ipso cum unguento, & confert rigori. Eiusq; rei exempla sunt apud eundem 1. 4. trac. 2. capite 12. Et hæc certè facultates non alio tantum piperi, sed et reliquis quoque generibus conueniunt. Liberalior piperis usus, quem admodum est apud Aristotelem Sect. 1. problemate 44. urinas prolicet, parcius autem aluum delicit: e conerario uerò scammonia. Piper caliginem, quæ oculis obuersatur, absterget: Serpentiū morsibus auxiliatur: Angine eo & melle conuenienter perunguntur: Cum uua passa manducatum pituitam a capite elicit. Strumas cum pice dilcutit. Vitiligines ex utro emaculat. Plura Plinius libro 12. capite 7. & Serapion capite 357. de simplic. medic. facul.

DE CONSERVANDA
DE GRAVITATE AUDITVS.
CAP. LXXVI.



ET mox post escā dormire, nimisq̄
moueri,
Ista grauare solent auditus, ebrietasq̄.

Bald schlaffen auffß essen vñnd hant bewegn/
Zuch trunckenheit, thütß ghdre nicht pfles
gn.

*Hic tria recensentur, quibus auditus prægra
uari solet.*

Primum, cibus quem somnus statim excipit,
& maximè quidem si uentriculus co distensus
fuerit. Hic enim concoctionem impedit, & crudi
tates gignit. Ex incoctis uerò ac crudis in
uentriculo cibus uiscosi, crassi, & flatuosi susci
tantur fumi: qui in caput sublati, cum exitum non
inueniant, auditorios obstruunt meatus, auditūq̄
grauant.

grauant. De hoc nonnihil etiam supra c. epite 1.

Secundum, motus, siue labor uehementior illico post ingestum cibum susceptus: Cuius causam Galenus in commentario πεισι ψυχμίας, κακωχυμίας ca. 9. hanc esse tradit. Nam sicuti, inquit, bonæ ualetudini ante cibum exercitatio maximum adfert commodum: sic qualiscunq; sumpto cibo motus noxius admodum est. Alimantum enim ex uentre ante concoctionem in diuersas corporis partes distribuitur, proptereaq; crudi humoris copia per uenas aggeritur. Vnde crassa etiam ac flatuosi spiritus sursum elati meatus auditorios obturant. Idem quoq; lib 6. de sanitate tuenda ca. 8. ijs testatur uerbis: Non leuè commodum nonnullis accidit, cum repleti cibo, & exercitant. Nonnullis enim & caput impletur uaporibus, & in iocinore aut ponderis sensus, aut distensionis, aut utriusq; percipitur. Et lib 1. cap. 9. de alimen. facul. Carnes, inquit, inanitate rapiunt ex uentre succum non modò semicoctum, sed nonnunquam etiam omnino crudum atq; incoctum, cum cibo sumpto operibus sese reddiderint: ob eaq; causam ij grauissimis morbis posteaprehenduntur, & ante senectam intereunt.

Stare tamen post comestionem, uel susuiter deambulare, quo cibus ad fundum descendat uentriculi, multum expedit & confert, ob bonam ciborum concoctionem. Idq; uulgato etiam hoc comprobatur uersiculo:

DE CONSERVANDA

Post comam stabis, aut passus mille medo-
bis.

Tertium, ebrietas Nam ex calidi uini tem-
peratura multi omnino uapores ac fumi ad au-
ditum ὄργαστον promptè deferuntur, qui, cum exi-
tum non inueniant, spiritum eius insitum percur-
bant, & audiendi difficultatem Græci Βαρη-
νοϊστικὴ ἔστρακτοϊστικὴ appellatam, parium. Ne-
que u. rō auditui solum, sed uelut qui q; ac reli-
quis sensuum instrumentis omnibus ebrietas nos-
cet, quemadmodum 4. 3. cap. 2. Auicenna ijs te-
statur uerbis: Ex eis quidem, quæ uolunt auri,
& reliquis sensibus, sunt nauseosa satietas, &
repletio, & propriè somnus super repletio-
nem. In nonnullis exemplaribus hic etiam uersus
adscriptus habebatur:

Balnea, sol, uomitus, adfert repletio, cla-
mor.

Nec malè quidem, si quidem & hæc auditum
grauare, & aurium sonitus generare, 4. 3. ca-
pite ii autor est Auicenna. Oportet, inquit,
ut omnes isti uisus solent, balneum, motum la-
boriosum, uomitum, clamorem, coitum, & reple-
tionem, & ut lenitas naturas suas.

DE TINNITU SIVE SO-

nitu aurium. Cap.

LXXVII.

Morus,

MOTUS, longa fames, uomitus, percussio, casus,
Ebrieras, frigus, tinnitum causat in aure.

Übung/Felt hungri/vondawng vbrig träck/
Verletzung haupst/macht obien Klangē.

Septem hoc in loco enumerantur sonitus, siue tinnitus aurium cause.

Prima, motus, immoderatio scilicet: Humores enim & spiritus uehementiore atq; inordinato corporis motu concitati crassos ueniososq; generant flatus, quibus sursum uergentibus cum facilis non pateat exitus, tinnitus excitatur. Ac plurimum sanè ob ueniosi flatu in auditorio metu commotionem nasci solet.

Secunda, fames, siue longior ultra cōsuetam edendi horam abstinencia. Cuius Auicenna 4. 3. cap. 9. hanc tradit esse causam: Nempe quod humores per corporis molem dispersi ac quiescentes longiore fame exagitemur. Natura enim cibo, in quem agat, destituta, ad humores conuertitur, eosque resoluit & commouet.

Tertia, uomitus uiolentus & multus. In hoc enim motus accidit uehementior, quo humores exagitati sursum ad caput feruntur, quo fit, ut

DE CONSERVANDA

oculi nonnunquam ac facies rubescant, uisuiq; debiliatur, nonnunquam uerò uapores ac uentosi flatus ad auditorium pertingant organum, tinnitumq; excitent.

Quarta, progressa plaga, siue percussio sphaerulae capitis, & maximè qua parte aures sitae sunt. Innato enim auditus aëri uehementius inde exagitato spiritus accedit. Siquidem membro aliquo laeso, quemadmodum in lib. de renum affec. dignot. & cura, ca. 12. Galenus testatur, spiritus statim & sanguis, qui sunt naturae uehicula, eò concurrunt: ex quorum deinde commotione tinnitus accidit.

Quinta, casus, praesertim supra caput. Cuius eadem cum praecedente ratio est. Quia etiam humores in corpore ex quolibet casu uehementer exagitantur.

Sexta, ebrietas, & maximè quidem ex largo uini potu. Inde enim caput fumis repletur ac uaporibus, quibus ad auditorios meatus uergentibus, innatus eorum aër commouetur, & sonitus quidam excitatur.

Septima, frigus immodicum. Eo enim auditus organum, & naturalis cerebri calor debilitatur, ut flatuosos genere spiritus: quibus ad aures penetrantibus, tinnitus facillè elicitur. Neq; ob dictas solum causas, sed ob alias etiam non paucas sonitus in auribus fiunt. Nempe ob flatuosum spiritum

ritum in capite generatum ac commotum. Ex sonitu saniei, quæ in ipsa fortassis aure genita est: aut ex feruore puris in partibus eius, aut ex motu uermium in auditorijs mestibus sæpenumero eueniente, aut ob humoris in toto corpore ebullientis commotionem: sicuti in febribus firè & paroxysmorum principijs coningit: Aut ob superfluam in corpore repletionem, præsertim in capite: Aut ex leua & crassa materia in uento sos flatus resoluta: Aliquando ob pharmacorum auricularium usum sonitus quidam etiam fiunt. Qui in febribus sonitus fiunt, minimè interturbandi sunt, ut plurimum enim statim sedantur. Plura Galenus lib. 3. de compositione Pharmacorum, secundum locos ca. 1. de sonitu in auribus. Serapion tract. 2. ca. 12. de surditate, & Auicenna loco iam citato.

DE VISVS NOCVMENTIS. Cap. LXXVIII.



BAlnea, uina, Venus, uentus, piper,
 allia, fumus,
 Porrum cum cepis, faba, lens, fletusq;
 sinapi,

DE CONSERVANDA

Sol, coitusq; ignis, labor, ictus, acumi-
na, puluis,

Ista nocent oculis, sed uigilare ma-
gis.

Wein/bad/windt/vnfeusch/pfeffer/lauch/
Bnoblauch/zwibeln/weinen vnd rauch/
Eenff/linsen/bonn/sonn/feuer erbi/
Haben vieln jr augen verderbt/
Verletzung/staub vnd scharpffe speiß/
Wachen zuuil/hat auch die weiß.

Vnum & uiginti numero hic referuntur, quæ
noxam oculis important. Ac Primum quidem
Balneum, idq; tam humidum, quam siccum, hoc
Stupha Barbaris, Latinis Aëreum dicitur: Illud
uerò Tina uulgo, Latinis Solium appellatur. Du-
plici porro nomine utrunq; oculis officit. Pri-
mum quidem immodicè exarsificiando tempera-
turas eorum destruit. Natura enim, uelut supra
ostendimus, frigidi sunt & aquei. Demde uerò
tenuiores humiditates, quibus uisui, ijq; ignei
temperantur, refocillanturq; spiritus, resoluit et
exiccat. Atq; hinc adeò prope Bhenum, ubi plu-
rimus utriusque balnei usus est, non pauci pas-
sim occurrunt cæci, quemadmodum in Hollan-
dia ob inordinatam uictus rationem multi le-
prosi.

Secundo

Secundum, uinum, & maximè quidem si immodicè bibatur. Cum enim caput, ut sapius iam dictum est, uaporibus ac fœmis repleat, non oculos tantùm ac uisum, sed reliquos etiam sensus omnes immoderatiore usu hebetare putandum est.

Tertium, Venus, immodica scilicet: Hanc enim obtundere oculorum aciem, Medici omnes uno ore prædicant. Cuius causam Petrus Apomensis Sectione 4. problematum Aristotelis, comment. 3. hanc esse tradit: Nempe quòd coitu auferatur id, quod commodum est oculis, humidum scilicet aqueum & subtile, quo spiritus fulcuntur uisui. Oculus enim, ut lib. 5. ca. 1. de generatione animalium, & alibi sæpius Aristoteles adseruit, humidus est, & de natura aque. iam uerò euulsis atq; euacuatis humidis, partes superiores necessario exsiccantur. Quo fit, ut oculi, qui humiditate uigens, à sua decedant natura, hebetioresq; fiant. Meritò autem humiditate uigens nisi enim ea sustentarentur, per igneos facile spiritus, qui in frequèti sunt motione, exarescerèt. Atque hinc sanè constat, superiores partes immoderato concubitu plus iusto exiccari, uisusq; aciem hebetari: Humores enim deorsum trahuntur.

Quartum, Ventus, & præcipuè Austrinus: De quo lib. 3. aph. 5. Hippocrates. Νόσι, inquit,
Βαρυίκοσι

DE CONSERVANDA

Βαρυήκοι, ἀχλυώδεις, κερηβαρικοί, hoc est, Austri auditum hebetant, caliginem obducunt, capitis grauitatem efficiunt. Auster enim natura calidus & humidus est, ac magna ex parte pluuia & tempestates adfert, quare etiam τὰ δὴ αἰδιόσεωρ ὄργανα ἀπὸ τῶν αὐτῶν, quemadmodum Philotheus ait, id est, sensuum instrumenta implet, & obtundit. Ceterum uox ἀχλυώδεις bisariam interpretari potest. Primum, ut ad austos ipsos referatur, qui caliginem aëris efficiunt. Iis enim flantibus aër fit turbidus, crassus, caliginosus, & tenebrosus. Secundò, ut ad oculos ipsos potius hæc uox referatur, qui flantibus austris caliginosi redduntur, minusq; acutè uident. Ut enim reliqua omnia sensuum instrumenta nõ satis probè suo funguntur munere, sic etiam oculi ipsi ab austro caliginem quandam contrahunt. Lege Galenum commentario i. in i. epidem. Tempestate. i. apho. 8.

Quintum, piper: Hoc enim cum impensius exiccet, acres omnino uapores frequenter generat, qui ubi ad caput ascenderit, oculos mordicans & exiccant.

Sextum, Allium: quod acrimonia sanè & uaporibus, quibus caput replet, oculos offendit. Suprà cap. 13.

Septimum, fumus: qui certè, quòd mordacissimus sit, nimiumq; exiccet, infestissimus est oculis.

oculis. Aristoteles proble. 22. Sect. 31.

Octauum, porrū: hinc enim crassi ac melancholici generantur fumi, qui sursum elati, oculorum aciem hebetem faciunt, si quis eo frequenter utatur. Suprà cap. 13.

Nonum, cepæ: horum namq; esu acres similiter ad caput submittuntur fumi, qui non tantum tantum, sed ut quidam uolunt, rationalem etiam animam partem ledunt. Simeon Sethi.

Decimum, faba: flatuosum enim crassumq; melancholicum generat fumum, qui horrenda & terribilia parit somnia, mentem perturbat, ingenijq; aciem obtundit, & spiritus uisus obtenebrat. Gale. lib. 1. de alim. fac. ca. 26. & Simeon Sethi in Synt.

Vndecimum, lens: Ea uisum integrum & inculpatum hebetat, ipsum immoderatè exieccans. Gale. lib. 1. de alim. facul. ca. 25.

Duodecimum, fletus: præsertim immodicus: Hic enim cum retentricem oculorum facultatem imbecilliolem reddat, uisum uehementer obledit, & sanam oculorum aciem nimio plus siccando hebetat.

Decimum & tertium, sinapi: quod acrimonia sua uisum efficit debiliorem.

Decimum & quartum, conspectus Solis: Et hoc quidem ob excellentem eius splendorem ac nitorem, quibus uisum destrui, manifesta constat

DE CONSERVANDA

Stat experientia & ratione. Sensibilium enim exuperationes, ut lib. 2. de anima ca. 12. Aristoteles adstruit, sensuum instrumenta corrumpit. Quod quidem Galenus etiam lib. 10. de usu part. ca. 3. in hunc modum scribens approbat: Solem ipsum, inquit, si quis oculis inconuenientibus uelit intueri, oculos celeriter perdet: multiq; in solis defectibus, cum eum affectum, qui solem acciderat, planius nosse cuperent, fixis oculis solem intuentes, imprudentes prorsus fuerunt occaecati. At enim per nauem iter facere quam oculis sit periculosum, si minus Xenophani credis, experientia tibi dicere id licet: Sim uero naturalius quidpiam audire sustines, ubi ellychnum ardens, aut aliam quamuis flammam in sole luculento constitueris, cernes eam protinus marcescere, atq; etiam si prope quamlibet flammam magnam ellychnum posueris, uel aliam quamuis flammam minorem, repente extinguetur: cum que minor lux est à maiore uincatur semper ac dissipetur. Lege eundem etiam lib. 1. de causis sympto. capite 6.

Decimum & quintum, coitus & maxime quidem intempestiuus ac immoderatus. Hunc enim paulo antè capiti, oculis, omnibusq; sensuum instrumentis, plurimum nocere ostendimus.

Decimum & sextum, ignis: Cui usque frequenter

quens inspectio & splendor uehementer exiccat oculos, uisumq; debilitat. Quo fit, ut fabri ferrarij, & quicunq; artes suas, quibus se suosq; sustentant, ad ignem exereant, rubros ferè & debiles habeant oculos.

Decimum & septimum, Labor: immodicus scilicet. Is enim sanguinem efficit sicciorem, sicut etiam reliquum corpus. Siccitas autem totam cutem indurat, ergo uel eam, qua pupilla integitur, itaq; uis illa conspiciendi cooperitur, & delitescit. Aristoteles problem. sec. 31.

Decimum & octauum, ictus siue percussio capitis, & maxime quidem qua parte oculi sunt. Cum enim sanguis inde, sicuti precedentem capite ostendimus, ad oculos rapiatur, accidit ut spiritus uisui perturbemur, adeoq; uisus ob id debilitetur, & apostema nonnunquam generetur.

Decimum & nonum, nimius acrimorum usus: cuiusmodi salsamenta nonnulla existunt, que fumorum acrimonia aciem oculorum obtundunt.

Vigesimum, puluis, siue ambulatio per loca puluerulenta: puluis enim ad oculos pertinens uisum maxime obscurat.

Vigesimum primum, immodice uigilie, que non oculos tantum, sed totum etiam corporis habitum impensius exiccant, & extabesciunt. Ad

DE CONSERVANDA

Adhæc, nocet oculis qualibet repletio: & quicquid naturam exiccat, quicquid item sanguinem commutat, siue ex rebus sit falsis, siue acribus, siue etiam alijs: & omnis ebrietas. Vomitus medio quod in modo se habet: confert enim quatenus uentriculum expurgat, nocet uerò quatenus cerebro insidens. & materias commouet, adq; oculos defluere facit. Quòd si necessarius fuerit, cum facilitate à sumpto cibo prouocandus est. Somnus quoq; superfluus, quiq; repletionem mox subsequitur, infestus admodum est oculis. Sic quoq; copiosa sanguinis deductio. Potissimum uerò, quæ per frequentem cucurbitularum affixionem celebratur. Plura Auicenna 3.3.trac. 1. ca. 5. & 3.3.trac. 4. ca. 4.

DE CORROBORANTIBVS uisum. Cap. LXXIX.

FOeniculus, uerbena, rosa, & chelidonia, ruta,

Subueniunt oculis dira caligine pressis.

Nam ex istis aqua fit, quæ lumina reddit acuta.

fenchel/ eisenkraut/rosen/rauten/
Schelkraut/mache die augen lauter.

Quint

Quing; hoc loco recensentur herbe, quarum succo, & stillatui liquore, siue aqua, uisus reficitur ac recreatur.

Prima, fœniculus: succus nanq; caule & folijs expressus, siue destillatus, quemadmodum lib. 3. ad Alman. cap. 47. Rhazes testatur, & nos supra cap. 49. abundè ostendimus, ad excitandam oculorum aciem præstantissimus habetur.

Secunda, Verbena, siue Verbenaca: $\omega\epsilon\pi\iota\sigma\tau\epsilon\omega\nu\alpha$, $\chi\alpha\iota\epsilon\iota\epsilon\gamma\alpha\upsilon$ $\beta\omicron\tau\alpha\upsilon\nu\eta$ Græci, Germani uerò eisentraut uocant. Huius stillatium liquor semel aut bis oculis quotidie admotus, ipsorum uitijs mederi perhibetur. Quæ ratione oculorum remedijs plurimum misceri solet. Semen eius, ut in Pandectis Syluaticis refert, cum succo fœniculi impositum, oculos emundat.


Tertia, rosa: Cuius aqua refrigerando, & adstringendo oculorum potissimum fluxiones cohibet, animalemq; spiritum ac uisum corroborat. Succus recentibus folijs expressus Dioscoridi lib. 1. cap. 112. ad oculorum circumlitiones reconditur.

Quarta, chelidonia: Huius succus claritati oculorum utilissimus est, quemadmodum satis superq; ostendimus supra, cap. 71.

Quinta, ruta: herba uulgo cognita, quæ uisus aciem excitat, grauesq; oculorum dolores emplastri modo imposita cum polenta mitigat.

Plura supra cap. 61.

DE CONSERVANDA
DE DOLORE DEN-
tium sedando. Cap.
LXXX.



Sic dentes serua, porrorum collige
grana.
Vre cum hyoscyamo simul, utere iure
decenti.
Per sic chonion & fumum cape dente
remotum.

Wiltu dein zeen in güt bechaffe/
 Nimm samn des lauchs vnd bilfen safft/
 Verbrenn end sahe den rauch dauon/
 Vnd laß durchziehen den bösen zan.

Remedium hoc in loco traditur efficacissimū
 ad sedandum dentis ex erosione dolorem. Quod
 constat seminis hyoscyami albi, & porri singulo
 rum partib. iij. et seminis cepæ partibus ij. S. Pri
 mum optimè præmūdato dente, semina simul cō
 buramur, exurgentemq; hinc fumum eger admit
 tat, in fundibulo adhibito, ad affectū dentem. Le
 ge de hoc plura apud Aegnetam lib. 3. ca. 26. Aē
 tiū li. 8. ca. 33. Auicēn. 7. 3. ca. 19. et Mesuen de e
 gritudinib. oris, titulo, de uermibus dentiū. Hyos
 cyami natura est ἀνώδ' υνος, quæ doloris leuamē
 tū ad eō præstat, ut uix percipi quidem amplius
 possit. Fumus uerò seminū porri atq; cepæ, Auicē
 na 2. Can. ca. 347. teste, accommodatissimus est ne
 candis eijciendisq; uermibus, qui in erosio nōnun
 quam denibus intolerabiles cruciatus excitāt.
 Hyoscyamus, ut lib. 4. ca. 64. à Diosco. describi
 tur, frutex est caules emittens crassos: folia lata,
 oblōga, diuisa, nigra, hirsuta: flores è latere cau
 lis ordine prodeunt, tanquā punicorū cytini, seu
 tulis septi semunū plenis, ut rapaueris, Germanicè
 Bilfenkraut. ἡρίζα μετ' ὄξος ἐψηθεῖσα, ὁδ' οὖν
 ἰαλγίας ἐσιδ' ἰκλυσμα. i. radice eius in aceto

DE CONSERVANDA

*elixa, utiliter in dolore dentes colluuntur. Quod
Macer etiā li. 2. ca. 35. hisce uersibus confirmat:*

*Ore diu tepidum si conineatur acetum,
Quo sine decoctæ radices illius herbæ,
Dicitur immodicum dentis pacare dolorem.*

*Porrò χώνιον, quod in emboti locum substituitur,
ἀπό τῆς χώνης diminutiuum est, & significat
infundibulum.*

DE RAUCEDINE VO-
cis: Cap. LXXXI.

NVx, oleum, frigus capitisq̃, an-
guillaq̃, potus,
Ac pomum crudum faciunt hominem
fore raucum.

Sex hauptes Felte/ nuß vnnd dl/
Grosstrünck/roh obs/macht rauch die fel.

Sex causæ raucedinis hęc recensentur.

*Prima, Nux: ea enim cum uehementer exic-
cet, uocem exasperat, gruumq̃; clangoribus simi-
lem efficit.*

*Secunda, Oleum: & maximè quidem quod
ex immaturis o'iuus exprimitur. Huius enim glu-
tinsa quedam pars, dum in ore coninetur, ad
asperam delabitur arteriam, ipsamq̃; diutulè in-
berendo*

herendo stringit & exasperat. Omne præterea oleū in biliosis corporibus promptè accenditur, quare uocalem sæpe arteriam ipsis exasperat, raucedinemq; parit. Quod oleo attribuitur hoc in loco, id ipsum etiam de caryino, quod è nucibus conficitur iuglandibus, intelligi potest.

Tertia, frigus capitis: ipsum enim caput cõprimut ac stringit: quo fit, ut humores, qui sunt in cerebro, deorsum ad asperam arteriam defluant, eamq; immodicè humectando raucedinem excitent.

Quarta, anguilla: De ea satis suprà cap. 31. dictum est.

Quinta, potus: nimius scilicet, et maximè quidem, si instante nocte, atq; hora somni exhibeatur. Asperam enim arteriam immodicè rigat & humectat: quæ ex medicorum omnium sententia potissima rauцитatis causa est.

Sexta, pomum crudum: quo nomine quilibet fructus crudi intelligendi hoc in loco uenium.

Quatenus enim crudi existunt, phlegmatis generant multitudinem. Quòd si immaturi præterea ac styptici fuerint, fauces exasperant, raucedinemq; pariunt. Plures causas rauцитatis enumerat Auicenna 10. 3. Trac. 2. ca. 1.

RHEVMATIS REMEDIA.

Cap. LXXXII.

DE CONSERVANDA

IEiuna, uigila, caleas dape, tuq; labo
ra,

Inspira calidum, modicum bibe, com-
prime flatum.

Hæc bene tu serua, si uis depellere rheu-
ma.

Si fluat ad pectus, dicatur rheuma ca-
tarrhus:

Si ad fauces, branchos, si ad naris, esto
coryza.

Wiltu gern sein des schnuppen loß/
So fast vnd wach, thu arbeyt groß/
Brauch warme lufft/ vnd warme ipeiß/
Den athem halt/ vnd trinck auch leiß.
Der fluß auch andre namen hat/
Nach dem er geht an dreierlei stat.

Hic septem enumerantur rheumatis remedia:

Primum, *fames, siue ieiunium*: per hoc e-
nim ipsius consumitur materia. Fames enim, ut
apho. 59. libro 7. Hippocrates adserit, corpora
exiccat. Et hoc quidem ex accidenti. Nam cum
famescimus, si in fame perseueremus, naturalis
calor, qui nunquam cessat, pabulo, in quod agat,
destitutus, carniū humiditatem exiccat. Quare
rheumatis quoq; materiam concoquendo ac dif-
flando consumit.

Secundum,

Secundum, uigilia: quæ & ipse sanè cum totum corporis habitum, quemadmodum lib. 7. ca. 6. methodi meden. & comment. 28. lib. 2. aph. Galenus testatur, sufficiens exiccatione, rheumatis etiam causam, nempe cerebri humiditates, necessario consumunt, uaporumq; copiam ad caput transmitti prohibent.

Tertium, cibi calidi: præsertim si à frigida materia præmox inutium duxerit. Eam enim cibi calidi concoquunt ac maturant.

Quartum, labor: Hic enim, sicuti lib. 2. de diæta Hipp. adserit, suapte natura superflua demit. Cuius deinde hanc adfert causam: nempe qd corpus siccet. Corpora enim laborantium calefiunt: quibus calefactis attenuatur & depurgatur id, quod in ipsis superfluum est: sed reuera hoc est, quia calor ille exiccet.

Quintum, calidi aëris inspiratio: Et maxime quidem si ex frigida materia sit rheuma. Ea namq; per calidi aëris attractionem incalescit ac maturatur.

Sextum, moderatio potus. Nam & hæc corpora, perinde ac fames, exiccet: adeoq; rheumatis materiam maturando dissipat atque consumit.

Septimum, cohibitio, siue retentio spiritus. Ea frigido potissimum auxiliatur catarrho: frige factas namque pectoris particulas,

DE CONSERVANDA

Aëtio lib. 8. ca. 54. teste, calfacit, materiamq; catarrhi pituitosam ac frigidam concoquit, dispergit atq; consumit. Galeno lib. 3. ca. 3. de sanitate tuen. Ἡ πνύδματος κατοχή καὶ κατάληψις dicitur. His amplius, oportet ut is, qui catarrhum patitur, caput suum moderato calore continenter foueat, & à frigore, Boreali praesertim, tuetur: & maximè quidem post diutinos Austri flatus. Siquidem caput, ut comment. 12. lib. 3. apho. Galenus scriptum reliquit, repletum est in calida atq; humida Austrina constitutione. Frigus autem Septentrionis superueniens, ceu manus quaedam extrinseca capiens ac premens cerebrum, ueluti spongiam quandam exprimit illam, quæ in ipso continetur, humiditatem. Hæc uerò delata aliàs ad alium locum, ex ijs qui faciles sum ad patiendum, multos generat morbos. Minimè tamen sub dio solaribus radijs nudum exponendū est, neq; ad luculentum ignem diutius commorando excalfaciendum. Eo nanq; modo rheumata augemur. Multam quoq; ciborum ingestionem, praesertim uisporosorū, ac uini potum fugiat: imò uerò quoad fieri potest, famem ac sitim toleret. Caueat etiam à potu aquæ glacialis ac niualis. Præterea supinum cubitum uitet, ne peccans humor in posteriorem partem & dorsalem medullam deferatur. Ea enim pars cum manifesto careat meatu, quo materia excernatur, periculum est,

est, ne ad neruos penetrans conuulsionem aut paralyfin generet. Somnum item fugiat diurnum, quansumq; potest uigilet: quoniam est radix cure. Hæc s̄rè Rhazes lib. 9. ca. 14. ad Almanso. & Auicenna 5. 3. trac. 1. ca. 13.

Vltimi duo uersus differentiam inter catarthum, branchon, & coryzam continent. Rheuma autem nomen est generale ad quemlibet materie defluxum, ἀρὲ τ̄ ῥέω, quod est fluo. Eius species, siue membra sunt catarthus, branchus, & coryza, de quibus supra ca. 3.

Porrò rheumatis generatio imbrum generationi similis est, quemadmodum lib. 2. de partibus animalium cap. 7. Aristoteles docet. Cùm enim ex terra uapor exhalat, efferturq; in sublime à calore, ubi supernum aërem subierit frigidum, consistit: denuò in aquam propter refrigerationem conuertitur, atq; in terram defluit. Fluxiones etiam sic ex capite oriuntur in ijs corporibus, quibus cerebrum frigidius est, quàm temperamentum modicum postulet. Cùm enim alimentum per uenas sursum respirat, ubi excrementum ob eius loci nim refrigeratum est, fluxiones pituitæ, saniciq; mouet. Hactenus Aristoteles

DE CVRATIONE FISTV-
le. Cap. LXXXIII.

DE CONSERVANDA

Auripigmentum, sulphur miscere
memento,

His decet apponi calcem, coniunge sa-
poni,

Quatuor hæc misce, commixtis qua-
tuor istis

Fistula curatur, quater ex his si replea-
tur.

*Medicamentum hoc in loco pro fistule cu-
ratione describitur longè optimum: quod, ut præ-
ter quotidianam experientiam recentiorum serè
omnium scripta testantur, neminem unquam fe-
fellit. Nempe ut fistulis infundenda collyria, siue
penicilla, ex auripigmento, hoc est, arsenico, sul-
phure, calce, & sapone commisceantur. His e-
nim omnibus insignis quedam inest erodendi,
exiccandi, discutiendi, abstergendi, & emundan-
di facultas: quæ ad fistule curationem cum primis
necessaria est.*

*Auripigmentum, siue arsenicum, facultatis est
causticæ, siue urenis, idq; tam combustum, quàm
ustionis expers. Discutit, attrahit, erodit, con-
sumit & emundat. Crustas cum uehementi ure-
dine & uiolento morsu excitat. Reprimit quæ
excrescunt, & capillos euellit. Quod uerò subli-
matum est, cancrum, lupum, est huiusmodi non, noli me
tangere, fistulam, & omnes tales pessimos mor-
bos.*

bos, prima die occidit, & extirpat.

Sulphur substantia tenue est, calfaciendi & ipsum uim obtinet, celeriter concoquit, attrahit, detergit, & discutit.

Calx omnis communiter habet feruidam uim, erodit, urit, & ignum modo crustas inducit. Calx uerò in aqua elota absq; morfu desiccatur: ac si bis terq; aut amplius abluta fuerit, planè mordacitatis experta constituitur, ac strenuè absq; mordacitate exicat.

Sapo, qui Græcis etiam *σμῆγμα* dicitur, est pingue illud album, siue nigrum, quo uestes mulierculæ lauant, abstergunt, & emundant. Calfacit quidem & desiccatur, sed reliquis paulò remissius. Aptissimus est ad emolliendos tumores in *σχιζοποι* induratos. Q. Serenus Samonicus prima longa extulit ca. 11.

Attrito sapone genas purgare memento.

Porrò fistula (quæ Græcis *σύριξ* nominatur) arctus oblongusq; & callosus est sinus, aliquatenus indolens, assiduè & periodicè, id est, secundum diuersa tempora, siue lunationes, ut uocant, fluens. Qui magna parte ex abscessib. parâ dextrè curatis oritur, sed et ex alijs nonnunquâ ulcerum generib. ac sinibus perperâ curatis, nascitur. Hæc autem nomen accepit ab arundinearum fistularû translatione. Quandoquidem in eis cavitatis quædam deprehenditur, arundinû cavitatibus

DE CONSERVANDA

*tatibus similis. Plura Corne. Celsus lib. 5. cap. 8.
Paulus Aegineta li. 6. ca. 77. Auicenna 4. 4. traç.
4. ca. 11. & Ioannes Tagaultius lib. 3. chirurg.
instituta. ca. 18.*

DE DOLORIBVS CAPI- tis. Cap. LXXXIIII.

Si capitis dolor est ex potu, lympha
bibatur,
Ex potu nimio nam febris acuta crea-
tur.
Si uertex capitis, uel frons æstu tribu-
lentur,
Tempora, fronsq; simul moderatè sæ-
pe fricentur,
Morella cocta necnon calidaq; lauen-
tur,
Istud enim credunt capitis prodesse do-
lori.

*Thüt dir nach saußen wec dein haupt/
Ein wassertruncck sei dir erlaubt.
So jemand am haupt böß hiez hat/
Der reibs vnnnd waschs mit nachtschattn
sodt.*

*Duo hic traduntur remedia doloris capitis.
Primum*

Primum, si cuiquam ex nimio uini, uel alterius cuiuslibet liquoris inebriantis potu, dolor accidat capitis, ut is in potu aqua utatur frigida. Ea namq; frigiditate ac crassitudine sua impedit, ne fumi ex eiusmodi potu sursum euecti cerebrum petant ac laedant.

Secundum, si cuiquam uertex capitis, siue frons nimio calore aestuet, ut ei tempora et frons moderatè primùm fricentur, ac calida deinde aqua decoctionis morellæ lauentur.

Porrò Morella, siue Maurella, ut disertè admodum Ianus Cornarius in ca. 34. lib. 2. Macro exponit, dicitur solatrum Officinis appellatum, ob atrum acinorum colorem Mauros referentem: Græci σπύγγου κηπᾶρον, Latini uerò Solanum uocant hortense, Germanicè Nachtschart. Notum est omnibus, ut unumq; ad omnia ea, quæ refrigerari adstringiq; postulant. Potest enim hæc duo ordine secundo, Galeno lib. 8. cap. 144. de simp. med. fac. teste. Folia per se trita & imposita capitis dolores sanant. Dioscor. lib. 4. ca. 66.

DE QUATVOR 'ANNI TEM-
poribus. Cap. LXXXV.

Temporis æstiu ieiunia corpora
siccant.

Quolibet

DE CONSERVANDA

Ver.

Aestas.



Autumnus.



Hyems.



Quolibet in mense & confert uomi-
tus, quoq; purgat
Humores nocuos, stomachus quos cō-
tiuet intus.

Ver, Autumnus, Hyems, Aestas domi-
nantur in anno.

Tempore uernali calidusq; aër, madi-
dusq;

Et

Et nullum tempus melius est phlebotomiæ.

Vfus tunc homini Veneris confert moderatus,

Corporis & motus, uentrisq; solutio, sudor,

Balnea, purgentur tunc corpora per medicinas.

Aestas more calet sicca, & noscatur in illa

Tunc quoq; præcipuè choleram rubrâ dominari,

Humida, frigida fercula dentur, sit Venus extrâ,

Balnea non profunt, sint raræ phlebotomiæ,

Vtilis est requies, sit cum moderamine potus.

Das fastn im Sommer mache dich hagr/
 All Monde sich brechen/hilffe dem magn/
 Das Jar hat vier theyl vnd gestalt/
 Ist Lenz, Herbst/Sommer/ Winter kalt.
 Der Lenz ist messig/feycht vnd warm/
 Wenn solstu lassn. vnd reingn den darm/
 Bewegn den leib/vnd badn mit schweiß/
 Bulen mit maß/purgirn mit fleiß.
 Der sommer ist heiß/vnd treuge sehr/
 Darinn sich viel der Cholra mehrt.

DE CONSERVANDA

Nicht buel/ iß feucht vnd Falte speiß/
Nicht bad/ noch laß/ hab röh/ trinck leiß.

Plurima hisce uersibus comprehenduntur. Ac Primum quidem, quòd ieiunia corpus per ætatem ualidissimè exiccent. Aestas enim cum calida sit & sicca, necessariò talem etiam uim, nempe calidam ac siccam, in corpore exercet. Cutem igitur efficit rariorem, poros aperit, sudoremq; elicit: Quo fit, ut humoribus largè discussis ac consumptis corpus uehementer exiccetur. Superueniente autem insuper & ieiunio, magis omnino exarescieri necesse est. Naturalis siquidem calor, ut ca. 82. ostendimus, humido destitutus cibali, in propriam agit carnium humiditatem, ipsamq; exhaurit & exiccat. Fames enim corpora ficit.

Secundum, quòd uomitus singulis mensibus semel aut bis prouocatus, plurimum tuendæ sanitati adferat emolumenti: Venter enim à bile & pituita, cæterisq; prauis ac uitiosis humoribus, quibus grauatus fuit, exonerat. Atq; hoc quidem de Hippocratis consilio constat. Nam in lib. de salubri diætâ ita scriptum reliquit: Melius est, ut is qui singulis mensibus uomere consueuit, continuo biuo hoc agat, quam interpositis quindecim diebus: ita enim secundus dies prioris reliquias extrudit. Quæ quidem sententia in li-
bro

brō etiam de insomnijs repetitur. Galenus quoq; libro 5. de usu partium cap. 4. hanc Hippocratis sententiam ijs confirmat uerbis: Rectè igitur ueteres medici uomitus à cibis in singulos menses repeti præcipiebant, alij quidem semel, alij uerò bis. Omnes autem hi qualitates ipsas eo casu comedendorum acres atq; absterforias deligere consulunt, ut pituita omnis è uentriculo purgetur, neq; prauo succo corpus adficiatur. De hoc nonnihil etiam suprà ca. 15. Cur uerò arte uomitū interdum moliri oporteat, Auicenn. 4. 1. ca. 13. hanc potissimū adsignat causam: Nempè quòd uentriculo à natura nihil ordinatū sit, quo irritante sua sponte expurgari queat: sicuti intestinis flaua bilis, quæ descendens ipsa facillè & abstergit & emundat. Idem eodem in loco quàm plurima etiam uomitus recenset commoda, si quidem rectè fiat, & uomens suapte natura facillè fiat.

Ac primum quidem, quòd capitis grauitatem tollat: idq; maximè si ex humorum ac uaporum multitudine è uentriculo ac membris inferioribus sursum uergente contracta sit: si uerò à proprio ipsius cerebri fuerit nocumento, ab eo cauendum, ut qui grauitatem augeri magis soleat.

Secundum, quòd uisus aciem subtiliorem reddat: præsertim si uisus ob uaporum copiam

DE CONSERVANDA

Uentriculo surium ascendentem obscuratus fuerit: aliàs enim off'ndit p'itus

Tertium, quòd nauosam au'rat laticitatem: humorem enim in uentriculi spacio innatantem, ac nauosam exitum, euacuat.

Quartum, quòd illictiam, ad cuius uentriculum flaua bilis confluens cibum corrumpit, egregiè opituletur: eam enim per superiora exturbat.

Quintum, quòd stomachi subuersionem atque abomurationem ex pinguium ac dulcium alimentorum esu contractam submoueat.

Sextum, quòd ἀνορεξία, id est, appetentiæ amissionem, & corruptum ipsius uentriculi desiderium, quo nimum acria solium, aut acida, aut ponica appetuntur, curet: Vomitus nanque eiusmodi affectionum causas omnes remouet: remotis uerò causis, effectus quoq; tolli necesse est.

Septimum, quòd corporis ex humorum redundantiã lassitudinẽ conueniat: euacuata enim materia uires corporis omnes alleuantur & recreantur.

Octauum, quòd renum ac uesicæ ulceribus succurrat: materiam nanque eò corrumentem ad oppositam abducit partem.

Nonum, quòd lepræ auxilietur: & maxime

me quidem si cum uehementi uomituo, quale ueratrurum cum primis existit, eliciatur. Hoc enim lepræ materiam eradicatorio difficilium è remouendis locis subducit. Quæ etiam primæ concoctionis errata corrigit, quo fit, ut & reliquæ concoctiones absolutiores fiant. Lepræ enim origo est ex concoctorie facultatis corruptione.

Decimum, quod corporis colorem ex uitioso aliquo humore deprauatum emendet: ipsum enim à cute aliò deriuat.

Vndecimum, quod epilepsiam ex uentriculi cum cerebro sympathia obortam curet: humorem enim, cuius euaporatione epilepsia accidebat, è uentriculo expellit.

Duodecimum, quod ictero, illi præsertim, qui ab obstructionibus initium ducit, medeatur: uehementiore siquidem uomendi conamine obstructionum materie à locis, quos obsidebant, auertuntur: Ad hæc materia etiam pituitosa, quæ eiusmodi ferè parit obstructiones, uomitue ducitur.

Decimum tertium, quod asthmati subueniat: causam enim eius auecedentem tollit. Quia thoracem etiam ac pulmonem calfaciendo superfluitates absument, unde asthma gignebatur.

DE CONSERVANDA

Decimum quartum, quòd tremorem atque paralyfin curet: barum enim passionum materiam auferit.

Decimum quintum, quòd magna & nigra ulcera in extremis partibus, & impetiginem, materiam diuertendo curet.

Quamquam uerò uomitus ritè prouocatus dictorum commodorum omnium sit autor, cauendum tamen unicè erit, ne is qui ualere & senescere uolet, ut uomat quotidianum habeat, Nam eius frequentia assiduusq; usus stomachum fœminam & lacunam facit omnium superfluitatum. Præterea surditatem etiam inducit, uisui obest, thoracis pulmonisq; uenas dirumpit, nocet dentibus & doloribus capitis, maxime si non ex uentriculi uitio orti sint. Ceterum in eliciendo uomitu summa diligentia considerandum medico, qui ad uomendum faciles, quiq; difficiles futuri sint. Difficulter enim uomentes, ad uomitiones non sunt cogendi, sed per inferiora potius purgandi. Difficulter enim uomeneibus, ubi eos ad uomendum urseris, uenarum quæ in thorace sunt ruptionis periculū imminet. Difficiles autem & inepti ad uomendum sunt mediocriter carnosī, & angusto thorace præditi. Contrà uerò faciles & idonei, qui tenues gracilesq; natura sunt, & amplum obtinent thoracem. Quæ singula Hippocrates libro 4. aphoris. 6.

Aulcen.
na 4. 1.
ca. 14.

& 7. ita scribens confirmat: *Graciles, & ad uomendum faciles, per superiora purgare conuenit. Qui uerò ad uomendum difficiles sunt, & mediocriter carnosì, hos per inferiora purgare oportet. Tempus uomitioni aptissimum est ætas, utpote in qua biliosi potissimum humores generantur, qui facillè sursum feruntur, & per uomitum sine negocio eijciuntur. Quod Hippocrates etiam libro 4. aphorismo. 4. ita scribens confirmat: Aestate quidem superiores magis uentres, hyeme autem inferiores medicamentis purgare conuenit. Neque obstat quod Hippocrates in libro de diæta salubri aphorismo. 15. contrarium adstruere uideatur, sex hybernis mensibus uomere utile esse tradens: & Celsus libro 1. capite 3. uomitum utiliorrem hyeme quàm æstate esse scribat: quòd uterque in ijs locis de pituitæ uacuatione, quæ citra purgamenta medicamenta fit, loquatur. Quando enim hyeme in uentriculo pituita generatur, necesse est ut illam uomitibus expurgemus. Verùm uniuersum corpus si purgare instituamus, æstate per superiorem uentrem, hyeme per inferiorem, ut est in aphorismis relatum, purgabimus. Quid multa? uniuersum corpus æstate per superiora & uomitum magis purgandum, hyeme uerò per inferiora. Pituitam uerò in uentriculo tantùm coacervatam hyeme, uo-*

DE CONSERVANDA

mitu eijcere nihil prohibet, imò plurimum confert. Porro quid ex eis quæ per uomitum quouis tempore eijciuntur, prædicere liceat, Hippocrates libro secundo prognostic. aphorismo. 38 & sequentibus, & post eum in suis commentarijs Galenus, abundè docuerunt. Lege plura apud Leonhartum Fuchsum ca 30. methodi perueniendi ad medicinam.

Tertium ex ijs, quæ in præscriptis notantur uersibus, est, quòd quatuor sint anni tempora, Ver scilicet, Aestas, Autumnus, et Hyems. Et inter hæc uer, licet per se sit omnis excessus planè in medio, quemadmodum libro primo de temperamentis capite septimo, Galenus testatur, respectu tamen habito ad reliqua tempora, calidum dicitur ac humidum. Hoc tempus sanguinis mittendo accommodatissimum est: siquidem æquale est, atque adeò neque nimis calidum, neque supra modum frigidum: ut rectissime ab Hippocrate libro septimo aphorismo. 54. dictum sit: Quibus sanguinem è uenis detrudere confert, ijs uere sanguinem mittere prodest. Hoc item tempore sanguis in corporibus augetur. Conuenit autem ut in uere, ad imminuendam repletionem, Venus, motus, ueneris solutio, sudor, & balnea sint moderata. Hoc etiam tempus, ut libro sexto aphorismo. 47. Hippocrates testatur, aptum est

est corporis purgationi, quæ fit per medicamenta.

Quartum, quod æstas calfaciat atq; exiccet, ac proinde flava bilis, quæ calida & siccæ est, per ipsam in corporibus augetur. Ad moderandam igitur δὲ ὑπερφοσίαν, quæ corporibus ratione temporis accedit, alimētis utendum est frigidis ac humidis: abstinendum à venere & crebris balneis. Nam & hæc exiccant. Et nisi necessitas cogat, rara sit phl. botomūs. Sit quies & paucus motus: quies enim humectat, motus exiccet. Potu utendum moderato, præsertim frigido: superfluam namq; frigidi potus sumptionem, obpororum apertionem, subita nonnunquam corporis infrigidatio, uel paralysis, siue laxitas membrorum, aut repentina mors consequitur. De anni temporibus plura diximus suprâ capite 19: & 56.

DE NUMERO OSSIVM, DEN-
tium, & uenarum in huma-
no corpore. Caput
LXXXVI.

Ossibus ex denis bis centenisq; no-
uenis,
Constat homo, denis bis dentibus &
duodenis,

DE CONSERVANDA

Ex tercentenis decies sex quinqueq; ue
nis.

Der mensch hat an jm groß vnd klein/
Zweyhundert vnd noch neun;ehn gbein/
Vnd hat der zeen wol zwen vnd dieissg/
Dreihundert adern fünff vnd sechzg.

Traditur hoc in loco, quot in uniuersum sint ossa, dentes ac uenæ humanæ corporis. Ossa quidem fiunt è semine, cum id quod est crassissimum, à calido urente induratur, sicut lapides coquuntur à calido urente. Sane autem ossa ueluti truncus sustinens reliquum corpus. De quorum numero haud parua inter ipsos artis Medicæ scriptores dissensio est. Hic enim ducenta esse & nouendecim assertitur. Ioânes Tagaultius excellentissimus nostri æui Medicus, ducenta et quadragesima sex hoc disticho complexus est:

*Adde quater denis, bis centum, sena q; habebis
Quam sis multiplici conditus osse semel.*

Nonnulli 304. constituerunt. Sed Rhazes lib. 1. cap. 2. ad Alman. ducenta & quadragesima octo ea esse, Galeni autoritate probat. Cum omnia, inquit, corporis ossa numerata fuerint, prout Galenus numerauit, ducenta & quadraginta octo erunt. Cui subscribit etiam uulgatissimus hic uersiculus.

Ossa ducentena, atq; quater sunt & duodena.

Secundo deinde loco dicitur, homini inesse Dentes.
 32. dentes: & hoc quidem in corpore bene con-
 struito, ut quælibet maxilla, tam superior, quam
 inferior, sexdecim dentium sit capax. Quaterni
 primores, siue aduersi, $\tau\omicron\mu\epsilon\iota\varsigma$ & $\tau\omicron\mu\alpha\chi\epsilon\iota$ Græcis
 nominantur, itæ $\mu\epsilon\lambda\acute{\alpha}\sigma\iota\upsilon\omicron\varsigma$, quod inter riden-
 dum retegantur, Latini incisores, siue incisoriij,
 quia cibum in os primò allatum confringunt &
 incidant: singulis tamen radicibus nutuntur. Ho-
 rum uerò lateribus adiacent in qualibet maxilla
 duo acuti, canum dentibus similes (unde $\kappa\omega\upsilon\acute{\alpha}\sigma\tau\omicron\upsilon$
 uocati) $\epsilon\iota\gamma\upsilon\mu\acute{\iota}\kappa\acute{\iota}$; tomicos ex omni
 parte, quorum munus est, morsu diuidere escam,
 atq; eas discriminare. Simplici radice constant,
 quemadmodum incisoriij. Sed caninorum, qui su-
 periores sunt, longissimas habent radices, ut ad
 oculorum orbem ferè pertingant, neruisq; qui la-
 bri superioris motores, ab oculorū regione per su-
 perius foramen emergunt, admodum uicini sint.
 Unde fit, ut altero ex his dentibus auulso, pericu-
 lum nonnunquam imminet, ne parte aliqua of-
 fendamur oculi, quapropter uulgo dentes ocula-
 rij dicti. Magnum, dum nascuntur, dolorem in-
 famulis infligunt, & si quando defluxio à cere-
 bro in eam gingue partem insederit, in quam im-
 plantatur (uel natu grandiorib.) totius genæ &
 oculi dolorem pulsatorium non sine febre susci-

DE CONSERVANDA

tant. Iocimis porrò d mibus atteritur cibus, ijs
 maxillaribus, siue molaribus nomen est inditum,
 Greci γομφίος & μύλας, siue μωλίτας vo-
 cane, quòd cibus iam incisos & contractos à
 prioribus denibus molant & comminuant: aspe-
 ri enim sunt, duri, & ampli, ut incisa à tomicis,
 & contracta à caninis, in leuorem tractum te-
 rant. Sunt autem uiginti: superius quidem de-
 cem, in utroq; atere caninorum siti, totidemq;
 inferius. Qui superiori maxillæ affixi sunt, tri-
 plici radice, interdum etiam quadruplici nitun-
 tur. alij uerò duplici, & nonnunquam tripli-
 ci: præsertim qui duo ex ijs aduerii & antero-
 res magis sunt: tertius enim perrarò huiusmodi
 esse reperitur. Postremi dentes, qui sunt omnium
 reconditissimi, ac prop. modum gingiua operti,
 Grecis σωφρονισήδον, quòd scilicet contem-
 pore producantur, quos sapere solemus, & ὀψιγὸν
 uol. id est, serotini, & πρᾶντήδον, quòd etatem
 perficiant et compleāt, nuncupantur. Latini sim-
 pliciter Genumos nominant, nonnulli dentes en-
 sus & sapientie interdum ad septimū & uicesi-
 mum annum latere, unde Hippocrates in lib. de
 carnibus, sic scriptum reliquit: Quin & in quar-
 to septenario dentes enāscuntur, plerisq; boni-
 tibus duo, qui sapi. nix d. nces appellantur. In-
 terdum etiam ad octogesimalium annum, teste Pli-
 nio lib. 11. ca. 37, Plura Galenus in lib. de ossibus,

ca. 5. & lib. 11. ca. 8. de usu part. Auicenna prima. 1. dor. 5. sum. 1. cap. 5. Andreas Vesalius lib. 1. ca. 11. de humani corp. fabrica. Carolus Stephanus lib. 1. ca. 11. de dissectione. & Leonhartus Fuchsius parte 1. epitomes de humani corp. fabrica lib. 1. ca. 14.

Tertio deum loco traditur, humanum corpus constare ex trecentis & sexaginta quinque uenis. Cuius rei certitudo ex anatomia petenda est.

DE QUATVOR HUMORIBUS
humani corporis. Caput
LXXXVII.

Quatuor humores in humano corpore constant,
Sanguis cum cholera, phlegma, melancholia.
Terra melancholicis, Aqua confertur pituitæ,
Aër Sanguineis, ignea uis Cholerae.

Sie vier Complex im menschen sind
Der Erden gleich / Feuer / Wasser / Wind.

Hic de humoribus, qui ad humani corporis
constitu-



constitutionem necessario concurrunt, cumprimis agitur. Sunt autem ij numero quatuor: sanguis scilicet, pituita siue phlegma, flava bilis siue cholera, & atra bilis, siue melancholia.

Deinde ostenditur, quodnam eorum sit temperamentum, & quomodo singulis elementis respondeant. Melancholia frigida ac sicca est, & terra respondet. Pituita frigida & humida existit, & aque comparatur. Sanguis calidus est atque humidus, & confertur aëri. Flava bilis calida ac sicca existit, & igni respondet. Quod sano

nè uulgatis hisce uersiculis maiores nostri innue-
re etiam uoluerunt:

Humidus est sanguis, calet, est uis aëris illi.

Alget phlegma, humetq; illi sic copia aquosa
est.

Sicca calet cholera, & sic igni fit simulata.

Frigens sicca melancholia est, terræ adsimi-
lata.

Sanguis omnium humorum facile præstan-
tissimus est: uel quòd materia sit spirituum, in
quibus consistit uita, & omnis actio, naturalis scè
licet, uitalis, & animalis: uel quòd uitæ princi-
pijs conformis existat. Est enim temperatè cali-
dus ac humidus: uel certè quòd præcipuus ipsi-
us usus sit, ut nutriat. Ex eo enim omnes particu-
læ corporis, ut multis in locis testatur Galenus,
nutriuntur. Et ut uerbo dicam, Sanguis naturæ
thesaurus & uitæ fomes est: ut quo offatim effu-
so, mors subinde sequatur. Hinc sanè est, quod Mo-
ses 17. Leuitici ita scriptum reliquerit: Anima
omnis carnis in sanguine est. Significat autem
Anima Hebræis uitam. Hanc cum dicit in sangui-
ne esse, uult sanguinem uehiculum esse uitæ.

Sanguis.

Phlegma secundum probitatis locum sibi uen-
dicat. Hic humor, ut testis est comment. 39. libri
de natura hum. Galenus, in prima ciborum muta-
tione generatur. Colore autem albus existit, &
concoctione in sanguinem mutatur: Quapro-
pter

Phlegma

DE CONSERVANDA

pter quum sit ueluti ex dimidio coctum nutri-
 mentum, nullum quod pituitam expurget propri-
 um instrumentum natura machinata est. Quip-
 pe in uentriculo generatur pituita, quia fertur si-
 mul cum ijs, quæ ex cibi potusq; humoribus in ie-
 cur distribuuntur, concocta iam sanguis euadit.
 Quid autem pituitæ in uenas fertur, a natura eti-
 am ex usu est. Desiderat itaq; talis humor non
 utique euacuari, sed in corpore manens altera-
 ri. Quod uerò in intestinis relinquitur, à bile
 ex iocino: e in ea defluente absterum, cõmodissi-
 mè ac celerrimè per sedem eicitur, ut lib. 5. de
 usu part. corpo. hum. cap. 4. iustius Galenus o-
 stendit. Porro excrementum quod à cerebro de-
 stillat, ueluti Galenus lib. 2. de natural. facul. ca.
 ultimo attestatur, propriè non rectè appellatur
 pituita, sed Græcè Βλεφίνα ἢ κόρυζα, Latine
 Mucus.

Flaua pallidæ bilis, sic à colore, qui est fla-
 uus pallidusue, appellationem accepit, simplici-
 terq; Græcis, Galeno in libello de tumoribus præ-
 ter naturam capite 10. teste, χολὴ dicitur. Re-
 liquas uerò omnes biles, cum coloris adiectio-
 ne nominant. Generatur autem bilis in hepate,
 ibidemq; cum sanguine miscetur. Necessarium
 autem fuit, ut ab ea sanguis purgaretur, ne scili-
 cet totius corporis color ab ea, haud secus
 quàm in ictero, inficeretur. Hinc natura huic
 propriam

Propriam sedem machinata est, vesicam nimirum que iecori subest, & bilem ex eo ad se per conuenientem meatum trahit. Vsus autem bilis flauus est, ut intestina à pituitosis excrementis repurget, & abstergat, atque eorundem excretionem adiuet. Ad intestina autem deferatur bilis per meatum duodeno insertum.

Atrabilis naturalis, ueluti fax ad sedimentum sanguinis est, ideo colore, quod nomen satis indicat, nigra. Hæc autem, si uolumus exquisitè loqui, ut in sec. 6 apho. comment. 53. attestante, nondum atrabilis nominari debet, sed melancholicus humor. Necessè uerò est ab hoc humore expurgari iecur, ideoq; instrumentum, quo ille expurgetur, natura licnem condidit. Qui si minus quàm oporteat, melancholicum humorem ad se trahit, ut inde sanguis impurius, ita totum corpus redditur magis decolor. Vt huic etiam perspicuum omnibus sit, cum humorem in iecore generari, à quo tandem in licnem transferatur. Vsus autem atrabilis naturalis est, Galeo no lib. 5. de usu part. hum. corp. ca. 4. attestante, ut uentriculi actiones inuet. ipsa enim cum acerbis & acidis sit, uentriculum intendit, & in seipsum contrahit, & exquisitè comprehendere cibos cogit, ac retinere, quousq; plenè concoquantur.

Verum enim uerò cum exacta humorum cogitatio

DE CONSERVANDA

tio utilissima cum primis sit, & oppidò quàm necessaria, de ipsis latius non nihil dicemus.

Sanguis igitur, ut comprehensum est, humor est calidus & humidus ex temperatiori parte ipsius chyli progenitus. Et hic quidem duplex est, iuxta neotericorum diuisionem, naturalis, & non naturalis.

Naturalis, est humor calidus & humidus, substantia quidem mediocris, colore uerò multum rubens, odore autem & sapore dulcis, mitis, ac benignus.

Verum non naturalis ille dicitur, qui ab isto nuper descripto deflexit, degenerauitq;: intra tamen suae latitudinis terminos: quos si transgreditur, non iam sanguis, sed alius humor uenit appellandus. Hoc autem (sanguinem inquam degenerare à propria sua natura) contingit dupliciter. Vno modo (ut aiunt) in se, hoc est, ratione sui, permutata propria eius substantia, citra alterius admistionem. Altero modo, per alium, seu ratione alterius. Et per se quidem adhuc bifariam, nempe, uel quia eius substantia crassior est, aut tenuior quàm debeat: uel quia aduritur, & quod ex eo tenuius est, in flauam bilem mutatur: quod uerò crassius, in atram, idq; absq; separatione. Alterius uerò ratione sanguis fit non naturalis, quādo alius humor illi permiscetur. Quod multifariam contingere potest, prout scilicet ua-

ria species bilis, pituitæ, aut melancholiæ, cum ipso sanguine misceri possunt: qui ob id multifariam à naturali etiam differt. Ac primò quidem substantia: crassior enim est, & turbidior, cum ipsi miscetur melancholia: tenuior cum flava bilis, aut aquositas. Secundò, colore: pituita namq; ratione declinat ad albedinem: flava bilis ad pallorem: melancholiæ uerò ad nigredinem. Tertiò, odore: scætet enim cui humores admissi sunt putridi: omnino uerò expers odoris est, cui crudi. Quartò, sapore: flava bilis namque admisione ad amaritudinem: melancholiæ ad aciditatem, pituita uerò ad insipiditatem uergit. Auicenna l. 1. c. 4. cap. 1. & Ioannes Tagaleius lib. 1. instit. chirurg. cap. 6.

Phlegma, quod Latini pituitam uocant, in generatione humorum sanguinem consequitur, maiorq; eius portio est in corpore secundum sanguinem, quam aliorum humorum. Est autem pituita duplex, naturalis, et non naturalis. Et naturalis quidem, est humor frigidus & humidus, substantia crudus, colore uergens ad quandam albedinem, sapore uerò, et (si fas sit dicere) odore ad dulcedinem. Hæc certè concoctione in sanguinem mutatur: est enim potestate iam sanguis, sed nondum exquisitè concoctus. Est quoq; modus quidam pituitæ dulcis, que non existit ualdè frigida: imò si cum corpore conseratur, pauca admodum

DE CONSERVANDA

frigiditatis uidebitur esse particeps: si uerò cum sanguine ac flauabile, non modò frigida, sed naturaliter etiam alba erit. Dicitur autem dulcis, extenso nimirum hoc nomine ad omnes saporos, qui delectationem gustui parium: Alias enim naturalis pituita ἄρωσιος ἢ ὑδρατώδης, id est, qualitatis expers, insipida, & aquosa, hoc est, aque saporis ualdè assimilis est. Huic natura, ut dictum est, proprium instrumentum, ueluti flauibili, & melancholicæ, machinata non est, sed simul cum sanguine fertur, ut in ipsum opportuno tempore facile commutari queat: similitudinem enim ipsi finitimaniam atq; propinquam habet. Huius quidem pituitæ duplex est necessitas, & una utilitas. Ac prior quidem necessitas est, ut in hoc iuxta membra sit, quo facultates eorum caliditate sua naturali in ipsa concoquenda ac distribuenda operentur, ex eaque tempore indigentia nutriantur, cum proprio uidelicet alimento, quod est sanguis mitis ac benignus, ob retentionem aliquam massæ sanguinæ, destituta fuerint: eam enim à uentriculo nonnumquam atq; hepate ex accidenti quopiam retineri coningit. Altera necessitas est, ut sanguinis misceatur, ipsumq; ad cò membris phlegmaticæ constitutionis, siue temperaturæ, quale cerebrum cum primis existit, atq; spinæ medulla, à Galeno ὑωτιαίος μύελος, ab Arabibus uerò Nucha, appellata,

appellata, nutriendis accommodet. Horum namque sanguinem pituitam actu admisceri oportet iuxta mensuram, quam materiae necessitas exigit. Utilitas porrò eius est, ut articulos ac membra, quae in continua sunt atque iugi motione, humectet: ut scilicet melius inuerti possint: quia ubi non sunt partes humectatae, sed siccae, difficiles sunt ad motum: & ne per calorem, qui ex motu & collisione proficiscitur, penitus exiccemur. Non naturalis pituita, est ea, quae à modo descripta degenerat, intra tamen suae latitudinis terminos, quos si forsitan pertranseat, non iam amplius phlegma pituitaue, sed alius humor dici debet. Coningit autem bisariam pituitam ipsam à propria sua natura degenerare. Vno quidem modo in se, quando scilicet in propria sui ipsius substantia, citra alterius admistionem permittitur. Quod sanè multifariam coningit. Alia enim iuxta sensus iudicium in substantia, hoc est, crassitie ac tenuitate partium suarum diuersa apparet: eaq; à similitudine mucilaginis, quae è seminibus quibusdam extrahitur, mucilaginosam dicitur. Alia in substantia secundum sensus iudicium aequalis apparet, cum reuera tamen in partibus suis sit diuersa: eaq; pituita est cruda: quae in uentriculo potissimum atque intestinis colligitur. Ac illam quidem, quae in uentriculo residet, Hippocrates in lib. de salubri dieta, singulis mensibus

DE CONSERVANDA

bis uonitu expellere præcipit. Ad alterius ue-
 rò excretionem, quæ in intestinis congeritur,
 à natura constitutum est, ut flaua bilis è uesicu-
 le fellis, quæ χολιδόχος Græcis dicitur, ad ie-
 iunum, reliquaq; inferiora intestina deferatur,
 eaq; à pituitosis excrementis repurget, & abster-
 gat, ipsorumq; expulsionem iuuet. Hæc eadem
 interim in uenis quoque, senum præsertim, ob
 concorsorie facultatis imbecillitatem, coaccru-
 tur, ibidemq; diutius hærendo augetur ac crasse-
 scit: Cuius molestiam cum ulterius natura non
 ferat, ipsamq; per ordinarios meatus expellere
 nequeat, facit è possibilibus quod melius est, repel-
 litq; à corde ac reliquis internis membris nobi-
 lioribus ad exteriora, eaque ignobilia, & præ-
 cipuè ad tibia: quo naturaliter alioquin ob gra-
 uitatem suam tendit. Eaq; causa tibiæ senum
 inflantur nonnunquam, adeoq; in tumorem attol-
 luntur, ut pressæ diguis fossulam representent:
 et maxime quidem appropinquante nocte. Idem
 euenire nonnunquam pinguis etiam atq; obe-
 fis solet, quiq; humidioribus oblectantur alimen-
 tis. Alii pituita tenuis ualde est & aquosa, aqua
 nimirum paululum admodum densata similitu-
 dinem quandam præ se ferens. Qualis quidem
 in saluis haud rarò ac sputis illorum uisitur,
 qui cibos minus bellè conficiunt, qui que largius
 bibunt: Consuevit etiam in coryxæ principio à
cerebro

cerebro in nares destillare. Hæc eadem per decoctionem indurata, pituita euadit crassa aut mucilaginosæ. Pituita alia crassa admodum est & alba: cuius quidem quod tenue erat ob diuturniorem in iuncturis moram, euauit: crassum uerò inspissatum ac conglutinatum mansit, ceu lapis qui spiam. Hinc nodosa generatur podagra, morbus, ut Ouidius testatur, ferè incurabilis. Sic enim lib. 1. de Ponso elegia. 4. de illa cecinit

Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Alia uerò pituita densa & crassa est, colore, & lenore, pondereq; fuso ac liquefacto uitro similis: quæ ob id passim etiam apud rei medicæ scriptores uitrea appellatur. De qua copiose admodum Galenus libro 2. capite 7. de sanita. tuenda, & libro 1. capite 8. de Sympto. causis. & libro 2. capite 6. de differenti. febr. & libro 2. cap. 5. de locis affect. & lib. 12. cap. 8. methodi med. Altero modo pituita efficitur non naturalis, per admissionem. Quando scilicet alius quispiam humor illi extrinsecus accedit, uerbi gratia, uel sanguis, uel bilis flaua, aut atra. Si sanguis pituitæ permisceatur, hæc dulcis efficitur: si uerò ex ea, sicuti in libro de multitudine cap. 17. Galenus testatur, somnolenti. Si crudi humores, insipida & aquosa: quæ propter infirmam concoctionem in corporibus redundans cibi suo

DE CONSERVANDA

stidium parit, perindeq; ac duleis pituita apertè
 somnuculosos facit. Si flaua bilis, salsa: hæc mor-
 daciore certè, siccioreq; ac leuor ceteris pituitæ
 generibus inuenitur: nam flaua quoque bilis mor-
 dax, sicca, & leuis est. Quæ quidem ex sapore
 sputi facile iudicari potest, & in corporibus
 intemperantium, qui fortis uina bibunt, &
 falsis uescuntur cibis, nascitur copiosius: ac in-
 de perniciosiorum catarrhi: Longiori tempo-
 re in uentriculo residens intolerabilem nonnun-
 quam excitat sitim: Diutius uerò huc illuc per in-
 testina discurrens ipsa serè exulcerat, dysenteria-
 amq; generat, et tenesmon. Si melancholia pituitæ
 permisceatur, ea acidæ efficitur, sæpiusq; in im-
 becillo uentriculo, quam in alijs corporis parti-
 bus reperitur: melancholia enim naturaliter de-
 fertur ad os uentriculi, ut coctione eius adiuuet,
 famemq; ac naturalem appetentiam mutet. Ea igitur
 subsidendo nonnunquam pituitæ misce-
 tur, ipsamq; reddit acidam: Quæ ex acido certè
 ructu iudicari facile potest: siumq; ex ea in cor-
 poribus redundante famelici. Quæ etiam pituita
 per se nonnunquam in uentriculo ex chylo acidæ
 efficitur, citra alterius humoris admistionem: nè
 pè à debili calore per modum ebullitionis. Ea pi-
 tuitosis accidit frequentius, non secus ac dulcis-
 bus fructuum quorundam succis solet. Primum e-
 nim illi feruens atq; ebullium, deinde acescunt.

Postremò

Postremò uerò p̄uita quædam melancholice pon-
 tice admustione, pontica etiam efficitur: minus se-
 pe tamen ob eius melancholice raritatem inueni-
 tur. Talis autem melancholia oritur quando,
 que ex uehememi infrigidatione, qua nimirum hu-
 miditas eius (cum nullus accedat calor, neq; debi-
 lis, quo ebulliens in acorem uertatur, neque
 fortis, qui coquendo in sanguinem mutet) con-
 gelascit, & ad terræam nonnihil essentiam inal-
 teratur.

Bilis, que χολή Græcis dicitur, uulgo autem
 Cholera, est humor calidus & siccus, ex tenuio-
 ri & calidiori parte chyli, uel ex sanguine te-
 nui & feruente procreatus. Hæc quoque du-
 plex est, naturalis scilicet, & non naturalis. Na-
 turalis, est humor calidus & siccus potestate:
 substantia quidem tenuis, colore uerò flauus,
 aut ruber, declinans ad quandam citrinita-
 tem, seu flauittem: sapore uerò exactè ama-
 rus, non autem acutus, siue acris, ut quidam
 malè affirmârunt. Hæc quidem in hepate ge-
 nerata, in duas statim distribuitur partes. V-
 na cum sanguine ad uenas deferitur: altera
 ad χύσις, id est, uesiculam fellis transfuitur.
 Quæ quidem cum sanguine deferitur, ne-
 cessitatis & iuuamenti causa cum eo tran-
 sit. Necessitatis quidem, ut sanguini per-
 uisceatur pro nutritione membri, in cuius

DE CONSERVANDA

temperatura conuenientem flauæ bilis partem esse oportet iuxta mensuram, quam materie necessitas requirit. Galen. lib. 5. de usu part. hum. corp. ca. 6. de pulmone. Iuuamenti uerò, ut sanguinem, quo commodius per angustos uenarum uentus ad nutriendum penetret, subtiliorem reddat. Quæ uerò de ea colata ad cylin fellis transit, ob necessitatem eandem ac utilitatem eò transmittitur. Necessitas autem, uel est ratione totius corporis, nempe ut ipsum à pituitosis ac biliosis excrementis repurget & abstergat: uel unius cuiusdam membri, ut niurium uasa fellis nutriat. Utilitatis uerò duo sunt iuuamenta, unum, ut intestina ab imberentibus facibus & uisoso phlegmate abluat & expurget: alterum, ut intestina & ani musculos pungat atq; irriter ad excernendum, quod ipsis noxium uest. Propterea, quando porus, qui à uesica fellis ad intestina protenditur, obstructus est, malè habent intestina in expulsionem excrementorum, & colica sepe accidit passio.

Non naturalis uerò, bilis dicitur, quæ à prædicto humore uerè bilioso de generauit, intra terminos tamen sue latitudinis coninetur, quos si egrediatur, non tam bilis, sed alius humor reputabitur. Hoc autem (bilem inquam egredi limitis sue latitudinis) contingit bifariam: uno modo (ut sic dicatur) per se, & in se. Altero modo, per

per admiftionem . Per admiftionem quidem bilis efficitur non naturalis , ſeu præter naturam , cum alius humor illi extrinſecus accedit . Et hoc quidem fit multiſariam . Alia enim eſt , cui pituita admifcetur : quæ , quòd frequenter generari ſoleat , nota & famoſa , ſine maioris fame uulgo appellatur : hinc ſæpe tertiana notha oritur . Alia uerò eſt , cui melancholia admifcetur , & dicitur minoris fame . Bilis autem , ſive cholera maioris fame duplex eſt , citrina & uitellina . Quando enim bilis naturalis cum pituita tenui & aquea miſcetur , appellatur bilis citrina : quando uerò cum craſſa pituita miſcetur , uitellina bilis appellari ſolet , quòd ouorum uitellis , tum colore , tum craſſitudine ſit ſimilis . Et hæc quidem uitellina ruruſum duplex eſt , ſicuti uitellorum ouorum duplex eſt color . Quidam enim magis alij albicant , alij ruſiores uidentur . Bilis autem quæ ruſioribus eſt ſimilis , per aſſationem fit . Minoris quoq; fame bilis duplex eſt . Aut enim cholera naturalis miſcetur atra bili ex bilis naturalis aſſatione facta , & hæc eſt peior , aut miſcetur bilis naturalis cum humore melancholico naturali , qui in hepate cum alijs humoribus generatur , & hæc eſt melior : color eius ruber eſt , ſed non clarus , neq; floridus , imò ſanguinis , qui in uenis eſt , ſimilior . Bilis uerò non naturalis per ſe , & miſce , id eſt , ſecundum propriam ſua

DE CONSERVANDA

am substantiam, alia quidem in hepate sepius generatur per adustionem eius, quod tenuius inest in sanguine. Crassum enim in melancholiam uertitur. Alia uero in uentriculo ex prauis alimentis non consoctis, sed corruptis: uel ex alijs humoribus in uenis generatur. Et haec quidem duplex est. Una porracea, praesimam etiam uocant, quae porri uireorem praefert, generatur ex uitellina, quando aduritur. Adustio enim in cholera uitellina efficit nigredinem, quae cum citrinitate mixta, generatur uiriditas. Altera est eruginosa, quae eruginis colorem imitatur, et gignitur ex porracea, quando eousque aduritur, donec humiditas eius exiccetetur, et ob siccitatem albescat. Et haec duae extremè quidem male sunt, sed eruginosa peior. Auicenna loco supra citato, et Ioannes Tagault. lib. 1. ca. 8. In situ. chirurg. Melancholia, si in uniuersum defluatur, humor est frigidus, et siccus, ex crassiore ipsius chyli portione progenitus. Haec quoque duplex est, naturalis scilicet, et non naturalis.

Naturalis, est boni sanguinis sex, ac ueluti limosa quaedam superfluitas, hoc est, crassior quidem sanguis, cuius color niger est, sapor uero acerbus, uel acidus, ut uomemibus cum non raro innotescit: haec in hepate quidem, et in massa sanguinaria (in qua humores uniuersi continentur) generata in duas statim deducitur partes.

Vna enim cum sanguine ad uenas defertur, altera ad lienem trahitur. Quæ quidem cum sanguine defertur, necessitatis & iuuamenti causa cum ipso transit. Necessitatis quidem, ut sanguinem permisceatur pro nutritione membrorum, in quorum temperatura conuenientem melancholicæ partem esse oportet iuxta mensuram, quam materiæ necessitas exigit: sicuti sunt, lien, ossa, & omnia membra terrestria. Utilitatis uerò, siue iuuamenti, ut nimis fluuidam illam sanguinis tenuitatē meosq; restringat, firmet, ac condenset, dum inde nutriendorum membrorum pars solida fiat. Requirit enim sanguis in hisce animalis particulis nutriendis crassitudinem quandam.

Altera pars, nempe crassior, magisq; terrea, quæ non satis commodè à naturali calore alterari potuit, ob necessitatem pari modo ac utilitatem ad lienem seiungitur. Necessitas autem, uel est ratione totius corporis, nempe ut ipsum à melancholica superfluitate expurgetur, uel unius cuiusdam membri, nimirum ut lienem nutriat. Utilitas uerò eius est, quòd ad os uentriculi profluens, inuentas ibidem humiditates exprimat, non aliter quàm muliercule lac mulgendo è uaccarum uberibus solent. Et huius quidem utilitatis duo sunt iuuamenta: Vnum, quòd conerabat uentriculam ac constringat: &

DE CONSERVANDA

cum acerba sit atq; acida, non modò non laedit actiones eius, sed multò magis etiam promouet. Nam uenterculus insendit ac contrahit in se ipsum, cogitq; cibos ad unguem circumplecti, ac retinere quousq; fuerint concocti. Alteram, quòd acredine sua commotionem ac corrugationem in uenterculo faciat, quibus uenterculus ad cibi appetitionem excitatur. Talis autem uirtus excitata fames appellatur. Fit enim fames propter succum melancholicum tendentem ad os uentriculi, qui corrugando partem illam facit famem: ob id igitur succus melancholicus utilis in natura fuit. Melancholia non naturalis est, quæ à modò descripta naturali degenerat, intra tamen limites suæ latitudinis permanens: quos si prætergreditur, non iam amplius melancholia, sed alius humor dicetur. Eius quatuor differentie nota communiter statuumur, licet plures sine obscure.

Prima est, quando humor ipse melancholicus, qui naturalis dictus est, & quotidie cognitus in corpore, dum animal sanitate fruatur, in propria sua essentia torretur, aduriturue, & putrescit, fitq; bilis atra exquisitè. Talis enim, ut lib. 14. ca. 9. Therap. metho. & libro de atra bile ca. 3. & commune. 21. lib. 4. apho. Galenus ait, ex humore atro supra modum adusto conflatur, habetq; splendendum aliquid, ueluti bitumen, &

pix. Hæc autem (verè inquam atque exquisitè
 attrahilis nonnata) acida est, & in terram ef-
 fusa uelut acetum feruet, & ipsam feruenti ri-
 tu eleuat, tum omni animanti inuicunda, adeò,
 ut ne mures quidem ipsi, aut muscæ eam gusta-
 uerint, non magis quidem, quàm copiosum so-
 lem, in quo nullum animalis uitam peragit, ut ma-
 re, quod mortuum appellatur, indicat. Porro
 tum gignitur huiusmodi nigra bilis, cum ille ue-
 luti sanguinis limum (quam melancholiam natura-
 lem diximus) diuini moratur in corpore, & re-
 que per aliquem sensibilem effluxum, necq; oculi
 tum excernitur: uerùm transmutatur, corrupti-
 pitur, & putrescit. Siquidem hic humor, ubi am-
 plius incalescit, aut propter putredinem, aut fe-
 brem inflammantem, nigram efficit bilem, in-
 quit Galenus lib. 14, cap. 9. metho. meden. Quæ
 quidem frigida est, quia terrestris, sed tamen ca-
 loris non expers, quemadmodum & cinis, & a-
 cetum, appareatq; dum per aluum (ut contingit
 aliquando dysentericis) excernitur, splendidior,
 ac nigrior ipso sanguine crassiore, & nigriore,
 quem humorem melancholicum appellamus.
 Splendet enim ueluti mortui maris bitumen, quod
 ludascum uocant.

Secunda species seu differentia bilis atræ non
 naturalis est, quæ ex aduisione aliorum humorum
 nascitur, ut illa quæ fit ex flava bile uelut inuice

DE CONSERVANDA

ista. Que etiamnum tanta est malitia, ut & terram radat, & eam, more bilis exquisitè atræ, in altum attollat. Sed & muscæ ipsam, non secus, quàm uerè nigram bilem, refugium. Si sanguis quoq; aut pituita in corpore uehementer incalesuerint, & exuratur, efficitur etiam melancholicus humor, non naturalis per adustionem dictus, ut uoluit Auicenna. Verùm due istæ postremæ species (quæ scilicet per sanguinis, aut pituitæ adustionem fiunt) Auicennæ nutiores sunt. Scribit autem Galenus comm. 29. lib. 3. prædict. Hipp. illam bilis atræ speciem, quæ ex flaua bile uehementer adusta generatur, deteriorem esse quàm ea, quæ ex crassiore sanguine generationem habet: qui subsidem in dolio uini fæculæ, aut amurcæ, hoc est, fæci olei proportionè respondet. Hæc enim nutior est, sed potissimum, quoties traxit nondum in animalis moram, cum aliquo calore abundanti præter naturam. Verùm priusquàm in exactam atram bilem transformetur, primò in uitellinam, secundò in porraceam, tertio in eruginosam transit.

Tertia species melancholici non naturalis est, quæ originem sortitur à lapidosa quadam concretionè, ut cum ab imperitis medicis uel chirurgis erysipelata, & inflammationes (quas Græci φλεγμονὰς uocant) aut quibus alijs tumores ex naturalibus humorib. procreati, ad motus extrinsecus

secum praesidijs, nimis uehementer refrigerantur, adstringunturq; : uel cum iisdem tumoribus, ea que ualenter nimis trahunt, digeruntq; medicamentis, applicantur. Tunc enim toto, quod in eis subtilissimum erat, dissipato, id quod reliquum est (nempe crassius) plus iusto desiccatum, lapidis duritiem consequetur, atque in melancholicum humorem uertitur.

Quarta melancholiae non naturalis differentia exurgit, quando alius humor ipsi melancholiae naturali permiscetur. Quod dum fit, dulcoratur, ac mitescit magis, nisi dum alterutra bilis adusta, huic commiscetur. Siquidem tunc uel acescit, uel amarescit, & erosionis non modicè particeps efficitur. Auicenna loco antea citato, & Ioan. Tagaul. lib. 1. ca. 14. instit. chirurg. Plura Ioannes Baptista Montanus in 1. 1. doc. 4. ca. 1. Auicenna, & Leonhartus Fuchsius ca. 11. meth. perueniendi ad Medicinam.

DE TEMPERATURA, SI
ue complexionem Sanguineam.
Ca. LXXXVIII.

Natura pingues isti sunt atque iocantes,
Rumoresq; nouos cupiunt audire frequenter.

Hos



Hos Venus, & Bacchus delectant, fer-
cula, risus.

Et facit hos hilares, & dulcia uerba lo-
quentes.

Omnibus hi studijs habiles sunt, & ma-
gis apti.

Qualibet ex causa non hos facillè exci-
tat ira.

Largus, amans, hilaris, ridens, rubeiꝯ
coloris,

Cantans, carnosus, satis audax, atq; be-
nignus.

Der ersten Complex Sanguiner sindt/
 Beim wein/bulschafften man sie findt/
 Seind wol belebt/ Köñ schimpff vñ scherz/
 Milc/lustig/ vnd fast wol beherzt/
 Seind rößliche/singen vnd lachen gern/
 Bücig/vnd gneigt zu neuen mehrn.

*Signa, quibus sanguinea temperatura facile
 dignosci queat, hic recensentur.*

Ac primum quidem, quod sanguinei sint
 pingues: quod de pinguitudine proprie dicta mi-
 nime hoc in loco accipiendum est: Ea enim, sicuti
 Galenus lib. 2. cap. 9. de temper. & post cum A-
 uicenna 2. 1. doct. 3. cap. 3. attestantur, ex habitus
 frigiditate gignitur: sed de pinguitudine ad me-
 diocrem corpulentiam, siue carnis abundantiam
 extensa, quam εὐσπλαγίαν Greci uocant. Siqui-
 dem rubre carnis cum deceni firmitate abundā-
 tia calide ac humide, hoc est, sanguine tempera-
 ture, nota est. Quibus enim plus est carnis ru-
 bre, iuirtutem assimilatiuam habent potentem,
 & sanguine abundant: quippe que, Galeno loco
 iam citato teste, uigam inualescantiq; calido at-
 que humido. Corpulentia, inquit, siue abundan-
 tia carnis ex sanguinis copia nascitur. Cum enim
 calori intra debitos fines manent boni sanguinis
 accedit copia. necesse est, ut corpulentia sequa-
 tur. Idem Anuerē etiam his uerbis Auicenna uo-

DE CONSERVANDA

luit. Corpus carnosum absq; multo adipe et pinguedine, est calidū et humidum, id est, sanguineū.

Secundum, quòd sanguinei sint uel iocantes, ut qui multa iucunditate, magnoq; iocandi lepore amicis ac familiaribus suis risum subde moueant: uel leti, hoc est, alacri & erecto animo: idq; maxime ob spirituum, qui ex sanguinei humoris benignitate procreantur, subtilitatem & perfectionem.

Tertium, quòd facetiarum, iocosarumq; fabularum, & nouarum rerum auditione, eandem ob causam, mirificè capiantur.

Quartum, quòd proni admodum sine in Venere: Nimi enim Venus ac intempestiuum eius desiderium fit ob multitudinem genituræ, quæ ex sanguinis copia potissimum nascitur.

Quintum & Sextum, quòd conuiuia appetant, uino suauiter indulgeant, & cibis gaudeant optimis atq; exquisitissimis. scilicet similibus, & quibus seruari possunt: seruantur enim similia similibus.

Septimum, quòd ridibundi sint, hoc est, facile rideant: quod Hippocratis etiam testimonio confirmatur, qui in libro de præparatione hominis, ita scriptum reliquit: Quibus concessum est puriore sanguine frui, frequenter irident, & florida facie apparent, omnes colore uenusto.

Octauum, quòd bilares sint ac leto uultu:
idq;

Edq; ob uiuidum maximè ac floridum colorem & uerustatem corporis: hæc enim omnia sanguinè qui temperatus est, consequumur.

Nonum, quòd blanda plerunq; & auditu iucunda uerba ab ipsorum ore profluant: quod & ipsum utiq; ob sanguinis benignitatem euenire putandum est. οἷα γὰρ αἰ τῶν ἀνθρώπων κρᾶσις, τοιοῦτος καὶ αὐτῶν ὁ λόγος.

Decimum, quòd ingeniosi, hoc est, artibus quibus ibet addiscendis idonei sint: nimirum ob nigorem & insitam ingenij ex sanguine uitæ, siue docilitatem Hinc etiam Hippocrates in libro de flatibus, ita scripsisse uidetur: Opinor inter omnia, quæ in corpore sunt, nihil magis ad prudentiam conferre, quàm sanguinem.

Vndecimum, quòd non facillè excandescant, præcipientesq; in iram ferantur: reprimit enim sanguinis humiditas bilis feruorem, qui ὀξύθυμία efficit. Vnde eleganter sanè flauæ bilis frenum ab Auicenna 4. 1. capite 20. dicitur.

Postremis duobus uersibus non solum ex iam dictis repetuntur quedam, sed adduntur etiam alia nonnulla.

Quorum primum quidem est, quòd sanguinei sint largi, hoc est, liberales, benefici, & ab omni auaritia alieni.

Secundum, quòd amoribus sint dediti.

Tertium, quòd hilares sint & iucundo ætoto uultu.

DE CONSERVANDA

Quartum, quòd ruidi. Quæ omnia sanguinis benignitate eueniunt.

Quintum, quòd rubei sine coloris : Humor enim cui colorem adfert , quemadmodum lib. 1. apho. comment. 2. Galenus adserit. Et Auicenna 2. 1. doct. 3. cap. 3. Color, inquit, rubeus sanguinis multitudinem significat. Quod intelligendum maxime de colore, qui ex rubeo & albo cum iucundo quodam nitore commistus sit: & non qualis in facie eorum uisitur, qui fortia potant uina, & in cibo salsis atq; acerbis ut in eorum speciebus: nempe rubeus fuscedine quadam permixtus: hic enim lepra portendit.

Sextum, quòd cantionibus & musicis delectemur harmonijs. quippe quæ & ipse, autore Theophilo Citharædo apud Athenæum lib. 14. δειπνο. perinde atq; sanguis temperator, εὐνοῖα, id est, bonos ac candidos mores pariat. Μίγας γὰρ θησαυρὸς ἐστὶ καὶ βέλαιος ἢ μουσικὴ ἅπασιν τοῖς μαθηταῖσι παιδεύεισιν. καὶ γὰρ ἦδη παιδεύει, καὶ τοὺς θυμοειδέας καὶ τὰς γνώμας διαφόρους κατὰ πρᾶξι.

Septimum, quòd sint corpulenti.

Octauum, quòd sint audaces: idq; ob sanguinis caliditatem.

Nonum, quòd sint benigni, clementes, liberales, & benefici: ratione nimirum humoris sanguinei, qui est dulcis, mitis, & benignus.

DE TEMPERATVRA CHO-
lerica, siue biliosa. Caput
LXXXIX.



Est humor cholerae, qui competit
impetuosis,
Hoc genus est hominum cupiens præ-
cellere cunctis.
Hi leuiter discunt, multum comedunt,
citò crescunt.
Inde & magnanimi sunt, largi, summa
petentes.

DE CONSERVANDA

Hirsutus, fallax, irascens, prodigus, audax.

Astutus, gracilis, siccus, croceiq; coloris.

Sie andern seind Cholerici/

Sie müen niemands Eßns baß dann sie.

Sie lernen bald e nnd essen sehr/

Sie wachsen schnell/ vnd sieh'n nach ehr/

Milde stoltz/ falsch tũ Eißch/ zornig/ Eün/

Kauch, mager/ gelb/ vnd vngesüßm.

Biliose tēperaturę notę hoc in loco tradūtur.

Ac prima quidē, quōd biliosi, siue cholericī, quos χολώδεις Gręci uocant, prompti admodum sint ad operationes: sed impetu animi potius quā cogitatione faciant omnia. Ignem enim habent calorem, qui impetum & agilitatem ad motiones pręstat. Hinc 2. 1. doc. 3. ca. 3. ita ferē ab Auicēna scribitur: Cū operationes plene ac perfecte naturali cursu procedunt, temperaturę equalitatē indicant, cū uerō ad superfluos mutatur motus, caliditatis exuperātia significatur.

Secunda, quōd ambitiosi sint & honorum cupidi, primasq; in concilijs ac consessibus expectāt cathedras, ad oq; præferri omnib. uelint: Perinde atq; ignis ipse, qui sine pondere semper euolat, excelsaq; locū sibi querit in arce. Exuperans

enim

enim ille calor animos ad insolentiam plerunq;
& arrogantiam excitat atq; inflamat.

Tertia, quòd celeris sine minus, ingenijq;
& facile discant: ob calidam nimirum & sub-
tilem cerebri substantiam, quæ formas citò ac
facile suscipit. Hinc non temerè minus acumen
& prudentiam à bilioso humore proficisci, com-
ment. 40. de natu. humana Galenus tradidit. Le-
ge plura de hoc apud eundem cap. 12. artis me-
dicinalis, & Avicenn. locò aliquoties iam ci-
tato.

Quarta, quòd edaces sint, & multiiori:
primum enim fortem habent calorem concoquen-
tem, tum ipsis etiam plus per omnem cutem dige-
ritur, & in ambientem aërem euacuatur, quàm
alijs corporibus.

Quinta, quòd citò adolescant, & corporis
incrementum consequantur: validissimum enim
habent calorem innatum: hic uerò omnes actio-
nes naturales adauget, ergo uel eam, qua corpus
ad summum incrementum (ἀκμῆν Græci uoc-
eant) perducitur. Galen. commentar. 14. apho-
li 1. & li. 5. ca. 8. de sim. med. fac.

Sexta, quòd magnanimi sint, illatasq; iniu-
riam iniquo animo strenue à se propulsare statim
conentur, idq; maximè ob caliditatis exuperan-
tiam. Parum enim ab unaquaq; re pati posse, calidi-
tatem significat, inquit Avicenna.

DE CONSERVANDA

Septima, quòd largi, benefici, ac liberales sint: præsertim in eos, unde honores se consecuturos sperant.

Octava, quòd summa petant, id est, ad summos semper dignitatum ac honorum gradus affectent uiam.

Nona, quòd sint hirsuti: Calida enim & sicca intemperies, sicut Galenus lib. 2. ca. 10. de tempera. testatur, hirsuta est: uerum ea in summo. Quippe per quam cutem diffatur semper aliquid à calido, quod secum etiam interim humoris nonnihil ad cutem aufert, unde pili generentur. Quomodo autem hæc generatio fiat, copiosè admodum ibidem docet.

Decima, quòd uersuti, fallaces, & deceptores sint.

Undecima, quòd præcipites sint in iram, acerbè nonnunquam uehementerq; excandescent, & irascantur: ob animosæ nimirum facultatis uehementiam, magnum caliditatis excessum, facilem bilis commotionem, & caloris in corde feruorem. Lege Gale. ca. 29. & 33 artis medicinal. lib. 2. ca. 16. de sanata. tuen. & in lib. de causis morbo. ca. 2.

Duodecima, quòd sint prodigi, in eos potissimum, à quibus se ad summos dignitatum gradus promouendos sperant.

Decimatertia, quòd audaces, fortes, ac a-

nimosi sint: Plurimum enim in corde caloris habent, Galeno lib. 2. cap. 12. de temperament. teste.

Decima quarta, quòd sint astuti, & hoc sanè ob flauæ bilis tum caliditatem, tum mobilitatem.

Decima quinta, quòd graciles, id est, macilemi ac rare sint corpulentie: ob exuperantem nimirum & immodicè diffusam caliditatem. Hinc magna ex parte graciles sunt biliosi. Galen. comm. 6. lib. 4. apho.

Decima sexta, quòd sicci sint, id est, macri: eadem ratione.

Decima septima, quòd crocei sint coloris, id est, pallidi aut flauis. Certissima enim succi animalis cognitio ex colore datur. Tanquam igitur corpus sicubi albius solito est effectum, pituitosum abundare succum indicat: sicubi pallidius aut flauius, biliosum: ita sicubi ad rubicundius quam pro natura est mutatum, sanguinis abundantiam subesse significat: sicubi ad nigrius, nigram superesse bilem ostendit. Ita Galen. lib. 4. cap. 7. de san. tuen. Lege eundem commen. 2. lib. 1. apho.

DE TEMPERATURA

Phlegmatica, siue pituitosa.

Cap. XC.



Phlegma dabit vires modicas, la-
tosq; breuesq;

Phlegma facit pinguis, sanguis reddit
mediocres.

Ocia non studio tradunt, sed corpora
somno.

Sensus hebes, tardus motus, pigritia, so-
mnus.

Hic somnolentus, piger, & sputamine
plenus.

Est huic sensus hebes, pinguis, facie color albus.

Phlegmatici sindt's dritt geschlecht/
 Feist vnd grob/vernehmen nicht recht/
 Sind dick vnd kurz, vnd vbn sich nicht/
 Langsam vnd faul, zu schlaffen gericht.
 Haben weißfarb/steht in nicht wol/
 Seind vnlustig vnd der speichel vol.

Hic recensentur notæ temperaturæ phlegmaticæ. Prima, quòd phlegmatici viribus sine infirmis ac inualidis: cum enim phlegma frigidissimum ac humidissimum sit omnium, quæ in animali habentur, mobilitatem caloris innati, et quæ inde oriuntur facultates omnes, magna ex parte obtundit ac debilitat, & occasione quidem frigiditatis torpidum pigrumq; corpus ad naturæ actiones omnes reddit: Humiditatis uerò ratione neruos omnes relaxat, languidosq; facit: quo fit, ut phlegmatici, in quibus hic humor præualet, in omnibus motibus uoluntarijs pigritiam sentiant.

Secunda, quòd sint lati, sed breuioris stature, ob debilitatem enim caloris innati corpus in longum extendi non potest, porrigitur ergo & in latitudinem protenditur.

Tertia, quòd pingues sint & obesi, nimirum



Restat adhuc tristis cholerae sub-
 stantia nigrae,
 Quae reddit prauos, pertristes, pauca lo-
 quentes.
 Hi uigilant studijs, nec mens est dedita
 somno,
 Seruant propositum, sibi nil reputant
 fore tutum.
 Inuidus, & tristis, cupidus, dextraeque te-
 nacis,
 Non expers fraudis, timidus, luteique co-
 loris.

Die vierde Complex Melancholei/
 Macht bößhafte, trawrig, still darbei/
 Sie wachn vnd lern/ getrawn nicht wol/
 Seind eygensins, forcht vnd neids vol/
 Seind geizig, karg, vnd nicht on list/
 Ir farb fast schwarz, vnd erdfarb ist.

*Signa melancholicæ temperaturæ hoc in loco
 referuntur. Ac Primum quidem, quòd melan-
 cholici sint prauis, hoc est, malis, feris, ac perditis
 moribus, ut qui eò mœstitiæ facîle inducantur,
 ut mortem desiderem, iugulari q; se optem, & o-
 dio prosequamur omnes quotquot uiderint. Gal.
 lib. 3. de loc. affec. ca. 7.*

*Secundum, quòd tristes admodum sint, in-
 fidias q; sibi tendi in omni uita suspicentur. Ob tur-
 bidos nimirum & tenebricosos, qui ex melanco-
 lico humore procreantur, spiritus. Quemadmo-
 dum enim puri ac tenues spiritus lætitiã, ita è
 contrario turbulenti ac crassi tristitiã cono-
 trahunt.*

*Tertium, quòd taciturni sint, & pauco-
 rum uerborum; ut enim caliditas garrulitatem,
 sic frigiditas taciturnitatem & silemium ge-
 nerat.*

*Quartum, quòd ad bonarum artium studia
 apti, habiles, atq; accommodati sint, propter so-
 litudines nimirum, & secreta, quæ serè petunt, lo-
 ca. Nam ut li. 3. epistola ultima Horatius ait:*

Scriptorum

DE CONSERVANDA

Scriptorum chorus omnis amat nemus, &
fugit urbes.

Eandem sententiam sic extulit Ovidius lib. 1.
eleg. 1. Tristium:

Carmina secessum scribemus, & ocia quaerunt.

Hinc est, quod Hippocrates de Democrito Abderita ad Philopœmenem ita scriptum reliquerit: Non insaniam, sed quandam excellentem mentis sanitatem uir ille declarat, dum neq; liberorum, neq; uxoris, neq; cognatorum, neq; rei familiaris, neq; omnino alicuius curam gerit, sed et diu & noctu apud seipsum consistit, & privatam uitam degit, plerunq; in antris & solitudinibus, aut sub arborum umbris, aut in mollibus herbis, aut apud frequentia aquarum fluenta. Contingunt igitur talia plerunq; atra bile percitis. Taciturni enim aliquando iuni, & solitarij, ac deserti amantes, & rerum familiarium conspectum auersantur, alienum putantes. Nec uerò dissimile uero est, etiam his, qui circa disciplinas uersantur, ab una erga sapientiam adfectione, alias curas exclusas esse. Lege Aristotelem problemate 1. sect. 30 Ciceronem lib. 1. Tuscul. questio. & Quintilianum lib. 10. ca. 3.

Quintum, quod breuibus admodum minimèq; profundis pertememur somnis. Nam ad somnum creandum calidum adesse humorem opus est:

est hic enim concoqui expedite potest, indeq; ad caput uapores surriguntur, à quibus subinde somnus inducitur. Quod si deest, exiguusq; humor, aut concoctu difficilis mest, somnus non oritur. Qua de causa post cibum somnolentissimi fieri ob calorem solemus. Melancholicos uero & uehementer estuantes insomnia tenet. Alteros, quia r. frigeratus humor penitus est. Alteros, quia nullus est, aut certe minimus. Horribilia etiam uisa melancholicis per quietem obijciuntur, quibus maturius è somno excitantur. Galen. lib. 1. cap. 8. de sympt. causis. Et Cælius Rhodiginus lib. 16. ca. 36. & 37. lect. antiq.

Sextum, quòd constantes ac stabiles admodum sine in rebus gerendis, egerimeq; dimouentur ab eo quod inueni semel hæserit, adeoq; difficulter etiam si quando offendantur, in ueterem gratiam restitui possint. Et hoc certè siccitatis occasione: quæ non sinit propositum facile immutari.

Septimum, quòd nil sibi tutum fore putent, eoq; semper timeant: Hinc est quòd Galenus lib. 2. ca. 7. de sympt. causis ita scriptum reliquerit. Illud quod ab Hippocrate perhibetur, omnibus melancholice specibus commune esse uidetur. Si timor & mæstitia multo tempore duram, melancholicum eiusmodi symptoma est. Sunt enim omnes sine causa mæsti. Nec si roges quamobrem

lib. 6. aph. 23.

DE CONSERVANDA

mœreant, reddere causam possint. Timent autem eorum nonnulli, tum mortem, tum alia quæ minimè sunt timenda. Non desunt & qui mori uehementer expetant. Ceterùm quòd ex atrabile, cùm principium rationalis animæ occupauit, timor, mœrorq; ac mortis expectatio accidant, nihil mirum: Siquidem etiam eorum quæ extra corpus sunt, nihil uidemus quod nos perinde terreat ac tenebræ. Ergo cùm tenebræ rationalis animæ parti sunt circumfusæ, necesse est hominem timere: ut qui semper unà cum corpore suo timoris causam circumferat. Quod enim nobis extrinsecus fit, altissimis tenebris circumdatum nobis aërem ad tempus aliquod occupantibus, id melancholiæ uitio laborantibus, ab interno, & ipso corpore coningit: scilicet uel ipsa nigra bile cerebrum occupante, uel aliqua melancholici halitus exhalatione, ueluti in morbo quem flatuosum & hypochondriacum uocant. Idem libro tertio, capite septimo, de locis affect iam citatam sententiam ijs ferè repetit uerbis. Differunt autem inter se melancholici. Nam omnes timent, mœrent, uitam damnant, odio habent homines, sed non omnes mori cupiunt. Etenim hoc ipsum nonnullis melancholiæ caput est, quòd mortem pertimescunt. Quosdam etiam alieno admodum, atque extraneo uidebis animo: utpote qui simul & mortem

metuant,

metuant, & tamen mortem sibi consciscant. Proinde rectè uidetur Hippocrates omnia ipsorum accidentia in duo hæc coëgisse, metum, & mæstitiam. Mæstitia nimirum eos inducit, ut odio prosequamur omnes, quotquot uiderint, nunquam non tristitiam præ se ferentes: ac terrentur, ut in tenebris pueri, atque ex adultis indocti. Sanè quemadmodum externe tenebræ omnibus ferè hominibus pauorem inducunt, nisi uel audaces admodum uel ed. Et fuerint: sic atra bilis color, membris sedem tenebris similem reddens, timorem efficit. Etenim summis tum medicis, tum philosophis in confesso est, & humores, & omnino corporis temperantiam animæ actiones uariare posse. Postremis duobus uersibus repetimur quedam ex iam dictis, & adduntur nonnulla alia.

Primum, quòd sint inuidi: Est enim inuidia tristitiæ species.

Secundum, quòd tristes.

Tertium, quòd auari.

Quartum, quòd tenaces.

Quintum, quòd fraudulentum.

Sextum, quòd ualdè timidi.

Septimum, quòd lutei, id est, terrei, siue fuscicoloris sim: Color enim purè fuscus, qui uiriditati propinquus est, melancholiæ do-

DE CONSERVANDA

minium ostendit, teste Rhaze lib. 1, cap. 1. ad Almanforem.

DE COLORIBVS.

Cap. XCII.

HI sunt humores, qui præstant cuique colores.

Omnibus in rebus ex phlegmate fit color albus.

Sanguine fit rubeus, cholera rubea quoque rufus.

Indicia redundantis

sanguinis.

Si peccet sanguis, facies rubet, extat ocellus,

Inflantur genæ, corpus nimiumque grauat,

Est pulsusque frequens, plenus, mollis dolor ingens,

In primis frontis, fit constipatio uentris,

Siccaque lingua, sitis, sunt somnia plena rubore,

Dulcor adest sputi, sunt acria dulcia quæque.

Den farbn da ist gesaget von/
folgn nach die vier Complexion/

Das

Was du aber wissen mügest/
 Wenn du dir die ader schlägest/
 Mercke so des gebürs ist vil/
 Daß es ein außgang haben wil/
 Das zeigt des angichts rdt vnd schwellst/
 Des vollen/ weichen vnd springendi puls/
 Es beschwert den leib/ die augn zutreibt/
 Machet hauptwehetag/ vnd hart im leib/
 Es ist kein tranck der den durst büß/
 Dir treumt von blüt/ der speichl ist süß.

Hic cuiusq; temperaturæ ex coloribus indicia præscribuntur. Phlegmatici enim coloris sunt albi: biliosi, pallidi siue flui: sanguinei, rubri: Melancholici uerò fusci: qui proprie, Galeno li. 14. ca. 9. Therapeu. meth. teste, color est inter rubrū & nigrum medius. Sed de his omnibus in præcedentibus satis iam dictum est.

Secundo loco tredecim traduntur notæ redundantis sanguinis

Prima, rubor faciei: ob ascensum enim sanguinis, omnia quæ circa caput sunt, rubicundiora apparent.

Secunda, oculorum prominentia: calor namque exuberantis sanguinis ipsos dilatat ac flatu distendit.

Tertia, genarū inflatio: cuius eadē est ratio.

Quarta, uniuersi corporis cum distensione grauitas: Natura enim, cum contentū humorem

DE CONSERVANDA

moderari nequeat, corpusq; multitudine grauatatum sustinere minus ualeat, supplantatur ac deijcitur.

Quinta, pulsus creber: propter caliditatem, quæ sanguinis multitudinem sequitur.

Sexta, pulsus plenus: ob caliditatem & humorum usporum copiam.

Septima, pulsus mollis: nimia enim sanguinis exuberantia arterias emolliumur.

Octaua, dolor capitis, & maximè quidem circa frontem: ob sanguinis in plexu reticulari, ut quibusdam placet, augmentum.

Nona, ueris constipatio: nimia enim caliditate feces exiccantur & indurantur.

Decima, siccitas lingue: ob eandem causam.

Vndecima, uehementia sitis: orificium enim stomachi præ nimia caliditate exiccatur.

Duodecima, somni plena rubore: Nam quæ in somnis uisuntur, atq; putantur, magna ex parte corporis affectionem, humorumq; naturam, plenitudinem, defectum, ac qualitatem testantur. Nam qui ægrè se moueri putant, aut graui onera portare, aut in ea re impedi quæ se efficere somniant, animalè facultatem ex plenitudine, aut crassitie, aut uiscositate humorum, deprauatè habere cõijciendū est. Contrà qui se uel uolare, uel currere ocysimè credunt, humores paucos eosq; leues nimicq; excrementosos habere uerisimile

uerifimile est . Et qui nocturnas Veneris imagines patimur , genitali semine abundare . Ad eundem modum qui in locis fœtentibus , sordidis , ac immundis se uolutari putant , illos in corpore materiam putrem , corruptamq̃ , ac grauiter olemem habere suspicio est , quemadmodum contra qui in locis odoris se esse autumant , materiam probam , suauiterq̃ olentem , & cui accensus ignis apparet , hunc à flaua bili infestari . Cui uerò fumus , aut caligo , aut profunda tenebræ , ab atra bili : Imbres autem frigidum humorem abundare testantur , nix uerò & glacies , & grandæ , frigidam pituitam . Gallorum gallinaceorum cristas habere , aut rufam quædam , sanguinem exuperare . Luctatorem qui sibi uisus fuit in sanguinis folio stare , & uix supereminere , multo sanguine abundare Galenus coniecit , & euacuatione opus habere . Hæc ferè Galenus comment. 3. in lib. 1. epidemio aphor. 1. & in libello de diuotione ex insomnijs . Legit & Rhazen lib. 2. ca. 24. ad Almanfo . & Auicennam 2. 1. doct. 3. capite 7 .

Decimatertia, dulcedosputi: propter sanguinis dulcedinem. Rhazes lib. 2. cap. 20. ad Almanforem.

Indicia exuberantis Cholerae,
sive flauæ bilis.

DE CONSERVANDA

Accusat cholera dextræ dolor, aspe-
ra lingua,

Tinnitus, uomitibusq; frequens, ut gilan-
tia multa.

Multa sitis, pinguisq; egestio, tormina
uentris.

Nausea fit, morsus cordis, languescit
orexis.

Pulsus adest gracilis, durus, ueloxq;
calescens.

Arer, amarescitq;, incendia somnia fin-
git.

*Legit de his omnibus Rhazen lib. 2. cap. 9.
ad Almanforem, & Auicennam 2. 1. doct. 3.
cap. 7.*

Indicia redundantis

Phlegmatis.

Phlegma supergrediens proprias in cor-
pore leges,

Os facit insipidum, fastidia crebra, sali-
uas.

Costarum, stomachi, simul occipitisq;
dolores.

Pulsus adest rarus, tardus, mollis, quo-
que inanis.

Præcedit

Præcedit fallax phantasmata somnus
aquosa.

Rhazes lib. 2. ca. 23. ad Almanforem, & Auicenna 1. 1. doct. 3. ca. 7.

Indicia abundantis Melancholiæ.

Humorum pleno dum fæx in corpore regnat,

Nigra cutis, durus pulsus, tenuisq; urina.

Sollicitudo, timor, tristitia, somnia teretra.

Coalescunt ructus, sapor & sputaminis æquè,

Leuaq; præcipuè tinnit uel sibilat auris.

Rhazes lib. 2. ca. 22. ad Almanfo. & Auicenna 2. 1. doct. 3. ca. 7.

DE PHEBOTOMIA, AC

primò quidem de ætate phlebotomie. Cap. XCIII.

Denus septenus uix phlebotomon petit annus.

DE CONSERVANDA



Spiritus uberiorq; exit per phlebotomian,

Spiritus ex potu uini mox multiplicatur,

Humorumq; cibo damnum lentè reparatur.

Lumina clarificat, syncerat phlebotomia

Mentes & cerebrum, calidas facit esse medullas.

Viscera purgabit, stomachum, uentremq; coërcet,

Puros dat sensus, dat somnum, tædia tollit.

Auditus, uocem, uires producit & augeť.

Vor sibenzen jarn nicht adern laß/
Die lebendig Krafft entgehe durch das/

Die

Die doch der wein bald widerbringet/
 Mit weicher speiß dir auch gelinget/
 Das ader lassn istn augn nicht arg/
 Scherpfen hirn vnd nüt/vnd wermbt das
 marck/
 Es hilfft die därm vnd schleußt den magn/
 Den leib, thut auch vnlust verjagn/
 Mach: süßen schlaff vnd reyne sinn/
 Hilfft ohren vnd kreffte/gibt gute stumm.

De uenae sectione, quam φλεβοτομία Græci uocant, iam agitur: Ac primò quidam huic rei ac commodata ostenditur ætas, annus nimirum decimus septimus, uel, ut alijs placet, decimus quartus: Pueris namq; usq; ad quartumdecimum ætatis annum sanguis mittendus non est. Carnem enim habent teneram & facile perspirabilem. Quod Galenus lib. 9. ca. 17. metho. meden. ijs testatur uerbis: Puerorum, inquit, substantia omnium facillime digeritur, ac dissipatur, propterea quòd est omnium humidissima. Nullius uerò que frigidissima existit. Quo minus uacuanus presidij eget, cum habeat ex seipsa unde naturaliter uacuetur. Idem etiam lib. 11. ca. 14. eiusdem operis de synocho loquens confirmat. Si in puerum incidat, qui quartumdecimum annum hactenus non attingit, nulli illi sanguis non debet. propterea quòd tantillus, eum præsertim calidi ac
 bumidi

DE CONSERVANDA

humidi sint, plurimum corporis substantiæ quoad tidie defluat, ac digeratur. Ita quòd ex incidenda uena moliendum nobis fuerat, id ultrò nobis ex curati corporis natura præstat. Quamquam Auenzoarus memoriæ dederit, se filiolo trimo uenam dissecauisse, atq; hunc à morte tali remedio liberaisse. Quòd si corpus decimumquartū annum excesserit, æstimandū est qualisnam eius natura sit, num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an eotrà. Atq; ita in priori misisionem sanguinis adhibebis: in secunda æquāquam. Senibus quoque post septuagesimum annum, si multi sanguinis fuerint, uiresq; robustas habuerint, ac morbus ita iubeat, uenam secabis. Quòd si in hac ætate constitutis, uires parum ualide sint, & sanguine non admodum abundent, in totum ab huiusmodi euacuatione arcendi sunt. In his enim cum, Galeno lib. 4. ca. 10. de sanatat. tuen. teste, sanguis bonus exiguus sit, crudi uerò humores plurimi, incisa uena bonum sanguinem emittit: malum qui in primis maxime uenis circa iecur, & quod mesenterium uocant, colligitur, in totum attrahit corpus.

Secundo loco unicum innuitur ex phlebotomia incommodum: nempe quòd uberior per ipsam exhaletur spiritus. Quod certè Galenus in libello de scarificatione ijs ostendit uerbis: Venam incidere sepe in anno, minime commodum puto.

puto. Nam unà cum multo sanguine vitalis spiritus excernitur. Hoc autem frequenter consumpto, & tota corporis molles perfrigeratur, & omnia animalia opera peius fiunt. Frequenter igitur uenæ sectio maturam senectam, & hanc morbis grauioribus obnoxia reddit. Cuiusmodi sunt cachexia, hydrops, arthritis, tremor, paralysis, & apoplexia. Impensius enim refrigerato natio calore, humidoq; primogenio imminuto, uiscera languescunt, cruditas dominatur, quæ tot malorum causa fit atq; origo.

Tertio uersu traditur remediū reparandorū spiritūū, potus nimirum uini. Hoc enim ex omnibus celeriter ac subito nutrimentis, uelut supra ca. 8. & 11. ostendimus, principem obtinet locū. Quis ex cibo quoq; ut quarto docetur uersu, spiritus recuperantur, sed lenè, hoc est, tardius. Vbi sciendum cum primis, quòd exhibendus sit à uenæ sectione cibus concoctu facilis, optimi succi, ac plurimi nutrimenti, uelut oua sorbilia, & eiusmodi. Eo moderatius tamen, ut li. 7. ca. 21. ad Almansorem Rhazes præcipit, primo ac secundo die utendum est, quippe concoctoria facultas sanguinis educatione debilis, multum superare cibum nequit. Hinc Isaacus in dietis ita fermè scriptum reliquit: Cibus ipsi minuendus, sed potus augendus, respectu nimirum cibi, & non consuetudinis: imò uerò quàm ante phlebotomiam unius bibendum

DE CONSERVANDA

dum est, quòd uirtus concoctrix debilior adhuc sit, quàm ut copiam eius ferat.

Quarto decim loco undecim moderatæ atq; tempestiuæ phlebotomiæ enumerantur cõmoda.

Primum, quòd uisus aciem robores, clariorremq; reddat: immittitis enim & detractis per phlebotomiam humoribus, quorum effumatione oculorum claritas obscurabatur, uisus necessariò roboratur ac reficitur.

Secundum, quòd cerebrum expurget, integritatem menti restituat, & ingenij excitet aciem: idq; consimilem omnino ob causam.

Tertium, quòd medullas excalfaciat: superfluas namq; humiditates, quarum confluxu infrigidantur, absomit.

Quartum, quòd uiscera, id est, interiora expurget: leuata namq; quæ corpus nostrum regit natura, exonerataq; sanguine, quo uelut sarcina premebatur, haud egrè crudos in interioribus detentos humores concoquit & euincit.

Quintum, quòd uomitus & alui profluuia cohibeat: humores enim ab interioribus ad externas reuellit partes. Hinc ab Auicenna 4. l. ca. 20. ita scriptum est: Phlebotomia propterea quòd ad diuersum trahit, naturam secundum plurimum retinet. Vbi tamen silentio prætereundum non est, quòd in alui profluuio cubiti uena incidenda ueniat: ut quæ citissime conspicuam

nonnumquam

nonnunquā adferat utilitatem, quòd si contrà seces, nempe in pede, nihil omnino profuerit. Accidit tamen aliquando, ut aluus uenæ sectione fluida magis fiat, idq; duobus maximè modis. Vno quidem, quòd naturæ onere per phlebotomiam sublato, uirtus roboretur, adeoq; alias haud raro incitet euacuationes. Altero uerò, quando alui profluuium oritur ex retenericis facultatis imbecillitate. Ea enim uenæ sectione augetur: quo fit, ut uenter magis proritetur.

Sextum, quòd sensus efficiat puriores: euaporationem enim ad caput, unde sensus turbantur, imminuit.

Septimum, quòd immodicis conferat uigilijs: siquidem humorum exundantiam, unde acres subinde atque diuersi sursum feruntur fumi, somnumq; impediunt, euacuat.

Octauum, quòd tædia, id est, nimiam corporis grauitatem, segnitiamq; , siue lassitudinem tollat, leuat namq; quæ corpus nostrum regit naturam, exoneratq; humorum multitudine, quibus uelut onere quodam grauisimo premebatur. Melancholia quoq; , quæ præcipua quedam tædiolorum ac grauitatum causa existit atq; origo, unà cum sanguine educitur, quippe sex eius est & sedimentum.

Nonum, quòd audiendi difficultatem corrigat: imminuit enim redundantiã humorũ, unde crassi

DE CONSERVANDA

crassi ac flatuosi sursum euecti spiritus auditorios obturant meatus.

Decimum, quòd uoci conferat: subtrahit namq; superfluas humiditates, quibus uocalis arteria immodicè irrigata raucas edebat uoces.

Vndecimum, quòd uires reficiat augetq; siquidem corpore humorum exonerato multitudo dnc, uires recreantur & augentur.

QVIBVS MENSIBVS CON-
ueniat, quibusue noceat phlebotomia. Cap. XCIIII.

TRes infunt istis, Maius, Septem-
ber, Aprilis,
Et sunt Lunares, sunt uelut Hydra
dies.

Prima dies primi, postremaq; postero-
rum,

Nec sanguis minui, nec carnibus anse-
ris uti.

Sit senium atq; iuuenta licet, si sanguis
abundat,

Omni mense probè confert incisio ue-
næ.

Hi sunt tres menses, Maius, September,
Aprilis,

In quibus eminuas, ut longo tempore
uiuas.

Dee

Der Meye/Meymon/vnd April/
 Sein erwelt, wer da lassen wil/
 Wie wol ein stlich hat einen tag/
 Darin ich ganz nicht lassen mag/
 Seinde jung oder alt von vil geb.üto/
 Im ist all mon ein lassen nütz.

Tria hoc in loco traduntur.

Ac primum quidem, quod tres menses sint lunares, nempe Maius, Aprilis, & September, ipsiq; dies quidam insint, quibus uenam incidere nefas habeatur: Maius scilicet primus, & reliquorum trigesimus. Idq; uulgo quidem ita creditur, cum reuera fictum, atque à ueritate alienum sit. Siquidem & his ipsis diebus, modò constellatio non deterreat, uenam secare nihil impedit. Vanum item ac errore plenum est, & quod de anserum esu subiungitur, magisq; sortilegio tribuendum, uel tractum fortè à ludæorum consuetudine.

Secundum, quod senibus equè atq; iuuenibus, singulo quoq; mense, modò in uenis sanguis abundet, ac morbus ita iubeat, sanguinem subtrahere fas sit: ut in quibus non facile digeratur dissipeturq; substantia, & boni sanguinis adsit copia.

Tertium, quod phlebotomia pro conseruanda sanitate administranda sit in aliquo horum

DE CONSERVANDA

trium mensium: in Aprili scilicet, aut Maio, aut Septembri: differenter tamen. In Aprili enim ac Maio, iecoraria incidenda uenit, ob exundantem nimirum sanguinis copiam: est enim tempus uernum. In Septembri uerò lienaris: siquidem per id tempus, cum sit autumnale, atra bilis nonnullis plus cæteris colligitur.

DE IMPEDIMENTIS PHLEBOTOMIÆ. Cap. XCV.

FRigida natura, & frigens regio, dolor ingens,

Balnea, post coitum, minor ætas, atque senilis,

Morbus prolixus, repletio potus & escæ.

Si fragilis, uel subtilis sensus stomachi sit.

Et fastiditi tibi non sunt phlebotomandi.

Zuß; welffrey ursach lassen meid/
 Balt complex/ Balt ort oder zeit/
 Das badt/ vnkeusch/ vnd lange feucht/
 Nach füllen/ mich lassn schendelich deucht/
 Zu alt oddr jung vnd schwacher Krafft/
 Vnd den verdrossenheit behafft/

Oder

Oder des magen nichto leiden Fan/
 Sol das lassn ontetwegen lan.

Duodecim hic recer sentur impedimenta phlebotomiae.

Primum, frigida hominis natura: quippè que uenæ sectione augeatur. Fundamentum enim caloris innati sanguis est: hoc igitur per phlebotomiam imminuto, & calorem innatum imminui, totumq; corpus grauius refrigerari, necesse est. Galen ca. 5 de curan. rat. per sang. missio.

Secundum, regio imper se frigida: Hac enim largam uacuationem, qualis phlebotomia est, haud sustinet: quòd corpus, detracto cum sanguine natio calore, satis antea refrigeratum, magis subinde refrigeret. Præterea nec calida nimis regio uenæ sectionem tolerat. quòd sua caliditate uires dissoluat, ac humores discutiat. Tempus etiam anni in mittendo sanguine expendendum, num scilicet calidum sit, aut frigidum. In frigido enim tempore corpus refrigeratur, ideòque sanguinis missionem impedit. Quid enim atinet corpus antea abundè satum refrigeratum, sanguinis detractioe magis refrigerare? In calido tempore improbè uacuati syncope & resolutione intereunt. Quippè calor ambicnis è corpore foràs euocatum spiritum digerit, resiccatq; corporis habitum, & imbecilliorè reddit. Quocirca tum

DE CONSERVANDA

omnino à sanguinis missione abstinendum erit. Quod Galenus lib. ii. cap. 14 metho. meden. ijs uerbis confirmat: Et omnino quidem non mittes in tempore æstatis, & regione æstuosa, & cœli statu calido ac sicco. Proinde eadem est temporis, quæ regionis conditio.

Tertium, dolor ingens: sub quo & nimia corporis inflammatio comprehenditur. In his enim secta uena multam seditionem, & agitationem in humoribus excitat: phlebotomia nimirum attrahente ac uacuante humores, dolore uerò atq; inflammatione contrarietibus, adq; se rapientibus. Siquidem dolor omnis et calor attrahunt, influxumq; humorum efficiunt: quo fit, ut inflammatio augeatur, & natura magis debilitetur. Et hoc quidem ubi temperatior & artificialis fuerit phlebotomia. Si uerò aceruatim, uel ad animi deliquium usq; fiat, in prædictis casibus plurimum adfert emolumentum. Quippe hoc præsidio seruens sanguinis copia in maximis inflammationibus educitur, & laborans phlegmone pars refrigeratur. In uehementissimis autē doloribus idèò sanguinis missio confert, quòd sanguinis confluxum, dolorem rescindendo, inhibet. Accedit, quòd exeretoria facultas causam dolorem excitantem eijcere properans, phlegmonem interdum excitet. Quum enim primis suis conatibus nihil profecit, uehementius aggressa
quod

quod infectat expellere, sanguinis aliquid ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit, ut copiose libro 13. methodi meden. capite 3. Galenus ostendit. Quapropter ne id accidat, sanguinem mittere expedit. Et hæc fuit intentio Galeni comment. 23. libro 1. aphorismo. ubi sic scriptum reliquit: In ardentissimis febribus si usq; ad animi defectiorem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, et febris extinguitur. In maximis uerò doloribus nullum maius noui remedium, quàm usq; ad animi defectiorem euacuare. Lege plura apud eundem libro 9. methodo. med. capite 4. & in libro de curan. rat. per sang. missionem. capite 11. & Leonhartum Fuchsium capite 28. methodi perueniendi ad medicinam.

Quartum, balneum: & maximè quidem διαφοριστικόν, id est, resolutiuum. Hoc enim, cum Galeno in libro de utilitate respirationis capite 7. teste, spiritus ex toto corpore euacuet, adeoq; uires debilitet, phlebotomiam impedit. Nam plurimum & repemè euacuare periculosum est, inquit Hippocrates libro 2. aphorismo 51.

Quintum, coitus: post quem prohibetur in eis uena, quòd is corpus iam dudum plus æquo excalfeceat, uires deiecerit, ac debilitarit. Porro quoniam modo Venere uires dissoluantur,

DE CONSERVANDA

disertè admodum Galenus libro 1. de semine, cap. 25. ijs demonstrat uerbis: Circa tempus, inquit, coarbitus est stes ex uenis seminarium humorem, quantum eius in ipsis continetur, trahunt. Est autem modicus hic, & ad roris similitudinem sanguini amixtus: huiusmodi autem illæ opus habent. Violenter igitur eo, per testiculos uelut potentiore facultate præditos quàm uene sunt, detracto, uene ipse rursus à suprapositis reuellunt, hæ uerò rursus ab his quæ demceps sitæ sunt, deinde hæ rursus à uicinis, atque hoc fieri non cessat, donec ad omnem corporis particulam transsumptio perueniat, adeò ut omnes totius animalis partes proprio alimento euacuentur. Reuellit enim semper id quod perfectè est euacuatum, ab eo quod plus habet uelut uolenter eripiens. Hoc igitur quum semper fiat, & omnia uelut in choro inter se mutuo participant, in tantum sanè omnia uasa ac partes totius animalis euacuari necesse est, donec fortissima ex omnibus pars expleatur. Neque uerò solam seminariam humiditatem ab omnibus animalis partibus auferri conueniet hoc tempore, sed etiam spiritum uitalem. Nam & hic ex arterijs unàcum seminali humiditate euacuatur. Quare nihil mirum est, immoderato coitu utentes imbecilliores reddi, à toto corpore utroque syncerrissimo ablato,

accedente

æcedeme insuper uoluptate, quæ ipsa per se sufficiens est uitalem firmitatem dissoluere, adeò ut iam quosdam ex nimia uoluptate ac iucunditate mortuos esse constet. Quæ omnia Marsilius Ficinus lib. 1. de sanitate tuen. ca. 7. ijs etiam confirmat uerbis. Veneris, inquit, coitus si uel paululum uires excesserit, subito exhaurit spiritus, præsertim subtiliores, cerebrumq; debilitat, labefactat stomachum atq; præcordia, quo malo nihil ingenio aduersius esse potest. Curnam Hippocrates coitum comitiali morbo similem iudicauit? nisi quia memem, quæ sacra est, percellit, tamumq; obest, ut Auicenna in libro de animalibus dixerit: Si quid spermatis supra quam natura tolcret, coitu profluat, obesse magis, quam si quadrages tamundem sanguinis emanarit, ut non iniuria prisce Musæ atque Minervæ uirgines esse uoluerint. Plura de hoc lege apud Galenum capite 86. artis medicinal. Paulum Aeginetam lib. 1. cap. 35. & Aëtium lib. 8. cap. 8.

Sextum, ætas, uel maior uel minor quam phlebotomia requirit: qualis est infantiæ, & senij. Horum omnium meminit Auicenna 4. 1. cap. 20. in eum fermè modum scribens: Cauere debes à uenæ sectione in complexione uehementis frigiditatis, & in regionibus fortis frigiditatis

DE CONSERVANDA

tatis, & in hora fortis doloris, & post balneum
 reiolutiuum, & post coitum, & in etate, quæ
 est minor 14. annis, quanto plus poteris, & in
 etate senum quanto magis poteris: nisi in figu-
 ra confusus fueris, & in soliditate musculorum,
 & uenarum amplitudine, & earum repletione,
 & colorum rubidine: hos namq; ex adolescenti-
 bus, & senibus phlebotomare audebis. Adole-
 scentes tamen secundum ordinem ad phleboto-
 mandum paulatim prouehere debes cum pauca
 nutritione.

Septimum, morbus prolixus: uirtus enim
 temporis tractu exoluta non tolerat uenæ sectio-
 nem, ut quæ à morbo plus satis iam debilitata
 phlebotomia faciliè exhauriretur. Galenus de
 curaturat per sang. nuß. cap. 20. Idem Auicen-
 na etiam loco citato confirmat. In corporibus,
 in quibus, quæ prolixas perpeffa sunt egritudi-
 nes, abstinendū à uenæ sectione, nisi sanguinis af-
 fi. erit corruptio, quæ ad hoc te perdat: quo-
 nam tunc sanguinis subtractione uteris.

Octauum, nimia potus repletio.

Nonum, l'ingor cibi u'gestio: sub qua incō-
 eotio, siue cruditas etiam comprehenditur: cau-
 sa horum omnium est, ut ex Auicenna i. i. doc. 6.
 ca. 3. colligitur, quæd tria sine materiam attra-
 hentis, loca scilicet manita, membrorum calidi-
 tas, ac totius corporis habitus. Sanguis igitur si

si

sic affectus mitteretur, uena proprio & commo-
do destituta nutrimento, quod nondum in uentri-
culo ac hepate concoctum est, attraherem. Hoc
itaq; in membris raptum non corrigeretur. Siqui-
dem tertia concoctio, ut Galenus autor est, non
emendat erratum secundæ, nec secundæ primæ.
Atq; interim excrementorum copiam in corpo-
re, ac inde tandem egritudines prouenire neces-
se est. Tamen igitur tempore differenda est phle-
botomia, quantum satisfacere tum ad eorum con-
coctionem, tum ut excrementa descendant, uide-
bitur.

Præstiterit tamen in intemperantibus, uino-
sisq; ac uentri gulaq; deditis, ut ca. 6. libri de cu-
ran. rat. per sang. müss. Galeno uisum est, à uene-
sectione in totum abstinere: ut quos neq; purga-
tione, neq; sanguinis müssione magnopere adiuue-
ris. Nam per uitæ intemperantiam, crudorum
humorum copiamocijsimè colligunt: uerùm his
ne manum quidem admouere tentandum est.
Quorsum enim attinet, apud uulgum infamare
presidia, que multis fuere salutis? Galen. lib. 11.
ca. 9. metho. meden.

Decimum, fragilitas, id est, debilitas uirtu-
tis: quippe sanguine müsso uirtus semper ijs extre-
mè concidit, nec postea reuocari, recolligiq; pos-
test. Galen. ca. 6. de curan. rat. per sang. müss.
& lib. 11. ca. 14. meth. med.

DE CONSERVANDA

Vndecimum, os uentriculi supra modum sensile: sub quo imbecillum etiam comprehenditur, & quod amara bili redundat: ob hæc enim multi in uenæ sectione ante iustam uacuationem per initia statim animo destituuntur.

Porro os uentriculi magno sensu præditum esse, ex eo maximè conijcitur, inquit Auicenna, quòd acria mordaciaq; citra offensionem non facillè transglutiat. Imbecillitatem arguit deiecta cibi potusq; appetemis: Amara uerò bilis redundantiam, oris amaritudo, nausæq; perseverantes, & bilis frequentiores uomitus ostendunt. Hæ itaq; indicationes à sanguinis subtractione dehortantur. Siquidem humores uenæ sectione exagitati sic affectis ad os uentriculi haud rarò, ceu ad consuetum locum confluunt: sed cum id membrum debilius iam sit, quàm ut tali humorum confluxui resistat, multa omnino sanguinis missione contrahunt mala. Et hæc una causa est, cur multi ex ipsis animo linquantur. Bilis namq; in stomachum refusa, morsu suo cor nonnunquam ac cerebrum eius *συμπαράδειπν*, id est, consensum, trahit, syncopenq; parit, quandoq; uerò subitam etiam adfert mortem. Galenus libro 9. cap. 5. metho. meden. & Auicenna loco citato.

Duodecimum, nausæa: in hac enim si sanguis mitteretur, uenæ exhaustæ prauam illam ac
nauseosam

nauseosam ad se facile attraherent materiam. Neq; ob dictas solum causas, sed ob alias etiam nō paucas à phlebotomia interdum abstinemus.

Ac primò quidem ob αἵμορροϊδῶν mensiumq; fluxum. Quod certè Galenus lib. 9. cap. 9. metho. meden. ijs inuere uerbis uoluit: Si tempore, inquit. mittendi sanguinis menses moueri conigerit, siue etiam hemorrhois sit reclusa, si infecto fluens impetu, ipse satis fore uidebitur qui solus, quod requiris, uacuet, nature rem omnem permittes: sin minus, tantum ipse detrahes, quo ex contunctis ambobus perficiatur quod postulas. Nonnunquam tamen reuulsiōnis etiam causa in immodicis sanguinis è naribus, utero, scede, aut thorace, eruptionibus, uenæ sectio citissimè conspicuam adfert utilitatem.

Deinde ob corporeæ constitutionis raritatem, hoc est, humidam calidamq; temperaturam. Eius enim substantia celerrimè in ambientem dissipatur, aliàs in halitum sensibilem, aliàs in perspirationes, quæ usum fugiant, sed ratione deprehendantur. Itaq; etiam huius causa aut prorsus uenam non secabimus, aut parum detrahemus. Gale. lib. 9. cap. 17. metho. med.

Tertiò, ob lentorem ac cruditatem humorū: Hæc enim uenæ sectio augetur. Vnde in diutinis morbis sanguinis missione utendum non est: ne cruditas scilicet augeatur, uirtus debilitetur.

DE CONSERVANDA

Et morbus eousq; producat, ut nequaquam postea curari queat. Hinc precipit Auicenna, ut in morbis chronicis pharmacia uenae sectione praemittatur, et non contra, licet utraq; opus habeant egrotantes.

Cruditatis porrò humorum duabus potissimum de causis accidere solet. Primum quidem ob aggrauantem humorum copiam: quae innotatum calorem uelut suffocando in tantum debilitat, ut ipsos eumicere postea nequeat. Et in hac phlebotomia uti licet, quemadmodum id ipsum Alexander Trallianus lib. 9. ca. 2. in curatione Anasarcae ijs confirmat uerbis: Omnium curatio à uacuatione incipienda est, sed Ascitis quidem dicti, aut Tympania à sola purgatione. Cui autem Anasarca nomen est, ea uenae sectionem interdum requirit, ut quae ex sanguine frigido nascatur. Ac frigiditatis quidem ratione illa non indiget, sed quoniam copiae detractio naturam leuat, ut haec minorem illam effectam facile superet, non alienum, sed rationi consentaneum est hic quoq; uenae sectione uti. Videmus enim quòd etiam ignis externus, cum à lignis uiridibus propemodum extinguitur, refocillatur rursus, si illa, quae ipsum suffocabant, auferantur. Deinde uero ob calorem innotati debilitatem, ut in hominibus frigidae naturae, quales à diutino morbo conualescentes cum primis sum, et senes. His phlebotomia ex u-

su non est. Subtracto enim sanguine, qui fons
nativi caloris ac vite thesaurus est, necesse est,
ut corpus uehementius refrigeretur, humorumq;
cruditas augetur. Sanguis igitur ipsis, ut humo-
res conuoquat & euacuat, relinquendus est.

Quinetiam post χολέξαρ, diutinos uomitus,
διάρροιαρ, inedia, uigilia, labores uehemen-
tiores, & uno uerbo, post omnia quae corpus im-
pensius calfaciunt, exiccantq;, ac uires dissol-
uunt, à uena sectione abstinentum, ut copiose
admodum docet Rhazes libro 7. cap. 21. ad
Alman.

QVAE CIRCA VENAE
sectionem obseruanda. Ca-
put XCVI.

HAec facienda tibi, quando uis
phlebotomari,

Vel quando minuis, fueris uel quando
minutus.

Vinctio, siue lauacrum, & potus, fascia,
motus.

Debent non fragili tibi singula mente
teneri.

Wilsu lassen / ehüs langst vom bad /
Gehc vor und nach ist auch nie schade.

Gedenck

DE CONSERVANDA

Gedenck dabei auff gūten wein/
Die bind vnd salb auch da sol sein.

Quinque in sanguinis missione obseruanda esse hoc loco traditur: & ex ipsis alia quidem prius quàm uena tundatur, quædam interea dum sanguis emittitur, nonnulla uerò eo iam subtracto.

Primum, unctio: aliàs enim membrum incidendæ uenæ oleo irrigatum fricamus, ut tempore eius sanguis reddatur fluxilis: Interdum ipsi etiam φλεβοτόμῳ, siue scalpello olei nonnihil allinimus, ut insensibilem dolorem mitiget. Quandoq; uerò & uulnere olei cuiuspiam paruum illumus, quo nimirum cicatrice tardius obducatur, humoresq; in uenis relictæ liberius expirent, & maligni discuiantur.

Secundum, potus: & præcipuè quidem uini. Hoc enim cum in ipsa sectione, si syncope obuenerit, tum post eam etiam ad boni sanguinis generationem, spirituumq; recuperationem conuenientissimè exhibetur. Suprà ca. 8 & 10.

Tertium, lauacrum, id est, balneum, quo certè per bîdium aut triduum ante & post sanguinis missionem uti conceditur, nequaquam uerò eodem die: Ante quidem in illis, quos crassorum humorum copia aggrauari suspicio est: hos enim balneum incidit, mobilesq; facit, ob eandem etiam

etiam causam paululum dimoueri a me phleboto-
miam conuenit, & assumere nonnihil Syrupi ace-
tosi. Eodem quoq; tempore membrum incidenda
uene fricandum est, ut humores è propinquis ue-
nis ad locum sectioni destinatum alliciamur, &
ad exitum properent. Post uerò emissionem san-
guinis ualet ad humorum uaporumq; reliquias
discutiendas. Verùm eo supersedere in ipso die
oportet: cutem enim nimis reddit mollem, quo fit
ut plagæ facillimè cedat, quod non est citra peri-
culum.

Quartum, fasciæ, hoc est, ligaturæ, ex pan-
nis scilicet lineis, easq; tam ante, quàm post uenæ
sectionem administrari oportet. Ante quidem,
& ut inde uenæ incrassescant, conspicuasq; ma-
gis fiant, & ut humores ad constitutum incisio-
ni locum facilius prolectentur. Post uerò, ad si-
stendum reprimendumq; fluxum.

Quintum, motio siue inambulatio, modera-
ta nimirum ac tranquilla: eaq; & ante, & post
uenæ incisionem, uti conuenit: ante quidem, ut
humores dissoluantur, extenuenturq;: post uerò
ad dissipandas humorum reliquias.

Ea hodie apud uulgum inualuit consuetudo,
ut uenæ ieiuno ferè ac uacuo incidantur stoma-
cho: sed hoc ipsum doctorib. quibusdã minus pro-
batur, ut quibus conducibilis esse uideatur, ut oo-
uum molliusculi, siue sorbile, cum haustulo uini
prius

DE CONSERVANDA

prius exhibeatur, idq; circiter horam nonam, uel decimam ante meridiem, ac confestim deinde uena incidatur. Natura enim stomacho existente uacuo, ne alimento destituatur, sanguinem pertinacissimè retinet. Contra uerò, pauculo, coq; exigua mole plurimum nutriente, cuiusmodi uinum & oua sorbilia cum primis habemur, ingesto cibo, eundem facillimè exire patitur.

Porrò quod ad diei, in qua fit uenæ sectio, tempus attinet, sciendum sanguini mittendo conuenire maximè tempus matutinum, sic tamen ut non protinus excitis è somno, sed horam unam antea uigilantibus uena secetur. Quibusdam etiam posteaquam rerum solutarum quædam obiecerunt, siue in ludo literario, siue in officinis, siue in foro, siue in ædibus, sanguinem auferre expedit. Aegris autem nullam est uenæ sectionis prescriptum tempus, quamobrem nec per noctem sanguinem mittere ijs, si morbus sic expetat, uerearis. Sic Galenus in lib. de curan. rat. per sang. miss. ca. 11. & 20. & in presagio experientia comprobato cap. 4.

Annotatiuncula. Ut uocem phlebotomiam uersus ferant, geminato ubiq; bb. phlebotomiam in hoc opere legere oportet.

DE QVIBVSDAM PHLEBOTOMIS effectibus. Cap. XC VII.

Exhilarat

EXhilarat tristes, iratos placat, a-
mantes
Ne sint amantes, phlebotomia facit.

Das lassen lescht des zornes hitz/
Gibt traurigen freud/Den sinnlossn witz.

Hic tres phlebotomie referuntur effectus.

Primus, quod contristatos exhilaret, ac le-
tos reddat.

Secundus, quod animos iratorum placet, re-
conciliatq;. Ac utriusq; quidem causa est, quod
hæc maxime fiat, cum sanguini admisceatur mul-
tum fluxæ bilis, illa uero cum multum melancho-
lie: sed horum humorum uterq; unâ cum sangui-
ne per phlebotomiam educitur: ergo &c.

Tertius, quod præcaueat, ne amantes ob ra-
bidos quosdam appetitus ad insaniam adiganur:
humores enim à capite ad partes subiectas reuel-
lens expellit.

Ob quinque porrò causas uenæ sectio adhiberi
solet. Quarum una tantum directa est, reliquæ
uero omnes indirectæ.

Directa sanè adhibetur sanguinis uacuandi
causa: sed cum is utilis sit naturæ, probè hanc ad-
ministrari conuenit, sic ut quod inutile naturæ
sit emittat. Fit autem sanguis naturæ inutilis bi-
furiam, uel cum propriam qualitatem ad unguem

DE CONSERVANDA

non seruat, nec amplius nutrire sicut prius, cum utilis esset, potest: uel ita multitudine creuit, ut aut uires premat, aut tum uenas, tum arterias, uel distendat, uel findat, uel obstruat. Ac in his quidem missio sanguinis utilis est, ceu uacuantium praesidiolorum una. Differenter tamen adhibenda est: si quidem in sanguinis multitudine copiose detrabere, in reliquis uero pauca uacuatione uti oportet. Hinc est quod lib. 9. cap. 10. metho. meden. Galenus in eum propè modum scriptum reliquerit: Si sanguis uitiosus in corpore fuerit, paulatim quod uitiosum est uacuare oportet, & paulatim inuicem quod salubre est, pro eo reponere. Vocant medici eiusmodi uitiosi succi curationem Græcè ἐπιμαχία. Cui subscribit Alexander etiam Trallianus lib. 9. ca. 2. ijs uerbis: At hoc non una uice faciendum est, ne uires deiciamur. Etenim quamuis id quod uacuatur, recrementitium est, tamen uniuersa ac subita mutatione magis offendit. Satius igitur est paulatim et tuto euacuare, quam festinando per turbandoq; unà cum morbo etiã ægrum è medio tollere. Atq; hinc certè liquet, quàm peruersè phlebotomia abutantur, qui uitiosum sanguinem studiosè auferunt tam diu, dum bonus effluere cœperit: cum uniuersus fortè sanguis citius erupturus sit, quàm bonus appareat. Pauca igitur esse decet, & ut Galenus præcipit,

in eiusmodi casibus ante uenæ incisionem *ἐπι-
κράτες* utendum est, hoc est, cibus exhibendus
est, probum generans sanguinem: quo nimirum in
uitiosi locum bonus succedat: ac paulò post san-
guis extrahendus est modicus. Et quidem dire-
cta dicitur phlebotomia: quod per se fiat, ad e-
uacuationem illius, quod per se uenæ sectione
euacuari debet, nempe ad multitudinis humo-
rum, siue sanguinis euacuationem: principa-
liter tamen, secundum quod cum eo sunt alij hu-
mores.

Reliquæ 4. dicuntur indirectæ: & admini-
strantur ut humorum uehementiorem impetū ad
diuersam reuocēt partē, uel ad latera deriuent.

Prima adhibetur ob magnitudinem morbi,
siue uehementiorem apostematis cuiuspiā inflam-
mationem. Nam in apostemate uehementis inflā-
mationis, in febribus, et doloribus maximis, nō in-
uenitur excellentius remedium, quàm sectio ue-
næ, teste Galeno lib. 1. apho. comment. 23.

Secunda, ut materia alliciatur ad locum,
per quem euacuanda est: unde in mensium at-
que hæmorrhoidum suppressione saphena ape-
rienda est, quemadmodum in libro de curan. rat.
per sang. nussio. cap. 9. in hunc scribens modum
Galenus attestatur: Plenitudines à suppressis
mensibus ortas, omnino per crura euacuabis,
siue uenam scicare oporteat, siue scarificare.

DE CONSERVANDA

Seta enim in cubito uenae mulierum reuellere purgationem assolens.

Tertia, ut humores deriuentur ad partem oppositam loco, ad quem sua sponte rapiuntur: et hoc quidem ut materia à membro, in quod confer timingruit, auocetur reuellaturq;: & propterea in immoderatiore mensium fluxu secamus basilicam, id est, interiorem cubiti uenam, quae hepatis etiam uocatur, ut reuulsa materia ad locum oppositum à fluxu suo diuertatur.

Quarta, ut portiuncula materiae quapiam per uenae incisionem euacuata, natura residuum euincere ualeat. Atq; ita tandem uenam incidere conuenit, ubi repletio in corpore fuerit, ne generetur apostema, uirtute scilicet imbecilliore existente, quam ut uniuersam illum humorum redundantiam simul moderetur ac regat. Ideò portiunculam eius emittimus, ne ob naturae impotentiam imbecillitatemq; in debiliores partes ingruens, inibi abscessus, aut tumores præter naturam excitet.

DE SCISSURAE QUANTITATE. Cap. XC VIII.

FAc plagam largam mediocriter, ut
citò fumus
 Exeat uberius, liberiusq; cruor.

Sylag

Schlag die ader wol zu maß vff/
Das blüt vnd dunst müß haben lufft.

Hic unicum habetur præceptum de fissuræ
quauitate in uenæ sectione: nempe ut ea medio-
criter sit ampla: quo nimirum crassior sanguis ac
fumi liberius exeant. Fissura enim stricta existen-
te, tenuior sanguis duntaxat effluit crasso intus
remanente. Vbi hoc quoq; sciendū, quod in uenæ
sectione aliquādo amplū, nonnunquā uerò arctū
infligere uulnus oporteat: Et amplū quidē tribus
maximè de causis. Primò cū humores sunt crassi,
& crassior sanguis educendus est: ut facilius exi-
re queat. Hinc melancholicis etiam amplum infli-
gendum est. Secundò, ob temporis ac regionis
frigiditatem: per eam enim humores crassescunt:
quare per hyemem, sic necessitate iubente, amplo
potius utendum est uulnere. Tertiò, ob redun-
dantiam humorum: qui melius certè amplo, quàm
arcto, euacuantur uulnere. Contrà uerò arctum
uulnus magis conuenit, cum uirtus imbecilla est:
ne scilicet immodicè spiritus excernamur, & ca-
lor innatus extra modum debilitetur. Eadem ha-
benda est ratio in calido tempore, & cū san-
guis subtilis ac tenuis euacuatur.

Q. VAE IN VENAE SE-
ctione consideranda. Caput
XCIX.

DE CONSERVANDA

Sanguine subtracto, sex horis est uigilandum,

Ne somni fumus lædat sensibile corpus.

Ne neruum lædas, nō sit tibi plaga profunda.

Sanguine purgatus ne carpas protinus escas.

Wach se des stunden dem lassen nach/
Zum schädlichen schlaff sey die nicht gach/
Der hant durch auß schlegt den fleuch/
Darnach auch mit dem essen verzeuch.

Tria in uenæ sectione considerata esse hoc in loco traditur.

Somnus. Primum, ut is, cui uena secta est, non dormiat illicò post phlebotomiam, nisi sex ad minus hora præterierint: ne fumi scilicet, quos somnus efficit, sursum ad caput euecti cerebrum offendāt. Possunt tamen & aliæ adsignari cause. Ac prima quidem, ne æger uertendo sese inter dormiendum supra membrum uoluatur, in quo uena secta est, itaq; lesionem percipiat. Secunda, ne inter dormiendum humores transfluant in partem ex scalpelli ictu dolentem. mibiq; apostema generent. Siquidem partes dolentes, ut capite 95. artis medicinalis, & in libro de cursu.

rat. per sang. muss. cap. 7. Galenus asserit, natura solem fluxionem suscipere: & precipue quidem in somno. Auicenna uerò hanc adfert causam, nempe quòd ex dormitione phlebotomæ propinqua, plerunq; accidat in membris confractio. Dum enim huc & illuc inordinato atq; impinato uoluuntur reuoluunturq; motu, fasciæ dissoluantur, quo fit, ut retectæ, & adhuc à recentis sectione hiantes p' s'gæ immodicam nonnunquam sanguinis uim inscientibus effundant: quod quàm sit uitæ discrimini coniunctum, nemo est qui ignoret. Adhæc fumida quoq; excrementa per somnū intrò rursum ad principalia reuocantur membra. Quinetiam spiritus, sanguis, & calor uenæ sectione ad exteriora proleſtati, somno ad centrum retrahuntur: atq; ita certè haud rarò, cum ob uenæ sectione excitatam cōmotionem, tum somni quoq; retractionē, ebullitio in humorib. contingit, ac inde febris tandem accenditur. Satis igitur liquet, confestim à uenæ sectione non esse dormiendū: præsertim si interea nihil dum cibi ingestum fuerit: quòd si uerò à cibi sumptione in unā atq; alteram horam, imò & in plusculas (si ita patitur animus) somno indulgeatur, nihil, aut paruum admodum offendit. Siquidem exag'atio humorum tanto temporis spaci: ad plenum contrahi sed uiriq; potest. Satius tamē fuerit à omni abstinere, aut certè, si qua necessitas dormire omni-

DE CONSERVANDA

no cogat, quàm breuissimo uti somno, adhibita semper cautione quadam, ne disinctæ fasciæ e grotantes in uitæ discrimen adducant. Nonnulli hanc quoq; adsignant causam, nempe quòd materia per somnum crassescat, contractioq; in membris eueniat, perinde atq; in quartanæ typo ob materiæ crassitiem frigiditatemq; solet. Tum nerui præterea atq; lacerti frigidi sunt: fumus igitur ad ipsos perlatus in somno, in quo calor naturalis totus in profundum corporis retrahitur, crassescit simul & refrigeratur, qui sic refrigeratus & crassior effectus, frigiditatem quoque & crassitiem, siue contractionem cum membris communicat. Simile nanq; à simili facile afficitur. Et hæc quidem de somno phlebotomiæ propinquo, & non de remotiore intelligenda ueniunt.

Secundum, ne uenæ sector profundam nimis incutiat plagam, ita ut scalpello neruum, aut arteriam uenæ iunctam attingat. Nerui enim punctura ob semiendi præstantiam, ob idq; quòd cum principio pars hæc continuitatem habet, promptè dolorem accersit, quem necessariò commitatur humorum defluxio, hanc excipit phlegmone, quam ex necessitate deinde, non solius quidem puncti nerui, sed totius instrumenti consequitur conuulsio, & inde acerbissima tandem mors, uel ad minus membri, ut pote brachij, aut di

giti &c. amissio. Quod Cornelius Celsus lib. 2. ca. 10. ijs etiam uerbis significare uoluit. Iuncta est, inquit, uena arterijs, his nerui. Ita si neruū scalpellus attingit, sequitur neruorum distentio, ea quæ hominem crudeliter consumit. Lege Galenum cap. 92. artis medic. & lib. 1. ca. 2. de motu musculorum, & lib. 6. ca. 2. metho. medendi. Porrò ex arteriæ punctura fluxus sequitur sanguinis arterialis difficillimæ curationis.

Tertium, ne is, cui uena secta est, protinus à missione sanguinis cibum sumat, sed expectet dum humorum exagitatio sedetur, ne cibus nondum concoctus ad subueniendum membro leso cum sanguine simul attrahatur. De hoc Galenus lib. 4. ca. 20. de sanit. tuenda.

QVAE POST PHLEBOTOMIAM UITANDA. Caput C.

OMnia de lacte uitabis ritè minutus,

Et uitet potum phlebotomatus homo.

Frigida uitabit, quia sunt inimica minutis,

Interdictus eritque minutis nubilus aër,

DE CONSERVANDA

Spiritus exultatq; minutis luce per au-
ras,
Omnibus apta quies, & motus sæpe
nocius.

Milchspeise/ vnd vil trinckens meid/
Bei Ealcem trincken durst du leid.
Dem lassen schadet fast alle felt/
Die zeit seir schön/hell/ vnd erwelt/
Das macht dir freies vnd frisches blüt/
Groß bwegnuß ist bðß/die rüh güt.

Hic quinque ab incisa modo uena cauenda esse præcipitur.

**Lactici-
ma.** Primum, Lac & lacticina omnia. Siqui-
dem ex humoribus uenæ sectione agitata ac com-
motis sæpe in uentriculum nonnihil transluit.
Lac igitur, quod per se alioqui corruptioni ob-
noxium est, sumptum, dictisq; humoribus admi-
stum, facillime omnino & corrumpitur, & dul-
cedinis ratione inconcoctum ac crudum ab inae-
ratis uenis attrahitur. Suprà ca. 7.

Potus. Secundum, Potus: quippe qui & ipse præ-
ri modo inconcoctus facile ab iisdem abripiatur.
Suprà ca. 95.

Frigida. Tertium, frigida omnia, tam intrò sumen-
da, quam foris aduocanda: Eiusmodi autem cum
primis sunt, alimenta frigida, potus frigidus,
balnea

Balnea frigida, ambientis nos aëris frigiditas, uestium exilitas, super petram nuda sessio, capitis ac pedum frigiditas. Hinc enim corpus, calore nimirum innato, plus satis iam uenæ sectione immutato, præter modum refrigeraretur.

Quartum, ne is, cui uenæ secta est, uersetur siue ambulet in aëre turbido ac nebuloso. *Nebule.* Hic enim est qui, ut supra cap. 14. ostendimus, sanguinem melancholicum efficiens, animam contristat. Sed uersetur potius incedatq; in aëre lucido, claro, atq; sereno. Inde enim spiritus recreantur omnes, & iucundissima quadam uoluptate distracti ad similem protenduntur.

Quintum, ut idem temperatam amplectatur quietem, motionemque uitet. *Quies.* Hæc enim humores uenæ sectione agitados, magis adhuc commouet, & uires usquequaque debilitat: illa uerò commotionem contrahit & sedat.

Sunt qui tradant, cauendum etiam esse à salitorum piscium usu, postquam uenæ alicui incisa est: ἀλφῆς τε γὰρ πολλὰ κίς καὶ τῶρας ἀπὸ γυνῶσιρ, id est, uutiligines enim & scabiem sæpè: numerò γιγνῶσι. Simeon Sethi in Sym. de piscibus.

- DE CONSERVANDA

QVIBVS MORBIS ET AETA
tibus phlebotomis conueniat, & quantum
sanguinis quoq; tempore detrahendum. Cap. CI.

PRincipio minuas in acutis, perper
acutis,
Aetatis mediæ multum de sanguine
tolle.

Sit puer atq; senex tollet uterq; pa
rum.

Ver tollat duplum, reliquum tempus ti
bi simplum.

In anfang hefftige Franckheyt laß/
Im stehnden alter offte vnd baß/
Den alen vnd jungn ist nicht so güt/
Die adern im Mey gebn; wifach blüt.

Quatuor phlebotomiae præcepta hoc loco
traduntur.

Primum, ut in principio acutorum & per
acutorum morborum uena incidatur: pro cuius
pleniore intelligentia, sciendum initio, peracu
tum morbum esse duplicem. Exquisite peracu
tum, qui ultra quartum non producitur diem.
Hunc recentiores Medici, barbaram sectantes
medicinam, perperacutum nocere solent. Non
exquisite

exquisitè peracutum, cuius uigor in septimo futurus est. Hi itaq; morbi cùm breues sint, ac statim summos, id est, maximos obtineant labores, neq; inducias concedam, illicò per initia curandi sunt. Iidem porrò, quòd à calidis magna ex parte humoribus, sanguine nimirum & flaua bile nascamur, uenæ sectione potissimum exposcunt. Hinc non temerè Hippocrates lib. 4. de uict. rat. in morb. acut. apho. 19. ita scriptum reliquit: In acutis morbis sanguinem detrahes, si uehemens morbus uideatur, florueritq; a grotami etas, & uirium adfuerit robur.

Secundum, quòd in etate media, siue florenti, ab anno nimirum 30. ad 45. uel 50. copiosissimus, quàm in alijs, sanguis detrahendus sit. Etenim hìc corpus solidum esse incipit, quod nequaquam tantum sanguinis, quantum solebat, in se traducit, sed plus solito in uenis relinquit. Quo fit, ut eius subtractio incrementum non impediatur, neq; uirium robur dissoluatur. Corpus namq; in ea etate neq; augeri sensibiliter, nec imminui, sed ueluti stare uidetur.

Tertium, quòd senibus ac pueris parum sanguinis detrahendum sit, ut per pueros intelligamus etiam eos, qui pubertatis, hoc est, 14. etatis annum excesserunt. Nam usq; ad pubertatis initium tota illa etas pueritiæ mollis est, & tenerior, quàm quæ phlebotomiam toleret: quoniam
licet

DE CONSERVANDA

licet concoctio & nutritio in ijs liberalis, tamen spiritus & sanguis modicus, utpote qui continue, atq; affatim in corpus transsumitur, neq; natura citra inopiam illius uacuationem sustinere potest: Nam esto, quòd natura nostra in solidis habitet, tamen ad immodicam omnem euacuationem labefactatur, aut interit. Pubertus ergo primum sanguinis missionem tolerat. Hic igitur pro mutatione naturæ sanguinem mittere licebit, neq; tamen id facere decet affatim, sed admodum breuiter

Porro per senes eos inaudire oportet, qui adhuc in prima atq; secunda senectute consistunt. In his enim audacia mittendi sanguinis paulatim decrescit, adeò ut in decrepitis, hoc est, post 70. annum ob uirtutis imbecillitatem uix liceat. Plura Galenus in 4. libr. Hippocra. de uict. rat. in morbis acu. comment. 19. & ibidem etiam Hieronymus Thriuerus Brachelius.

Quartum, quòd dupla sanguinis portio, respectu nimirum reliquorum temporum, uerè detrahenda sit. Tunc enim sanguinem maximè crescere in corporibus nostris, apud omnes medicæ scriptores in confesso est. Caterum quod ad primum præceptum attinet, regulæ nonnullæ circa sanguinis missionem obseruandæ sunt.

Ac prima quidem, ut ab initio morbi non fiat
phlebo-

phlebotomia. Medicus enim, ut ca. 87. artis medicin. & comment. 22. lib. 4. apho. Galenus adserit, naturæ minister est. Sed natura ipsa nunquam in morbi principio, dum crudi adhuc sunt humores, ullam uacuationem instituit. Ergo nec medicus ipse in principio morbi, dum adhuc omnia cruda sunt, uacuationem ullam moliri debet. Cruda enim cum uacuationi non obediunt, grauia ea de causa symptomata excitant. Gale. comment. 22. lib. 1. apho.

Fallit tamen hæc regula in tribus casibus: Primo, quando noxij humores turgente, hoc est, sua sponte concitati ad excretionem nos adducunt: tum enim in principio etiam morbi nondum coctis humoribus uacuare licet, ne scilicet humores parum stabiles, & ab una parte ad aliam sine ordine moti, ad principem aliquam partem decumbant. Rarò aut accidit, ut humores mobiles ab una parte ad aliã transfluant, sed plerunq; sunt in parte aliqua firmi ac fixi: ideoq; non est in principijs morborũ uacuandũ, nisi rarissime, hoc est, quando humores turgente. Hinc non temerè 4. 1. ca. 20. et 22. 3. trac. 2. ca. 7. ab Auicenna præcipitur, ut in principijs morborum uenæ incisio penitus dimittatur, ut quæ superfluitates extenuet, ut per corpus fluat, ac sano sanguini permisceatur, non extrahat tamen, quod extrahi necesse erat: quo fit, ut post temporis interuallũ phlebotomiã repetere

DE CONSERVANDA

repetere oporteat, interim eodem die; interim postridie. Atq; hinc profectò vires nimium debilitamur.

Secundò, in materiae multitudine: Hic enim circa principia quandoq; , quemadmodum comment. 29. lib. 2. apho. Galenus testatur, uenæ sectionem, nonnunquam uerò & purgationem adhibere oportet, quo minorem iam factam materiam natura possit concoquere.

Tertiò, in morbi magnitudine ac uehementia. ut in magno uehementissimoq; doloris apostema esse licet non sit multa in corpore materia, scilicet auecedens. Nam repellendus humor est, ne apostema citius, quàm par est, crepet, aut aperiat. Venæ igitur sectio, ut magna hec & praua symptomata euitentur, circa initia statim adhibenda est. Quod Galenus lib. 13. ca. 20. metho. meden. ijs innuere uerbis uoluit, inquit: Itaq; incidenda in talibus affectibus uena statim ab initio, si modò tam ualens uirtus sit, ut sine noxa uisionem sanguinis toleret, ac nihil prohibeat eorum, quæ de secāda uena retulimus, sicuti uel erudi humoris copia uel puerilis ætas, uel anni tempus, uel regio, in qua sit extremus calor, aut frigus. Non solum autem in morbis acutis, atq; adeò inflammationibus, uerum etiam in uulneribus & conuulsionibus particularum, præsertim nobilium, sanguis ex opposita parte mittendus est.

est, ut inflammatio prohibeatur, etiamsi sanguis modicus fuerit.

Secunda, ne fiat phlebotomia in die motus egritudinis, uelut in crisi: ut in qua neq; uenæ sectio, neq; aliqua alia uacuatō tentanda sit: ne materia scilicet diuertatur à loco, ad quem natura ipsam, ut excernatur, pellit. Pari modo nec in ipso paroxysmo tale quippiam tentandum est: re etq; commen. 29. lib. 2. apho. Galenus præcipit, ut morbo iam consistente, neq; uenæ sectio, neque purgatio adhibeatur, quòd cōtiones morborum tunc maximè fiunt: quæ melius in quiete, quàm motu perficiuntur. Cæterum sicut se habet status ad integrum morbum, ita et paroxysmus respectu dierum et uersus, id est, intermissionis: quemadmodum igitur in statu non est uacuandum, ita nec in paroxysmo.

Tertia, ne phlebotomia circa initia statim morborum fiat, quando crisis adhuc remota est: Sanguis enim insiti caloris fundamentum est, ipsum nimirum sustinens, licet cor generet, et spiritus deferat: sed sanguis est fundamentum eius: ex ipso enim ut materia natiuus calor gignitur: per sanguinis igitur subtractionem, calor, qui coquere materiam morbi debebat, uacuatur: quo fit, ut morbus in longum protrahatur, uiriumq; robur deiciatur, ut timendum sit, ne ob morbi diuturnitatem, ac uirium imbecillitatem natura succumbat.

DE CONSERVANDA

Quarta, ne in corpore, cui stercus multum inter intestina cohibetur, phlebotomia adhibeatur. Tria enim sunt, uelut supra cap. 99. ostendimus, attrahentia: loca scilicet inuenta, membrorum caliditas, ac totius corporis habitus. Venæ igitur sanguinis missione exhaustæ à membris rursus propinquis attrahunt, quemadmodum & Meseraicæ è uentriculo: quo fit, ut aluus magis cohibeatur, et materia in uenis contenta corrumpatur. Meseraicæ enim humiditatem è stercore penitus exuentes ipsum exiccant. Proinde molli clystere, aut subiecta glande, eger prius uacuandus est, ne uenæ putridam quampiam superfluitatum essentiam ab intestinis ueniantur attrahantq;. Galen. in præfatio experientia confirmato. cap. 5.

Quinta, ne frequens ac multa phlebotomia fiat: Hinc enim circa senium multi ac mali generantur morbi, sicut est epilepsia, apoplexia, & paralysis: siquidem ob sanguinis & caloris imminutionem multæ generantur phlegmaticæ superfluitates, quæ dictas tandem ægritudines excitant. Hinc non temerè uulgo dici solet: Qui in iuuentute phlebotomiam exercent, hoc est, sanguinis missione citra necessitatem sæpius utuntur, senectutem desolant.

Sexta, ne uenæ sectio adhibeatur mulieri, cui
mensēs

menses fluunt, aut utero gerenti. Vterogrenis quidem, ne abortiat: Calor enim cibum concoquens uenæ sectione diminuitur, & alimentum foetus subtrahitur, & maximè quidem si is auctor fuerit. Nam foetus ex mensibus nutritur, cum autem non inueniat unde nutriatur, fame conficitur, & mouetur, & dissoluitur, exciditq; ex naturalibus uinculis: magis autem hoc contingit, si maior sit foetus, nam maiori indiget alimento. Non inuenit autem ipso sanguine nullo. Plura de hoc Leonhartus Fuchsius comment. 31. lib. 5. apho. Hippocra. Cui uerò menses fluunt, naturaliter scilicet, & secundum reuolutionem mensis, uena secanda non est, nisi in immoderatiori fluxu, nempe ad reuellendam materiam. Sed quando naturaliter & secundum debitum naturæ cursum erumpunt, naturæ res omnis pernuttenda est. Suprà cap. 95.

Septima, ne phlebotomia fiat post immodicam uentriculi perturbationem infra & supra factam, quam χολέραν Græci, Latini cholera metiam appellant, Barbaram sectantes medicinam, Cholericam & cholericam passionem nominant. Cum enim uenæ sectione humores commoueantur, timendum ne per hoc biliosus humor in uentriculum transfluens, ipsum inflammet. Plura supra circa finem capituli 95.

DE CONSERVANDA

Postremò uidendum etiam est, quibus hominibus phlebotomia conueniat: Cui sanè rei regule etiam nonnullæ ponendæ sunt.

Ac prima quidem, quòd hominibus delicatis, ociosis, desidiosam uitã agemibus, ualdè corpulentis, & multum nutriente cibo utentibus, potissimùm conueniat.

Secunda, quòd illis etiam, qui sanguine abundant: Quod quidem per urinae crassitiem cognoscitur: abundantia enim sanguinis eam efficit crassam, flauæ uerò bilis tenuem.

Tertia, quòd ijs quoq; ex usu sit, qui melancholico abundant succo: unde multa melancholia naturali cum sanguine per corpus discurrente, quòd ab ea sanguis in hepate ad amussim non depuretur, purgationem antecedere debet phlebotomia, sequi uerò purgatio. Duplex porrò melancholia est, naturalis scilicet, & non naturalis. Quando naturalis abundat, cum sanguine simul discurrit, quare ad eius euacuationem, primùm quidem uenæ sectio adhibenda est: ab eodem enim calore, temperato nimirum, sanguis & melancholia generantur: deinde uerò post temporis aliquod interuallum, nempe post concoctionem, purgatio phlebotomix succedet.

Quarta, quòd illis cum primis etiam conferrat, in quibus periculum est, ne ob humoris redundantiã in corpore accidat calfactio, ebullitio,

tio, & conurbatio. Nonnulli tamen per hanc regulam sepe numero falluntur. Quando enim calfactionem aliquam percipiunt, humorum ebullitionem adesse suspicati, uenæ sectione statim utuntur, cum ex flauæ bilis feruore & incensione hoc interim accidere etiam possit. In qua sanè tantum abest, ut calfactio & ebullitio per uenæ incisionem cohibeatur, ut magis etiam incitentur & augetur. Phlebotomia enim humores commouet, ut maiore deinceps impetu per corpus discurrant. In tali igitur casu phlebotomia utendum non est, nisi sit ex humorum redundantia: quod quidem ex sudoris multitudine dignoscitur, & præcipuè cum is matutino tempore oboritur. Aliqui enim non sudant, nisi cum euacuatione opus habent.

Quinta, quòd uenæ sectio illis potissimum adhibenda sit, quibus uires adhuc firmæ sunt, quæque sanguinæ, & non frigide ac sicce sunt temperaturæ. Hinc Rhazes libro 7. ad Almanso. ca. 21. Corpora, inquit, quæ uenas habent amplas & conspicuas, quæq; hirsuta sunt, & colore inter rubrum fuscumq; medio, adolescentium nimirum, iuuenum, & senum nondum decrepitorum, phlebotomiæ præsidia magis tolerare possunt. Pueris uerò & infirmis uenæ secanda non est, nisi maxima incumbens necessitate.

DE CONSERVANDA
QUAE MEMBRA QUOQUE
tempore uenae Sectione uacuanda.

Caput CII.

Ver, æstas dextras, autumnus Hy-
emsq; sinistras.

Quatuor hæc membra, hepar, pes, ce-
pha, cor, uacuanda.

Æstas hepar habet, uer cor, siq; ordo
sequetur.

Lenz sommer/wöln die rechte hand habn/
Herbst/winter, nimpt der lincken abn/
Der lenz dem herbstn/der sommer der lebr/
So fort der herbst den füßn gegeben.

Hic ostenditur, quæ membra quoq; tempore
per phlebotomiam sine uacuanda.

Ac primo quidem dicitur, Vere & æstate
uenas dextræ partu esse secandas: dextræ scili-
cet manus, brachij, uel pedis. Sed Autumno ac
hyeme sinistras: sinistræ raturum manus, brachij,
uel pedis. Vere enim crescit atq; augetur in cor-
pore sanguis, æstate uerò flaua bilis: quo fit ut
in uere ac æstate uacuanda sine uenæ, quæ sanguine
& flaua bile magis abundant: tales autem cum
primis sunt uenæ dextræ. Siquidem in dexte-
ra corporis parte sita est membrum sangui-
ficationis,

ficatiōis, nempe hepar, & χολιδ'όχος, id est, folliculus flauæ bilis. In Autumno uerò humor generatur melancholicus, qui aceruatur etiam, nec dissoluitur per hyemē: unde autumno & hyeme illæ uenæ potissimum secandæ sunt, in quibus melancholica magis dominatur, sumq; uenæ sinistræ: Nam in sinistra corporis parte situs est lien, receptaculum melancholice.

Secundo deinde loco traditur, quatuor hæc membra, nempe κεφαλή, id est, caput, cor, pedem, & hepar, uacuanda esse iuxta quatuor anni tempora. Cor quidem uere, hepar estate, caput hyeme, & pedes autumno.

DE COMMODIS EX SE
 ctione Saluatellæ. Ca-
 pit CIII.

EX saluatella tibi plurima dona mi-
 nuta,
 Splenem, hepar, pectus, uocem, præcor-
 dia purgat.
 Innaturalem tollit de corde dolo-
 rem.

Ein ader gnant die Saluatell/
 Hilff der lebr vnd milz/ machet dsiem heilk
 l 4

DE CONSERVANDA

Sie reynigt vmb die brust rnd hertz/
 Sauon vertreibt sie offe den schmerz.

*Sex commoda hoc loco recensentur sectionis
 uenæ, quam saluatellam uulgo uocant. Ea inter
 digitum medicum & medium frequenter admo-
 dum & sæpiusmè inciditur. Alius incisionis eius
 locus est, ut uulgus autumat, int. r medicum &
 auricularem.*

Lien. *Ac Primum quidem eius commodum, quòd
 lienem expurget.*

Secundum, quòd iecur emandet.

Tertium, quòd pectus purificet.

*Quartum, quòd uocis auferat incommo-
 da.*

*Quintum, quòd à nocumento tueatur, ac
 conseruet præcordia: quo nomine os uentriculi,
 membra spiritus, & quæcunq; cordi uicina, hic
 intelligenda sunt.*

*Sextum, quòd non naturalem cordis dolo-
 rem tollat: ac ratio quidem omnium est, quòd hu-
 ius uenæ sectio, ut latius paulò pòst declarabitur,
 ab omnibus illis locis sanguinem educat.*

*Pro pleniore autem huius rei intelligentia,
 primò quidem sciendū est, speriri nonnunquam
 uenas, nonnunquam uerò arterias. Verum pro-
 pter difficilem fluxus arteriæ compressionem,
 arterias medici incidere metuumt, quippe cum si*

quis

quis in secunda foriè uena arteriam uulnerârit, & grè statim sanguinis eruptionem compescat, ac ubi res optimè cadat, ad cicatricem perducta diuisione, tamen ἀὐδύσιμα, hoc est, arteriæ incisionis dilatatio existat, teste Galeno in lib. de cur. rat. per sang. missio. ca. 21. & 22. Difficilis porro est fluxus arteriæ compressio, partim quidem ob arterialis sanguinis feruorē. Hic enim promptissimè mouetur, arteriamq; dilatando aperit: quare sanguinis eiaculationē in arteriæ incisione admodum iuuat: Partim uerò, quòd motus arteriarum, ut lib. 2. ca. 20. de sanit. tuend. Galenus attestatur, nunquàm intermittatur, quo fit, ut ipsarum uulnera tardius etiam curentur: cum utiq; quietem requirant ea, quæ sananda sunt. Galen. lib. 5. ca. 8. metho. meden. & comment. 6. lib. 6. apho. Prodest autem arteriæ incisio, quando corpus redundat sanguine tenuiore, aut flatuoso, aut fruidissimo. Sedes enim sanguinis subtilis ac tenuis, unde calor naturalis & spiritus procreantur, & item flatuosi, in arterijs est. Quin fruidissimus etiam sanguis, qui à calidissimo membro, corde scilicet, perficitur, inq; singula corporis membra digeritur, in arterijs concinetur. Crassioris uerò, quo membra nutriuntur, receptaculum in uenis est. Sanè uerò quæ Galeno occasio extiterit secundæ arteriæ, ipse ca. 22. de curandi rat. per sang. miss. edisserit. Moni-

DE CONSERVANDA

tus, inquit, per quædam insomnia, quorum duo perspicuè mihi uisa sunt, accessi ad dextræ manus arteriam inter indicem ac pollicem sitam, si uiq; fluere donec sponcè sanguis resisteret: nam ita somnium præceperat. Effluxit autem. non tota libra. Subitò itaq; diurnus extinctus dolor est, in illa maximè parte fixus, qua iecur septo transuerso committitur. Mihi quidem hoc etate iuuenili euenit. At minister Dei Pergami, diutino lateris cruciatu laborans, liberatus est arteria in summa manu incisa, aggressus & ipse illud insomnij monitu.

Secundo uerò loco sciendum, quòd uere sectio multis admodum membris adhiberi soleat: Aliquando quidem brachio, siue manui magnæ, nonnunquam parvæ, quandoq; pedi, interdum naso, aliquando fronti, nonnunquam labijs, quandoq; lingue siue palato, est cum etiam anghis oculorum frontem uersus. Quinq; uere secandæ ueniunt in manu magna, per quam intelligitur apud Medicos totum brachium cum summa manu, ut per pedem totum crus, hoc est, quicquid ab ischio usq; ad plantas pedum est, quemadmodum docuit Rhazes lib. 7. ad Alm. ca. 21. & Auicenna 4. 1. ca. 20.

Vna uocatur humeraria siue humeralis, Græcè ὀμιατρικὴ, quòd per humerum in manum fracturæ uel exterior, quoniam cubiti exterius latus perreptat:

perrept. t: Vel κεφαλκή, id est, uena capitis.

Alter a interior cubiti uena, que ἰσπατὶς Grecis dicitur, Latini Iecorariam & lienarem, hodie faciemes medicinam Basilicam uocant.

Tertia Media, quam nonnulli & alio nomine non ineptè communem, uel cardiacam, uel nigram, uel matrem, nuncupant. Barbari uerò Medianam appellant.

Quarta axillaris, que est ramus basilice.

Quinta funis brachij, que est ramus cephalice descendens. In minori siue summa manu est Sceilen, siue saluatella. Et ita in manu sex uenæ secundæ ueniunt.

Cephalica incidenda est, ubi superiores per Ceph-
ctore partes, facies nimirum, aut caput malè affi-
cuntur: quare confert passionibus capitis, ut he-
mieranæ, manæ, & similibus. Galen cap. 16. de
curan. rat. per sangu. missio.

Basilica à partibus statim euacuat, que infra Basilica,
ceruicē sunt, uerbi gratia, à lateribus, pulmone,
corde, iecore, liene, aut uentriculo.

Communis situ & compositione inter duas
iam dictas media est. Nam ea ex fissionem utriusq;
oritur. Est etiam in uacuando media: undiq; enim
uacuat, ab inferiorib; nimirum partibus infra cer-
uicē, à collo, & supra collū. Vnde exquisitissima

DE CONSERVANDA

omnium humorum & uniuersalis toti corpori per huius uenae sectionem fit euacuatio. Vniuersalis quidem, non, ut quibusdam placet, quòd à corde oriatur, sed quòd sit ramus cephalicae & basilicae. Sanguinem igitur è cephalica detracturus, ea non apparente, mediam potius quàm basilicam secabis. Quòd si nec basilica se ostenderit, ad mediam potius, quàm ad cephalicam confuges.

Saluatella
14.

Saluatella siue salubris, Sceilen Auicennae 1. 1. doc. 5. sum. 5. ca. 4. appellatur, & est uena sub annulari et medio digito exporrecta. Verùm aliàs subinde apud Arabes & Barbaros illam Sceilen uocari obseruatur, quae iuxta brachiale ab humerariae ramo & axillaris uenae propagnae constituitur, cui eadem, quae axillari medicorum uulgus nomina imponit, hanc quoq; saluatellam & salubrem uocans. Haec obstructo hepate in dextra manu, liene uerò in sinistra incidi solet. Quare hoc fiat, ratione ostendere non est, sed experientia licet. Porrò manus illius, cui haec uena secatur, in calidam aquam ponenda est, donec locus infletur, & leuiter extumeat, conspicuusq; fiat: secta autem iam uena, iterum in aquam ponenda est, ideò ut sanguis citò eiaculetur, si eius eruptio debilis fuerit, sicuti solet in pluribus eorum, quibus per hanc uenam sanguis extrahitur, & ne sanguis in ore uenae coaguletur.

tus illico restringatur. Cum autem ex ea, quantum uolueris, emanarit, parum olei ac salis imponendum est, ne iusto citius uulnus cicatrice obducatur. Rhazes lib. 7. ca. 21. ad Alman. & Auicenna 4. 1. ca. 20.

Axillaris ramus est basilicæ, & apparet in curuatura brachij uersus inferiora: de hac idem quod de basilica iudicium est. Axillaris.

Funis brachij similis est cephalicæ: est enim ramus eius. Quinquam autem uenæ sectione, quemadmodum id ipsum à Galeno & Auicenna adferitur, uniuersalis è toto corpore fiat euacuatio, non tamen ex omnibus uenis æqualiter, sed tantum ex communibus, ut uisum est. Licet etiam uenæ è toto corpore uacuent, non tamen æqualis in omnibus est timor. Imò cephalica Rhazæ est securior, basilica uerò & cardiaca magis timendæ, quanquam hæc quàm illa minus.

Cephalica omnium minus est noxia, quòd nullus neruus, nulla arteria, nullus etiam tendo sub ea uena procurrens sectionem impediat.

Cardiaca siue medianæ incisio admodum difficilis ac periculosa est, propter subiacentem neruum, & tendinem: maximè si in ipso brachij sinu profundius incidatur. Periculum id ἐν ὄψει, ut paulò antè dictum est, Græci uocant. Nam is est præcipuè locus difficilis, qui tamen quotidie administratur.

DE C O N S E R V A N D A

Basilica inter ceteras eius loci periculosissima habet sectionem : tum propter arteriam, quae subiacet, tum etiam propter incertum & uarium neruorum in ea parte procursum, quae dubium & anxium reddunt : praesertim in interiore brachij plexu, qui minus carnosus est.

Sceiten, siue saluatella, non est periculosa, sed tamen subtilis, unde conuenit, ut in sectione eius manus in aqua calida detineatur, quo expeditius erumpat sanguis.

Pedis uena. In pede tres uenae sunt, ischiastica scilicet, saphena, & uena poplitis, quas incidere consueuimus sanguinem deorsum reuulsuri, ut in mensium prouocatione.

Sed in hoc uena poplitis, iuxta Auicennae sententiam, efficacior est saphena, aut ischiastica: propinquior enim est utero, unde melius ab ipso deorsum trahit.

Saphenae sectio à retribus, ab utero, testiculis, & uirga sanguinem educit.

Ischiatica ab anchis, id est, ischio, siue à coxa, retribus, & membris uersus exteriorem partem sitis melius trahit. Iuuamentum sectionis eius magnum est in ischiade, podagra, uarice, & elephantiasi.

Saphena ab utero trahit, & membris uersus interiorem partem sitis, licet eiusdem uenae sinu rami: menses prouocat, & haemorrhoidum orificia aperit.

In media fronte inter duo supercilia sita est **Frontis** uena, cuius incisio confert grauitati capitis, & uene. precipue illi, que est à parte posteriori, & amiquis faciei uitijs, nempe morpheæ, impetigin, scabici, & oculorum affectibus, incisa tamen prius cephalica.

Est in naso quoq; uena, in cuius incisione col **Nasi.** lum sudariolo stringere oportet, donec capitis partes intumescant, & uena conspicua fiat. Idem etiam in sectione uene frontis faciendum.

Inter labra item & gingiuas uene sunt, que **Labiord** propter oris, aut gingiuarum abscessus scindi solent, cephalica tamen prius incisa.

In palato uene sunt quatuor, quarum incisio confert fluxioni rheumatis ad dentes, ac in eis dolorem excitans. Suntq; omnes conficiæ, & incidende potissimum post conc. clam materiam.

Sunt quoq; uene quedã in angulis oculorum lachrymalib. frontem uersus, que inciduntur in **Oculo-** passionibus oculorum, doloribus capitis, ophthal **rum.** mia antiqua, et lachrymis, secta prius cephalica.

Præterea uene que sub lingua conficiuntur, possunt in multis affectibus incidi, præsertim in angina, secta tamen prius cephalica. **Lingue.**

Quinctiam in temporibus iuxta aures uene sunt, que inciduntur propter uertiginē, hemiplegiam, uehementem capitis dolorem, et ægritudinem diuturnā, sed hæc incisio, ut in lib. de genu. **Tempo-** **rum.**

DE CONSERVANDA

Et in lib. de aëre, aquis, & locis Hippocrates au-
 tor est, hominē reddit sterilem. Quibuscunq; in-
 quit, iuxta aures uenae sectae sunt, hic oëune qui-
 dem, & genituram emittunt, uerum modicam, &
 debilem, ac infœcundam. Nam plurima genitu-
 rae pars à capite iuxta aures in sp̄malem medul-
 lam procedit. Ipse autem geniturae meatus, cic-
 atrice sectioni inducta, obstruitur. Et p̄ oceres
 Scytharum, incisus iuxta aures uenis, sterile sce-
 re affirmat. Auicennae eas iuueniles uocat.

- Colli.** In collo etiam uenae sunt, quas Graeci σφαγιτι-
 δας, Latini iugulares, id est, uenas faucium &
 gutturis, Arabes Guid. z, Barbari Subeticas, Apo-
 plecticas, & somni uenas appellant, quod presse,
 ligatae, & complicatae, afferant κάρπος, id est, so-
 mnium ueternosum, & torporem quendam apople-
 cticum. Vulgo den Juden greiff uocare solent.
 Haec inciduntur, cum anhelitus in principio le-
 pra maximè constringitur coarctaturq; & in
 principio fortis anginae, in asthma acuto, in rau-
 cedine uocis, in abscessu pulmonis, in dyspnœa,
 quae est ex multo sanguine calido, & in egritudi-
 nibus splenis ac laterum. Plura in li. anatō-
 mie uiuorum Galeno adscripto, ca.
 28. & apud Rhazen & Auicennam locis citatis.

DE RATIONE VICTVS

salutaris post incisam uenam, &
emissum Sanguinem, Ad Armatum

Epigramma Ana-

stasij.

Venam Armate tibi medici incidere, timentii

Nescio uenuri qualia damna mali.

Nunc quo uita modo fuso peragenda cruore,

Sitq; dieta tibi qualis habenda, rogas.

Illi morborum dicant Armate periti,

Hæc non est nostra falce metenda seges.

Non missum facis, & cupio ex te audire disertè

Atq; aliquid tua quod Pieris ornet, ais.

Accipe quandoquidem nugas ad seria ducis,

Quæ facias, octo uersibus, octo dies.

Prima cœna die sit missio sanguine parca,

Lux abeat lætis aucta secunda modis.

Tertia sed placidæ debetur tota quieti:

Quarta & quinta sibi mollius esse uolunt.

Balnea sexta petit: mōx septima colligit auras,

Fertq; uagos circum rura nemusq; pedes.

Octaua amplexus dilectæ coniugis, & quæ

Ante fuit, uitam restituisse solet.

VICTVS ET CVLTVS RA-

tio, exposita quatuor in singulos menses
uersibus, Per Ioachimum

Camerarium.

Ianuarus.

Mensis amat tepido lani decurrere uictu,

Et refici grato sepe liquore iubet.

Vena tibi nullos exudet secta cruores,

Sed calida fas est mergere corpus aqua.

Februarius.

Februa olus, uolucresq; cibus odere palustres,

Esseq; inertifica febre timenda solent.

Pharmaca tunc hauri, tunc scinde in pollice uenã,

Et calido multum flumine membra foue.

Martius.

Martius humores ex terra ex corporis auget,

Tunc ratio est puri magna tenenda cibi.

Dulcia tum profunt acri condita sapore,

Pharmaca non profunt, uenam aperire nocet.

Aprilis.

Frigore uim lentæ reuocat telluris Aprilis,

Tunc etiam est tenuis perq; forata cutis.

Tunc intus sunt aucta magis, sumq; omnia plena:

Soluere se uenter, uena aperire iubet.

Maius.

Omnia iam florent, iam formosissimus annus,

Iamq; sibi cuncti mollius esse uolunt.

Balnea

Balnea nūc cole, nūc sit pharmaca sumere cura,
Et tibi nunc mīssō sanguine uena fluat.

Iunius.

Iunus & gaudet gelidis, & pascitur herbis:
Viuisico humori tunc mimuca fuge.

Latitia & recreet tunc mentem blanda uoluptas,

Affligat corpus nec medicina tuum.

Iulius, siue Quintilis.

Aëris ignifluos intendit Iulius æstus,
Hoc breuior somno tempore danda quiet.

Balnea uitentur, nec uenam tangere ferro,
Nec domina petulans accubuisse uelis.

Augustus siue Sextilis.

Ipse etiam Augustus somnum restringit et escas.
Et Veneris cupidos gaudia ferre uetat.

Pharmaca nemo bibat, laceret neq; corpora fer-
Nec gelidas intra delicietur aquas. (10,

September.

Poma dat et gratos Septēber ab arbore fructus,
Tunc etiam presso pascere lacte capræ.

Pharmaca nil prohibet tūc sumere, scindere ue-
Nec tuus externū uitet aroma cibus. (11,

October.

Octobri offertur uenatio, uina, uolucres:
Vtere, nec dubites non tenuisse modum.

Sic tamen ut ne oneres numo præcordia uic u,
Cumq; modo studeas non tenuisse modum.

Nouember.

Esse salutaris perbibetur mulsæ Nouembri,
Gingiber & dulci fissile melle natans.
Tum neq; sæpe laues, Veneris neq; sacra frequen
tes,
Ame senex tempus ne uideare suum.

December.

Iuxta mense focum calidis utare Decembri,
Tunc iaceant mensis gramina nulla tuis.
Incidas capitis defensi à frigore uenam,
Cinnamæoq; tuus fragret odore calix.



DE ELECTIONE

MELIORVM SIMPLICIVM, AC

*Specierum Medicinalium, Rhythmi M.**Othonis Cremonensis.***Aloë.**

*Est aloës lignum melius, sit hoc tibi signum,
 Quod nigredo parum dat fragile, subamarum,
 Sit graue, nodosum, subdurum, sit preciosum.*

Aloë epaticum.

*Est aloë carum simplex, res una bonarum,
 Subrufum, clarum, frangibile, parum amarum.*

Agaricus.

*Res frangi præsto, preciosus Agaricus esto,
 Candidus et splens, libramine leueq; pèdens.*

Alumen.

*Si petis lumen, albedine lucet alumen,
 Et fit pars oris salsi compuncta saporis,
 Mordicat, ac sputum prætere a reddit acutum,
 Laus huic detur, præstantius illa medetur.*

Asa foetida.

Quò magis foetorem facit Assa, tu dic meliorem.

Armoniacum.

*Est preciū pendens Armoniacum bene candens.
 Quò magis est purum, precij plus est ualiturum.*

Antimonium.

*Multi splendoris antimonium est melioris,
 Et signum stagni si splendet imagine magni,*

DE ELECTIONE

Et manibus teritur, sic illud fragile fertur.

Ambra.

Laudes ambra merens, leuis est et dentib. herēs,
Diues odore, fo. is gypsi sunt signa coloris.

Amidom.

Laus est albensis amidi foecunda recentis,
Ex amiquato reliquam: prodire putato.

Anacardus.

Fama maiores anacardi sunt meliores.

Ammi, Ameos.

Vt sibi laus d: tur ameos, surumq; meretur,
Si tibi gustatum mordet pungitq; palatum.

Anilum.

Copia du'coris mos est anisi melioris.

Asphaltum.

Grandi foetore, leuitate, nigro colore,
Hec per signa potes asphalti discere dotes.

Alcanna.

Quisquis ea gaudes, Alcannae collige laudes,
Quam color obfuscet subrufus, laude coruscet,
Laus augmentatur, leuitas si consociatur.

Anethum.

Non tibi sit spretum, si linguam pungit anethum.

Acetum.

In terra fusum si spumat, cedat ad usum,
Gestans imp'etum annulum bonitatis acetum.

Bolus.

De bonitate bolissem tu tibi ponere noli.

Qui'

Qui frangi nescit, qui partim uixq; rubescit,
 Quo non uiscatur dens, si cum deme teratur.

Balsamum.

Laudari digna, sic sim tibi balsami signa,
 Cui fructus citri, color est lux splendida uitri,
 Cui mos ut linges, capitis turbare maringes.
 Quod lingua tæctum penetrat seruore palatum,
 Quod si ponatur in aqua non submergatur.
 Vasis in extrema media uel parte suprema,
 Si dimittatur, illic innotata moratur,
 Quod multum clarum citrinum sit tibi charum.

Borax.

Si tibi uocarem mens est nouisse boracem,
 Elige candentem, duram, sine sorte ruculentam.

Camphora.

Camphora candore numis emula, suavis odore,
 Lucida fulgemi candens, sit hæc tibi menci.

Cardamomum.

Sic Cardamomi precium tibi collige pondus,
 In morsu demis si linguam pungeret senis,
 Non sine dulcore, ruforutilanc colore.

Cassia lignea.

Tolle, uenalis si Cassia lignea talis,
 Rufa, iuuans gustum, dat quæuis fractio frustum.

Coloquintida, Colocynthis.

Seminibus pulpa, Coloquintida sit sine culpa,
 Non residens mota per plurima, candida tota.

Cubebe.

DE ELECTIONE

His laudem præbe, quæ spirant lenæ Cubebæ,
De precio tutus sis, cum sapor adsit acutus.

Castoreum.

Gustibus exosum graue Castoreum preciosum,
Nigrū, neruo'um, simul atq; recens, glutinosum.

Costus.

Costum gustate, si sit cum ponticitate,
Et si lingua parum gustu dignoscit amarum,
Si confringatur, nec fiat puluis, ematur.

Capparis.

Sit tibi Capparus solidus, rubens, subamarus.

Corallus.

Forma Corallorum sic sit tibi nota bonorum,
Si soliti, plani, spe non laudantur inani.
Si grossi, clari, sine digni laude notari.

Calamus.

Parte candescit Calamus, sic laus sua crescit,
Si iuuat olfactus, nec abundat puluere, fractus.

Diagridion.

Sputo clarescens Scammonæa fitq; nigrescens,
In gustu grata, frangi leuis albificata.

Tragantum.

Commendat tantum uuax splendor esse Tra-
gantum,

Quò minus obscurū laudem magis est habiturū.
Album, frigoris fomes, ruffiq; coloris.

Garyophili.

Garyophila laudantur, et per hæc signa proban-
tur.

Que

*Que si pertundat unguis, liquor intus abundat.
Si tumor adsit ei conunctus grossitie.*

*Quod cum mordetur, bene mordicat, et a mere-
Galanga. (tur.*

*Huic laudes pinge, que sit subruffa, Galange.
Si sit acuta, grauis, odoratus, minimè suavis.*

Gummi Arabicum.

*Gummi si splendet, quia laus ex hoc sibi pendet.
Quod mittunt Arabes, non culpatur insita labe.*

Galbanum.

Hæc tibi sit cura, quia splendens Galbana pura.

Hermodactylus.

*Laus detur iure tibi Hermodactyle dure,
Ineger absq; poris tibi sit, albiq; coloris.*

Liquiritia, Glycyrrhiza.

*Sit tibi probata Liquiritia puluerisata,
Et si tundatur, sit rufa, croco simulatur.*

Laudanum.

*Ex precij merito laudanum laudabile scito
Molle laudari, leue nigrum, neq; grauari.*

Myrobalani. (lanum

*Quod grauitate manum premit, eligo Myroba-
lani splendorem gummosa luce nitorem.*

Qui magis est clarus in acumine sit subamarus.

Macis, Macer.

*Est preciosacer, si mordet acumine macer.
Vtq; scias dignum, rubedo sit tibi signum.*

Mastix.

Labo-
res, cibi,
potus, so-
mni, o-
mnia sine
moderata.

3. Sæpe citatur dictum Hippocratis, in quo complexus est & res utiles corpori, & earum modum & ordinem: πόνος, σίτις, πόσις, ύπναι, πάλαι μετρία. Primum locum tribuit labori, qui propter multas causas præcedere cibos debet.

Excitatur enim calor, superfluitates consumuntur et expelluntur, quod utile est antequam ingeratur alij cibi. Ut enim, si ad focum calfacias aquam, et iam feruenti infundas frigidam, rursus extinguatur calor, ita turbatur coctio, cum rursus cibi ac potus ingeruntur crudi: id cauere iubet A-

Non pu-
ra corpo-
ra, quan-
tò plus
nutries,
tātò plus
lædes.

phorismus, τὰ μὴ κερδὰρὰ σώματα, ὅσῳ ἂν
ἴσθης, μᾶλλον βλάψῃς. Sum aut utiliora ex-
ercitia, in quibus agitantur brachia, & thorax
panditur, ut discutiantur superfluitates in pe-
ctore et pulmone, & motus calorq; diaphragma-
tis uentriculo profunt. Post cibum cauendi sunt
omnes uehementiores motus corporis & animi,
cauenda & uocis intemio. Tribuenda est enim
quies uentriculo amplexo iam cibum, qui cum a-
gatur, non potest integrè concoqui. Motus enim
aperit orificium, ubi exhalant calor & spi-
ritus, aperit & pylorum, ubi crudus chylus ante
tempus effunditur. Ac interdum subitum exitum
afferunt illi uehementiores motus post cibum.
Nec quisquam est, qui non experiatur, sibi tales
contentiones nocere. Itaq; uidemus natura eti-
am pccudibus hunc sensum inditum esse, quietem

ut

ut ament postquam passi sunt. Qualis est autem immanitas, homines prorsus contemnere ordinem à natura institutum, utilem uitæ & conseruandis non solum ueneris, sed etiam ingenij uiribus? Est etiam quedam diligentia, quæ cruditos decet, cibi & potus discrimina considerare, qui iuuent aut offendunt corpus, ut calidis & siccis minime profunt calida aromata, & pleniora uina. Ad somnum conciliandum profunt lactucæ & cibi ex amygdalis facti. Obseruet igitur quisque qualibus cibus opus habeat.

De Somno.

4. Cōducit quies ad recreandas tres uirtutes: Ad rigationem cerebri, ad generandos spiritus, et ad perficiendum officium uentriculi & hepatis. Verè igitur Ouidius. Is quoque qui gracili cibus est in corpore somnus. Et Vergil. Fessos sopor irrigat artus. Nam cum coctio rectè perfecta est, omnibus membris distribuitur nutrimentum, quod membra irrigat, gignuntur spiritus, qui nouas uires addunt, & tamen æstus corporis ipsa quiete mitigatur: perfunditur etiam corpus quadam utili & suaui rigatione ex cerebro. Recipit et cerebrum uires, unde fiunt nerui uiuaciores.

De ordine cibi & somni.

5. Nec inanes suauiter dormiunt, nec immodico cibo onerati: Balneæ antecedant cœnas, à cœna exiguum sit interuallum ad somnũ. Molli ambula

tione cibus ex orificio uentriculi descendit, et or-
 rificium clauditur. Deinde quies grauissima est
 uentriculo, ac primum in dextro latere cubandū
 est, ne hiet os uentriculi. Fit igitur collecto calo-
 re in somno coctio, prohibetur cruditas, conser-
 uatur calor naturalis, gignitur sanguis suauior,
 sequitur & uirium & coloris bonitas. Nec dubi-
 um est, certissimam esse primum uirium & po-
 ris & ingenij, extendere uigilias post cœnam in
 multam noctem. Quia non tantum cruditas sequi-
 tur, sed dissipatur calor naturalis, langu scit uir-
 tus uentriculi, gignitur sanguis impurus, corpus
 uitiosis humoribus repletur, sequitur aut κακο-
 χυμία, aut macies, accedunt pallor, conurba-
 tio spirituum, debilitas cerebri. Quare assueficien-
 da est iuuenus, non modo ne conuiuia producat
 in multam noctem, sed etiam, ut lucubrationes o-
 mittat principio noctis, nec tempus ad quietem
 diuinitus constitutum omnibus animantibus,
 transferat ad exitiosos labores.

6. Est etiam opus animi tranquillitate. Nam do-
 lor cordis, item sanguinis ac spirituum æstus in
 metu, mœstitia, iracundis intentis cogitatione, im-
 pedunt cerebri quietem, nec sinunt cor uacare
 huic actioni naturali.

POLYBIUS DE SALV LVBRI VICTVS RATIONE PRI

natorum, Guinterio Ioanne Ander-
naco interprete.

Priuatoshanc viuendi rationem sequi oportet. Hyeme plus esse, minus bibere conuenit. Sed potioni uinum quam meracissimum, esui panis exhibendus est. Carne potius assa, modicè oleribus utendum. Huiusmodi namq; alimentis corpus & siccum & calidum euadet.

At Vere potionem adiiciendum, sed paulatim tamen et dilutius bibendum est. Cibo demendum, còque molli, pulte uidelicet magis quam pane, magis oleribus utendum est. Eadem lege transeundum paulatim ab assis ad elixa.

Aestate uerò cibo minus duro, & elixis, et oleribus tum crudis, tum coctis, potione multa corpus eget, cauendum tamen, ne magna subito dicto fiat mutatio. Eo tēpore aptissima sunt pulticula mollis, caro elixa, potio quam dilutissima. Atq; hec ita obseruanda sunt, ut corpus molle sit, & frigidū. Nam in calido anni tempore, et sicco, exurit, squalidūq; redditur. Itaq; his rationibus tueri oportet. Pari autem modo ex Vere in Aestate, sicut ex Hyeme in Ver constituere, cibus demendo, adiiciendoq; potioni: Rursus ex Aestate in Hyemem traducere, dum annus absoluitur, expeditio.

Per

Autūno.

Per Autumnum cibo paulò pleniore, & sicciore uti licet, minus, sed meracius bibere. Quemadmodum, ubi Hyems bona conigerit, meracae etiã magis & exigua portione, cibo plenore, & uehemener sicco uti. Ita enim hoc frigidum admodum & humido tempore optima ualeudine frueris, minusq; frigus senies.

Quod ad habitus et etates attinet: plenis, mollibus, rubicundulis ob temperaturã humiditatẽ sicciore uictus ex usu est. Gracilibus, duris, rufis, et nigris humidior. Nam huiusmodi corpora sicca sunt. Iuuenibus autem rariore & humidior, quorũ etas sicca est, & corpora magis induruerunt. Senibus magna ex parte sicciore aptus est: Siquidem humidi, molles et frigidi sunt. Proinde habita & etatis, & temporis annu ratione, uitã modum instituerẽ oportet, qui p̄ senibus et calori, & frigori cõtrarius existat. Sic enim potius sanu degemus. Per hyemem celeriter ambulandũ, æstate conquiescendum est, aut non in sole ambulandum. Obesibus citã ambulatio, gracilibus lenã conuenit. Per æstatem frequenti balneo, hyeme raro utendũ est, idq; magis tenuibus, quã plenis. Eo quoq; tempore corpus ueste pura, per æstum uili lacerna uelandum est.

Obesibus, qui graciles fieri cupiunt, labores uersos ieiuni subibunt, & sudantes adhuc, necdũ refrigerati cibum assument, uinum temperatum,

Et non perfrigidum prius bibent, epulæ, sesamum atq; id genus alimenta dulcia sumo, eaq; copiosa. Sic enim uel paucissimis bellarijs saturantur. Semel die cibus assumptus, rarum balneū, lectus per æstatem terra, hyeme durum cubile, sine uestibus obambulatio, quāta maximè fieri potest, cōducit.

Qui tenues se implere uolunt, præter alia, quæ plenis contraria faciunt, modicè ieiunium exerceri debent.

Vomitu uerò, et uentris deiectione à medicamento pctita sic utendum est: Sex hybernis mensibus uomere utile est. Nam et pituitæ plus, et capitis grauitas subest. Adhæc dolor præcordia exercet. Deiectionis æstate usus est. Tum enim æstus biliosum corpus reddit, grauitates lumbos fatigant, et genua calore infestantur, uentris oriuntur toruina, et distorsiones. Iam uerò superiores corporis partes per inferiores purgandæ sunt. Deiectio autem plenioribus et humidioribus à medicamento magis salso; sicciioribus autem, et tenuioribus, et imbecillis à pinguiore, crassiorèq; petatur. Pingue igitur et crassum est lac, aqua ex cicere cocta, atq; hoc genus alia: tenue et falsum olius, aqua marina, reliquaq; huiusmodi.

Vomitus prouocandi hoc pacto sunt: Crassiores ieiuni, et cursu, et atq; ambulatione exercitati medio die uomere debet. Potui sumant, hys sopi scisqui cyathum, aquæ congo intriti, eumq; totū

bibāt, aceto saleq; adiecto, quò edulcescat. Pri-
mū lenē, mox citius potandū est. Tenuiores, ma-
gisq; imbecilli à cibo uomitum ita mouebunt. Lo-
ti calida, meri cyathos tres bibent, dein epulas
uarias assument, uerū sine poitione: neq; post has
bibendum est, nisi tanto interuallo, quanto stadia
quatuordecim expedias. post uinis tribus commi-
stis utendum est, austero, dulci, & acri. Primū
meracius & modicē paulatimq; bibere, postea di-
lutius, liberalius, & citius conuenit. Qui uomere
bis in mense uult, melius consulet, si biduo conti-
nuari, quā si post quintumdecimū diem uomu-
erit. Alij secus faciunt. Qui post epulas uomere
uolunt, uel quibus aluus astricta est, his omnibus
die sæpius uariosq; cibos esse, tum uina bina, aut
terna bibere expedit. Quibus uomitus non est u-
tilis, uenter autem sanus est, his contraria supe-
rioribus conueniunt.

Pueris calida lauatio longo tempore apta est,
uinum dilutius, neq; omnino frigidum. Hoc autem
exhibendum est, quod uentrem minimē attollit
perturbatq; et inflationes parit. Quæ omnia cō-
ducunt ne conflictemur, sed maiores, coloratio-
resq; fiant.

Mulieribus sicciior uictus ex usu est. Etenim ci-
bus siccus, potio meracior, carne mollibus idonea
est, ad hoc secūdis, et sætui nutriendo potior est.

Qui corpus exercem, per Hyemem curare

et colluctari debent. Aestate luctandum modicè,
currendum nihil est. In frigore multa ambulatio
conuenit. Qui cursu fatigantur, luctari debent.
Qui ex luctu fatigationem sentiunt, his curren-
dum est. Quibus exercitatis, uentris profluvia
oboriuntur, & cruda incoctaq; deijciuntur ijs
exercitiorum pars tertia, ciborum dimidia pror-
sus demenda est. Quippe uenter eorum copiam
continendo non est. Ad hoc panem quàm maximè
assum ex uino esse oportet, bibere uerò nimis quàm
modicè, sed meracius. Semper autem post cibum
conquiescere, qui semel die tunc assumendus est.
Hac enim ratione uenter sibi commissus maximè
confouet, mutatq;. Accidunt huiusmodi proflu-
uia potissimum ijs, qui ex uictus consuetudine car-
nem densam acquisierunt: Nam uenæ densiores
alimenta non recipiunt. At qui tales in eodem ha-
bitu subsistere diu non possunt, sed in alterutram
partem declinant.

Qui rariore cute sunt, & hirsuti magis, ear-
nis esum ex facili admittunt, labores magis susti-
nent, diuq; bono corporis statu fruuntur. Qui ci-
bos postero die eructant, & præcordijs dolent,
ijs ueluti crudis adhuc cibus, diutius dormiendum
est, nouum genus laboris subeundum est. Vinum
meracius, largiusq; bibere oportet, cibus uti pau-
cissimis. Quippe constat uentriculum imbecillita-
tis frigorisq; uicio ciborum copiam concoquendo

non esse. Qui sibi premuntur, parcius edent, mi-
nusq; laborabunt, uinum dilutum, simul & frigi-
dissimum bibent. Quos dolores uiscerū infestant,
uel ex labore uel alia quadam ambulatione, sine
cibus recreandi sunt, modica potio conuenit, ma-
ximeq; ea quæ moueat urinam, quò uenæ ex ui-
sceribus prodeuntes, repletæ non disten-
dantur. Nam hinc inflationes fe-
bresq; oriuntur.

FINIS.

ERRATA QVAEDAM,
inter releendum animaduersa,
sic restitues.

- Fol. 9. fac. 2. lin. 3. lege, colluere. Ibid. lin. 15. pu
tredine. lin. 20. Tithymalli. lin. pen. occultè.
Fol. 10. fac. 1. lin. 6. lege quidpiam. lin. 20. et. lin.
ult. sudami. fac. 2. lin. 22. lege, concoctionis.
Fol. 11. fac. 2. lin. 6. lege, permutationibus.
Fol. 12. fa. 1. lin. 1. lege, ab eiusdem aspectu.
Fol. 13. fa. 2. lin. 16. lege, dolore.
Fol. 15. fac. 2. lin. 19. lege, crebro propagati.
Fol. 16. fac. 1. lin. 16. lege, praua.
Fol. 17. fa. 1. lin. 3. lege, colorem. lin. 15. angustos.
lin. 20. excitandæ. fac. 2. lin. 4. ἀποσημά-
τωρ. lin. 23. perterritam.
Fol. 18. fa. 2. lin. 7. lege, lenis.
Fol. 19. fa. 1. li. 17. lege, quoad. lin. 25. externe. fa.
2. li. 14. Deinde.
Fol. 20. fa. 1. lin. 19. lege, conueniunt. li. 4. à fine,
Quatuor. fac. 2. li. 3. à fine, lege, animaduerten-
dum.
Fol. 21. fac. 1. lin. 18. lege, nominane.
Fol. 24. fac. 1. lin. 1. lege, hoc loco. fac. 2. lin. 12. le-
ge, renum.
Fol. 25. fac. 1. lin. 7. lege, appetitum. fac. 2. lin. 3.
significare. lin. 18. eiusmodi.
Fol. 26. fac. 1. line a 5. lege, studeant. lin. penult.

- quemadmodum fac. 2. lin. 20. lege, expetit.
 Fol. 29. fac. 1. lin. 2. à fine, lege, quo aut hora, aut
 amplius interfit.
 Fol. 31. fa. 1. li. 15. lege, aluum. eadem lin. lege, qui
 enim eo modo supereditur. li. 17. lege, ut quic
 quid eius confectum. li. 20. corruptionem.
 Fol. 32. fa. 2. lin. 5. lege, fabricauit.
 Fol. 33. fac. 2. lin. 1. lege, illicienec. lin. 4. à fine, ἡ-
 γειδωσεν.
 Fol. 35. fa. 2. lin. 13. lege, medicæ.
 Fol. 37. fa. 2. lin. 10. lege, intempestiuè.
 Fol. 39. fac. 2. li. 14. lege, necesse.
 Fol. 40. fac. 1. lin. 5. lege, difficile.
 Fol. 41. fac. 1. lin. 6. lege, calculorum. lin. 3. à fine,
 lege, tardius.
 Fol. 42. fac. 2. lin. 14. lege, ratione.
 Fol. 112. fa. 2. li. 15. lege, mirifica, sicubi reperias.

1 FRANCOFORTI APVD HÆ-
 redes Christiani Egenolphi, Anno
 M. D. LVII.